



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Speculum Monasticum**

In Quo Totius Religiosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficultates clarè videntur, breviter explicantur & resolvuntur Canone, rationibus & Patrum auctoritatibus

**Philippus <a Domina Nostra Septem Dolorum>**

**Augustæ Vindellicorum, 1688**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40745**



Th. 2216

G. II

N. 3.

Philipp. 2. 11

Speculum

Philosophicum





12  
13

14

15





Philip. S. n.

1500

1500

UNIVERSITÄT MÜNSTER





SPE CULUM MONASTICUM.

S. A. Thesler.

A. M. Wolfgang. sc.

# SPECULUM MONASTICUM,

IN QUO TOTIUS RELI-  
giosæ disciplinæ Casus, Regulæ & difficul-  
tates clarè videntur, breviter explicantur & re-  
solvuntur Canone, rationibus & Patrum  
auctoritatibus:


OPERA ET STUDIO

R. P. PHILIPPI A DO-  
MINA NOSTRA SEPTEM  
DOLORUM, FF. Eremitarum discalcea-  
torum Ordinis S. Augustini, Provinciæ Delphi-  
natus Diffinitoris, & Conventus Lugdu-  
nensis Subprioris,

## PARS PRIMA.

*Editio prima in Germania juxta Lugdu-  
nensem 1687.*

Cum Gratia & Privilegio Sacræ Cæs.  
Majestatis.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,  
APUD LAURENTIUM KRÖNIGERUM,  
& Hæredes THEOPHILI GOEBELII.

1688.

*Collegii Sociis Jesu Paderbornæ  
1697.*

SPECULUM  
 IN  
 VE  
 I  
 LAC  
 COR  
 SALU  
 ETE  
 SPECUL  
 S  
 SPEC  
 F.

*Handwritten text at the bottom of the page, likely a library stamp or note, is difficult to decipher but appears to contain the name 'Universitätsbibliothek Paderborn'.*



# JESU PUERO


NATIVITATE SINE EXEMPLO,  
 IN EXEMPLUM NATO,  
 VERBO INEFFABILI;  
 INFANTI NON FANTI;  
 LACHRIMIS, RECESSU, ET SILENTIO  
 CORDIBUS NON AURIBUS  
 SALUTARIA SUAVITER LO-  
 QUENTI  
 ETERNÆ SAPIENTIÆ; ET  
 SCIENTIÆ,  
 INITIO ET FINI;  
 SPECULO SINE MACULA BONITATIS  
 SINE ERRORE SALUTIS,  
 SE SUUMQUE OPUS  
 SPECULUM MONASTICUM  
 LITAT  
 F. PHILIPPUS  
 Augustinianus Discalceatus.



VERBUM! *ut in nobis habita-*  
*res, redemptionis & disciplina no-*  
*stra causa, caro factum. O Sapien-*  
*tia! O Potentia! tua sunt omnia;*  
 ] 3 tuum

tuum igitur opus est, quod ex tui muneris lar-  
 gitate scripsi, quodque nunc, non tam offero  
 quam refero, illud mysterio divina tua infantia  
 voveo, quia in illo te Doctore, nondum palam lo-  
 quente, vite Religiosa normam & canonem viden-  
 mus & agnoscimus; quam jamdudum ample-  
 xam, utinam, te juvante, fideliter sequamur &  
 teneamus. Quid enim puritas summa preluxisti  
 nascens ex Virgine, quam integritati non perdi-  
 ta addita fecunditate felicem ac mirabilem ef-  
 fecisti? nisi Virginitatis & continentie sancti-  
 tatem; Quid inquam? nisi carnales nuptias, a  
 quibus venimus, & sine quarum opo ad nos veni-  
 re voluisti, spernere & fugere & spirituales ap-  
 petere, per quas te habemus, cui sine corruptione  
 & non sine prole nubamus. Paupertatem, qua  
 dicati sumus, clamaverunt diversorium, panni,  
 presepe in nativitate; oblatio pauperum in ma-  
 rris purificatione, & tui redemptione; vitæ ab-  
 scondita in tugurii pauperis fabri per tot annos  
 habitatione, & quid aliud nos hisce clamoribus  
 docuisti (Intus dives aurum creans, foris pau-  
 per aurum calcans) nisi in illam à nobis sponte  
 suscipiendam, in cuius gremio nasci, vivere, &  
 nudus in Cruce mori voluisti, nullasque à nobis  
 alias opes quarendas, quam eas, quas tua nobis  
 emit paupertas, queque non in cella peritura, sed  
 in conscientia æternum mansura te custode ser-  
 vantur: Neglectam à protoplastis, serpentis  
 astutia & infidelitate mentis in miserias nostras,  
 obe-

obed  
 parv  
 usqu  
 vere  
 laud  
 si.  
 vent  
 ruis  
 casti  
 te, ex  
 tem  
 dona  
 de us  
 pacis  
 re in  
 Sanct  
 nera,  
 non a  
 conu  
 rum  
 hilar  
 Vita  
 ci



obedientiam expiasti, dum, cui cuncta parent,  
parvulus heres factus, tutoribus, quos regebas  
usque ad praefinitum tempus à Patre, subditus vi-  
vere voluisti, in quo magnum, & numquam satis  
laudandum obedientia exemplum nobis exhibui-  
sti. Quapropter te, Superioribus tui vicem ge-  
rentibus, subijcitur, quia propter nos parentibus  
tuis, inferioribus tuis, subijci voluisti. Hec tria,  
castitas, paupertas, & obedientia, sunt, te infan-  
te, exempla tua, te docente, consilia tua, nobis au-  
tem sequentibus & obsequentibus te regnante  
donata tua, & vota nostra. O ergo Monas à Mona-  
de utrobique genite; ex parte DEUS in domo  
panis ex matre homo in domo panis, tuum digna-  
re in me, & omnes Monachos confratres meos  
Sanctum reflectere ardorem. Perfice in nobis mu-  
nera, quae contulisti, qui nostra sumere primordia  
non abhorruisti, ut tecum, & inter nos vinculo  
connexi charitatis, per mandatorum, & consilio-  
rum tuorum viam ad tua promissa indefesso &  
hilariter passu currentes, te tandem Veritatem &  
Vitam aeternam consequamur, videamusque fa-  
ciem ad faciem, quem nunc in enigmate & in  
speculo contemplamur.

Amen.

|| 4

BENE-



BENEVOLO LECTORI  
SALUTEM,



Quoniam utile est [ ut ait S. P. Augustinus lib. 1. de Trinitate, cap. 1. ] ut plures à pluribus conficiantur libri stylo diverso

etiam de eadem materia, ut res ad multos diversimode perveniant, & novo titulo reficiatur lectoris animus, sicut novo pasceatur corpus viatoris hospitio. Ideo hoc Opusculum non tanquam proprii ingenii fœrum, sed ex celebrioribus Canonistis excerptum compendium, materiæ scilicet regularium, tuæ & publicæ Religiosorum satisfactioni proponere mens mea fuit, & non utique Religiosorum tantum, sed secularium Sacerdotum, uti maximo pere omnibus ita utilissimum, ut typis illud mandari ab illis fuerim sæpius sollicitatus,

tatus,  
illo,  
nia; fi  
sæ pul  
tutibu  
notru  
Evang  
dient  
nem,  
Sacros  
rum q  
fessari  
Novit  
debitu  
dum;  
tation  
charita  
puden  
quinq  
quæ a  
tiam, b  
ctant,  
in vita  
gentes  
riet. I

tatus, & compulsus, Multa enim sunt in illo, imo quasi omnia omnibus communia; siquidem velitne aliquis vitæ Religiosæ pulcritudinem contemplari, & in virtutibus clarescere, oculos ad Speculum nostrum convertat, & statim perfectionem Evangelicam, votorum paupertatis, obedientiæ & castitatis exactam observationem, divinorum officiorum assiduitatem, Sacrorum Ordinum susceptionem, Missarum celebrandarum obligationem, Confessariorum & Concionatorum regulam, Novitiorum & Professorum normam & debitum; censurarum evitandarum modum; Capitulorum, Electionum, & Visitationum sinceritatem, & correctionum charitatem, casuum quoque reservatorum prudentiam, multaquæ alia ad Capitula quinquaginta reducta, in quibus omnia, quæ ad Regularis disciplinæ observantiam, bonos mores & vitæ sanctitatem spectant, facilimè intuebitur; difficultatesque in vita etiam Religiosa plerumque emergentes explicatas, & clarè resolutas reperiet. Itaque, nec me frustra elaborasse putato,



to, si post eruditissimos ac præstantissimos  
 Doctores magistros meos [ quorum do-  
 ctrinam in omnibus sum sequutus & men-  
 tem ] hoc tibi *Speculum* proponerem, hac  
 motus ratione, quia, sicut non omnia pos-  
 sumus omnes, unus quidem de una circa  
 regulares materia, alter de altera disseruit,  
 multique de variis materiis, Regulares spe-  
 ctantibus, hinc deinde sunt loquuti. Ego  
 autem [ sicut apes ex variis floribus mel &  
 ceram industrie conficiunt ] ita ex mul-  
 tis Authorum opinionibus, *Speculum* for-  
 mari, & dispersas in variis Canonistis regu-  
 lares materias in illo congregavi. Verum  
 enim est, nec omnes Canonistas de singulis  
 regularium quæstionibus tractasse, quia,  
 ut axiomate supra dictum est, nec omnia  
 possumus omnes; quare, potissima ratio  
 hujus Operis condendi apud me hæc fuit,  
 quia nec Religiosi in particulari, imò nec  
 ipsi Conventus omnes, possunt habere  
 apud se plures Canonistas, & idè difficul-  
 tates seu quæstiones, quas in aliquibus non  
 reperi, in aliis collegi, & quæ in multis vo-  
 luminibus erant hinc inde dispersa, in hoc  
*Speculo*

*Speculo* congregata ad secum deferendum  
 facili tibi offerenda peroptavi ; modum  
 seu ordinem , ut melius potui , tibi placitu-  
 rum observavi , qui tibi [ ut existimo ] non  
 displicebit . Prima facie Indicem Capitum  
 quinquaginta prænnotavi , alterum in fine  
 Indicem , materiarum præcipuarum fide-  
 lem , adhibui . Si autem quædam macula in  
 proposito tibi *Speculo* obrepserit , quod sa-  
 ne [ ut credo ] aliter fieri difficile est , quia  
 omnis hominis proprium est errare , noli  
 propterea hoc respuere ; neque enim omne  
*Speculum* desinit videri propter maculam ,  
 sed illam charitatis velo , memor humani-  
 tatis tuæ solitæ , absterge & corrige , si pla-  
 cet ; illud quippe omnium censuræ liben-  
 tissime committo . Quod si tibi in aliquo  
 placuerit , non mihi , sed antiquis Patribus  
 & Doctoribus , ex quibus omnia collegi ,  
 laudem tribuere , & gratias JESU Infanti  
 reddere memor esto .

Vale .

AP-

\*\*\*  
APPROBATIONES.


**M**andatis Reverendi admodum Patris Laurentii à S. Margarita, univèrsæ nostræ Congregationis Gallicanæ Vicarii Generalis parere peroptans; Ego infra scriptus, me attentè legisse, serioq; examinasse, attestor, Librum, qui inscribitur *SPECULUM MONASTICUM* à R. P. PHILIPPO A DOMINA NOSTRA SEPTEM DOLORUM Provinciae nostræ Delphinatus Diffinitore hujusque cœnobii nostri Lugdunensis Subpriorè compositum: In quo, tanquam in imagine depictam, illam Opificis sui industriam jucundè demirans sum speculatus, qua nempe ex tot & tantis variisq; Doctorum fragmentis, hinc & inde dispersis, ad Religiosorum præsertim utilitatem, in unum collectis ordinatisque suum solertissime *Speculum Monasticum* confecit, ut illius, quam emittunt lucis beneficio, quid corrigere, quid effugere, quidque tenere debet omnis spiritualis pulchritudinis amator, intueri non tantum poterit, verum ardore, quem vibrant, medio virtutum ignem in terram à Christo missum ad istius Speculi instar concipiet, eoque sanctè ardebit. Prodeat igitur in lucem splendidum *Speculum Monasticum*, utpotè ab omni erroris labe aut macula alienissimum, puritate suæ doctrinæ nitidissimum, sua materia nostris usibus adeo accomodatum, brevitate sua cunctis commodum, proindeque mea approbatione dignissimum

simum. quam libenter manu mea propria sub-  
signatam dedi in Conventu nostro Lugdunensi  
die 27. Januarii. 1686.

F. ANSELMUS à Domina Nostra, Sacrae Theologiae  
Exprofessor pro Provincia Galloprovinciae  
Assistens Generalis.

EGO infrascriptus Opus, cui titulus est *Specu-  
lum Monasticum à R. P. Philippo à Domina  
nostra septem dolorum* Provinciae nostrae Diffi-  
nitione, Conventusque nostri Lugdunensis Sa-  
bipriore elaboratum, & mihi à R. admodum Pa-  
tre Laurentio à S. Margarita Generali Vicario  
commissum, attente & accurate perlegi, nihilque  
in illo reperi fidei orthodoxae contrarium; quin  
imò sanam doctrinam, brevitate sua multa utri-  
que foro necessaria ac utilissima complectentem,  
& iniro ordine digestam adinveni: quare, ut in  
omnium commodum praelo mandetur, appro-  
batione mea opus dignum censeo. In quorum  
fidem subscripsi Kalendis Februarii in Conven-  
tu nostro Lugdunensi, anno salutis nostrae repa-  
ratae 1686.

F. BONAVENTURA à S. Juliana Exprofessor Sacrae  
Theologiae, Augustinianus Discalceatus.




LICENTIA R.

ADMODUM PATRIS

VICARII GENERALIS.

FRANCISCAUS à Sancta Margarita, Fra-  
trum Eremitarum Excalceatorum Ordinis  
Sancti



Sancti Augustini per uniuersas Gallias Vicarius Generalis, Visis approbationibus Theologorum nostræ Congregationis à nobis nominatum, pro examine libri, cui titulus est *Speculum Monasticum*, à R. P. Philippo à Domina Nostra septem dolorum, Provincia nostra Delphinatus Diffinitore & Conuentus nostri Lugdunensis Subpriori compositum, licentiam concedimus, quatenus præfatus liber prælo mandetur juxta constitutiones Apostolicas, & nostras. Deditur in Conuentu nostro Lugdunensi die decima Februarii 1686.

F. LAURENTIUS A SANCTA MARGARITA Vicarius Generalis.

F. GASPARUS A SANCTA ANGELLA Secret. Congregationis.

† Locus Sigilli.

Regist. lib. 13.



Ego infra scriptus Doctor Theologus Socius Sorbonicus, Librorum Censor, & Custos Sanctæ Crucis in Ecclesia Lugdunensi, legi Librum, cui titulus est *SECULUM MONASTICUM* à R. P. PHILIPPO Augustiniano Discalceato compositum. Datum Lugduni die decima Januarii 1686.

COHADE

SPE



# SPECULUM MONASTICUM

IN QVO TOTIVS RELI-  
giosæ disciplinæ Casus, Re-  
gule & difficultates clarè  
videntur, breviter explican-  
tur & resolvuntur Canone,  
Rationibus & Patrum Au-  
toritatibus.

## CAPUT I.

De obligatione Regularium ad  
perfectionem.

### SUMMARIUM.

I. Quicumque regularis tenetur tendere ad  
perfectionem

Pars I.

A

II. Non

- II. Non tenetur tendere ad perfectionem nisi per opera quae sunt secundum regulam & observantiam sui ordinis.
- III. Nec tenetur sibi persuadere se facere perfectum.
- IV. Nec tenetur perfectus esse in facto esse.
- V. In quo consistat hac religiosorum perfectio.
- VI. Utrum hac perfectio in religiosis sit procuranda sub mortali.
- VII. An hac perfectio sit distincta ab obligatione servandi vota & observantias regulares.
- VIII. Quandonam peccet religiosus contra preceptum procurandi perfectionem.
- IX. Quomodo censetur religiosus contemnere sui status perfectionem.
- X. Utrum transgredi regulam aut statuta ex pravo usu, vel consuetudine in levi materia sit peccatum mortale.
- XI. An peccata religiosorum sint graviora peccatis secularium.
- XII. Utrum religiosi teneantur ex iustitia erga religionem efficere actus ad quos ipsi destinati sunt.

XIII. Utrum mendicantes praesertim teneantur ex precepto charitatis saluti proximi subvenire.

I. **Q**UONIAM quaecumque illa sit & cujusvis sexus tenetur vi suae professionis tendere, progredi, & niti ad perfectionem, quia est obligatio sui status in quo à laicis differt; statui enim laicorum dicitur à Christo, *serva mandata*, statui verò religiosorum ulterius dicitur, *si vis perfectus esse vade & vende omnia, &c. & sequere me*, per quae verba denotatur sequela perfectionis. Unde regulares non tendentes ad perfectionem vocantur simulatores, mendaces & hypocritae. *D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 4. ad 2.* tenentur item religiosi ad perfectionem tendere propter periculum labendi in peccatum grave in quod regulariter cadunt religiosi perfectionem non procurantes *Ioannes Euseb. in doctrina ascetica, lib. 1. doct. 4. cap. 28. 27. & 30.*

II. Super quo nota quòd religiosus non tenetur niti aut tendere ad perfectionem per omnia opera consiliorum, aut supererogationis, sed tantum per illa quae sunt secundum regulam & sui Ordinis constitutiones, quia non se obligavit ad aliam: solum ergo obligatur ad eam perfectionem quam potest acquirere per  
A 2 obser-



observantiam regulæ & statutorum. *D. Thom.*  
2. 2. q. 186. art. 2.

III. Nec propterea tenetur sibi religiosus  
persuadere quod faciat profectum quotidie in  
perfectiōe, quia hoc repugnat humilitati, imo  
debet semper iudicare oppositum. *Hieron.*  
*Grariam. de discipl. regul. cap. 9. §. 1.*

IV. Nec tenetur esse perfectus in facto esse,  
quia status religionis non est status perfectio-  
nis acquisitæ sed acquirendæ: ideo dicitur re-  
ligio schola perfectiōis. Sicut ergo studentes  
non tenentur esse docti & sapientes, sed tan-  
tum conari ad doctrinam & sapientiam acqui-  
rendam; ita religiosus non tenetur esse per-  
fectus, sed tendere ad perfectiōem. *D. Thom.*  
2. 2. quest. 184. art. 5. & q. 186. art. 2.

V. Consistit igitur hæc perfectio, ad quam  
procurandam tenentur religiosi, principaliter  
in actibus charitatis erga Deum & proximum,  
& minus principaliter in actibus aliarum vir-  
tutum. Ratio est quia perfectio hominis in  
hac vita est illud bonum, quod est illi opti-  
mum: ergo cum nihil illi melius sit quam actus  
charitatis erga Deum & proximum principa-  
liter, & exercitium aliarum virtutum minus  
principaliter; ideo in his consistit perfectio re-  
ligiosi. *D. Thom.* 2. 2. quest. 184. art. 1. *Sua-  
rez tom. 3. de relig. lib. 1. cap. 3.*

VI. Hæc obligatio procurandi perfectio-  
nem in religiosis est sub peccato mortali, quia  
est

est de re gravissima quam voverunt, & in qua consistit substantia status religiosi. *Cordub. in reg. S. Francisci, cap. 1. Rodrig. 3. tom. quest. 84. art. 1.* Et ista veritas est terribilis multis religiosi, inquit *Navar. in cap. quia portio 1. 2. q. 1. n. 10.* quia multi nec actualiter, neque virtualiter habent animum se magis indies perficiendi in charitate, neque curant plusquam clerici aut boni sæculares seu laici ad eam tendere. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 5. n. 10.*

VII. Hæc autem obligatio non est propriè distincta ab obligatione servandi vota & observantias regulares, imo est eadem cum illa & imbibita cum illa, sicut obligatio obediendi, & placendi Deo non est quid distinctum ab obligatione servandi mandata, sed in illa includitur. Ratio est quia aliàs quoties quis peccaret contra aliquod votum, peccaret duplici peccato scilicet contra votum, & contra perfectionem quam acquirere tenetur. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 5. n. 5.*

VIII. Peccat tamen religiosus mortaliter contra præceptum procurandi perfectionem.  
1º Quando contemnit ea quibus venit ad perfectionem, quia hoc est contra votum professionis quo religiosus promisit vitam regularem. *D. Thom. 2. 2. quest. 185. art. 2. & 9.*  
2º Quando transgreditur regulam eo fine ut impediat perfectionem, etiamsi regula non obliget

liget ad venialem solum aut ad nullam culpam *Valentia* 1. 2. *disput.* 7. *part.* 5. *punct.* 6. *vers.* *primus casus est.* 3<sup>o</sup> Quando statuit apud se nullo modo curare de perfectione sui status, quasi dicat, nolo ad perfectionem tendere aut progredi ad vitæ perfectionem, quia in hoc deficit à sine suæ professionis. *Bartholomæus a S. Fausto de vit. Propr. cap. 1. n. 10.* 4<sup>o</sup> Quando inducit alios pravo exemplo ad vitam depravatam vel regulæ relaxationem, quia tunc infert grave damnum religioni. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 4. n. 18.* 5<sup>o</sup> peccat pariter si intendat numquam proficere, seu non facere alia bonâ quàm quæ præcipiuntur à regula vel statutis neque alia meliora, quia hoc est ponereobicem gratiæ Spiritus sancti. *Cordub. in Regul. D. Francisci cap. 1. quest. 3.* & saltem religiosus qui haberet propositum operandi contra omnia statuta suæ religionis vel præcipua, ut sunt orationis, silentij, jejunij, &c. licet non obligent ad mortale, peccaret mortaliter, quia est perniciosus religioni suo pravo exemplo, & in quantum est ex parte sua quasi procurans destructionem ipsius. *Tambur. de jure abbatum, tom. 3. disp. 3. q. 6. n. 7. & 12.*

IX. Tunc censetur religiosus contemnere sui status perfectionem & consequenter peccare mortaliter, quando transgreditur leges suæ religionis ex voluntate non se subjiciendi illis, aut Superioribus præcipientibus, quia contemptus

temptus est actus formalis inobedientiæ duo includens, scilicet transgressionem præcepti & intentionem nolendi se subijcere præcepto aut præcipienti, *Lessius de just. & jure cap. 41. dub. 9. n. 76. Vasquez, 1. 2. disp. 158 cap. 4.*

X. Transgredi verò regulam, & ordinationes ex pravo usu, aut consuetudine in rebus levis materiæ non est peccatum mortale contra præceptum perfectionis, quia actus illi, quantumvis replicati ob parvitatem materiæ sunt tantum peccata venialia. *Azorius lib. 4. Institutionum moral. cap. 9. quest. 11. S. Thomas, 1. 2. q. 186. art. 9.* potest tamen hæc prava consuetudo seu usus transgrediendi statuta fieri mortalis ratione periculi cui se exponit illa contemnendi in posterum, *Azorius sup.* Vel quia sic operans est valdè periniciosus religioni suo pravo exemplo *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. n. 18.*


XI. Peccata Religiosorum absolutè loquendo debent centeri graviora, cæteris paribus, peccatis sæcularium, quia religiosi sunt specialiter Deo dicati, & tenentur ad majorem advertentiam ad non peccandum, & quia majora beneficia à Deo receperunt. *Caietanus, 2. 2. quest. 187. art. 4. Suarez. 4. tom. de religione. cap. 11.* Per accidens tamen erunt aliquando leviora, quia si sint venialia ratione multitudinis bonorum operum in quibus religiosi versantur, veluti obruuntur; si verò mortalia fuerint,

runt, facilius etiam retractari solent propter bonorum operum consuetudinem, & bonum aliorum exemplum. *D. Thom. 2. 2. quest. 186. art. 10. Valentia 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 6.*

XII. Dicunt aliqui quod eo ipso, quod religiosus ex vi sui status & professionis deputatur ad aliquos actus v. g. ad chorum, aut alia spiritualia, tenetur ex iustitia illa non omittere; ita ut si omittat peccet mortaliter, eò quod sit quoddam pactum inter religionem & religiosum, ut sicut religio debet illi omnia necessaria ministrare, ita religiosus munus suum debet religioni ministrare, alioquin uterque peccabit contra iustitiam: hoc verò erit verum ad minus si prælatus præcipiat aliquid religioso exigendo jus suum: *Suarez 4. tom. de religion. tract. 8. lib. 1. cap. ultimo, n. ultim.*

XIII. Præter hanc obligationem communem omnium religiosorum tendendi ad perfectionem, mendicantes ad id specialiter tenentur ex præcepto charitatis, proximi saluti subvenire, confessionibus, prædicationibus, & lectionibus &c. quia illorum finis est salus animarum & censentur Episcoporum cæterorumque Pastorum coadjutores, quorum proprium est hoc munus. *Concil. Meldens. cap. 3. Rotomagens. apud Burchardum lib. primo cap. 88. & clementina dudum. §. Cæterum de sepulturis, & in extravaganti super cathedram. §. finali eod. titulo.*

CAPUT



## CAPUT II.

### De obligatione Regularium ad votum obedientia.

#### SUMMARIUM.

- I. *Votum obedientia est essentialis & precipuum in religione.*
- II. *Ejus obligatio extenditur solum ad res licitas & honestas,*
- III. *Quid si Superior precipiat solum res temporales pro se aut suis, aut vana & impertinentia.*
- IV. *Non tenetur religiosus obedire precipienti actus mere internos.*
- V. *Tenetur obedire in licitis etiam dubiis.*
- VI. *Non tenetur obedire ad id quod scit suum Superiorem velle, nisi manifestetur.*
- VII. *Nec ad ea quae Pralatus proponit sub consilio*
- VIII *Benè tamen preceptis quomodocumque intimatis quae aliquo modo continentur in regula*

A 5

IX.

- IX. *Quid si Superior precipiat jejunium quod non est in regula.*
- X. *An ad austeritates quae sunt omnino supra regulam.*
- XI. *An ad poenitentiam impositam ex delicti suspitione.*
- XII. *An ad commorandum in loco aeris intemperie laboranti.*
- XIII. *An precipienti ut aliquod officium accipiat.*
- XIV. *Quid precipienti tempore pestis pro infirmorum servitio, etiam si imminet mortis periculum.*
- XV. *Quid quando duo prelati contraria precipiunt.*
- XVI. *An religiosi hospites & peregrini teneantur praeceptis Provinciae aut Conventus.*
- XVII. *Quid si praelatus precipit aliquid contra regulam in qua dispensare non potest.*
- XVIII. *An praelatus possit compellere subditos ad recipiendam dispensationem regulae, si potest in hoc casu dispensare.*
- XIX. *An valetudinarius teneatur obedire praelato*

prelato in aliqua dispensatione etiam in dubiis.

XX. Quid quando dubium est circa factum in irregularitate.

XXI. Tenetur religiosus obedire ex vi voti obedientie in his quæ concernunt regulam, non tantum prelati sed summo Pontifici & sacre Congregationi.

XXII. Non est contra votum obedientie quod subditi aliquando prelatos corrigant.

XXIII. Præcepta Superiorum obligant inferiores etiam absentes.

XXIV. Non tenetur subditus obedire superiori excommunicato publico.

I. CUM ad substantiam veri religiosi inter præcipuas condiciones requiratur profectio voti obedientie per quod constituatur sub alterius potestate & jurisdictione. Innocent. III. in cap. cum ad monast. Vasquez. 1. 2. disp. 165. cap. 4. dicendum votum obedientie non solum esse essentialia religioni, sed præcipuum inter tria vota; quia per illud offertur Deo propria voluntas quæ est potior quàm corpus, quod offertur per castitatem, & exteriora bona, quæ Deo offeruntur per paupertatem,



tem, & quia obedientia sub se continet alia duo ut ait *D. Thomas. 2. 2. quest. 186. art. 8. & quest. 104. art. 3* ideo ab obedientia inchoandum duximus & dicimus.

II. Obligationem voti obedientiae extendi solum ad res licitas & honestas, ita ut si certo constet, rem quae praecipitur esse illicitam aut malam aut contra regulam aut praecipitum alicuius Superioris, nullo pacto tenetur religiosus obedire quamvis adstringatur poenis & censuris; quia nulla lex humana praecise ut humana potest obligare ad peccatum; & quia tenetur solum obedire in his quae sunt materia voti: res autem illicitae non possunt esse materia voti. *D. Thom. Quodlib. 10. art. 10. & 2. 2. quest. 104. art. 5. Lessius. 2. de justit. cap. 41. dub. 9. n. 76.*

III. Hinc non tenetur obedire si superior praecipiat aliquid temporale pro se aut suis, verbi gratia, agere aliqua negotia pro se, consanguineo, aut amico, quia haec non sunt secundum regulam, nec pertinent ad illam. *Hieron. Gratian. in discipl. regul. part. 2. cap. 1. §. 4.* idem dico, si praelatus vana aut impertinentia praecipiat, quae nec explicitè nec implicitè ad regulam pertinent, & ratio est, quia obligatio obedientiae in religiosis consistit solum in voto emisso secundum regulam, & ita quidquid est vanum aut impertinens nulloque modo ad regulam spectans, non cadit sub obligatione. *D. Thom.*

Thom. Quodlib. 10. art. 10. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 2. n. 15.

IV. Nec obligatur obedire præcipienti actus merè internos, v. g. actus fidei, spei, & charitatis, cum Ecclesia de his non iudicet, nisi actus internus esset modus necessarius externi qui præcipitur, v. g. præcipitur ut dicatur Missa pro aliquo, vel recitetur officium, tunc enim internus actus cadit sub eodem præcepto quo externus, & ideo tenetur habere actus interiores attentionis & intentionis, quia sunt modi necessarij actuum extetnorum qui præcipiuntur. *D. Thom. 2. 2. quest. 104. art. 5. Angelus in summa, Verbo obedientia n. 1.*

V. Non solum tenetur subditus obedire in rebus licitis & honestis, sed etiam in dubiis, modo non sint evidenter malæ vel illicitæ. *D. Augustin lib 2. contra Faustum cap. 74. & 75.*

VI. Non tenetur ex vi voti obedientiæ religiosus exequi id quod scit suum Superiorem velle ut faciat, nisi hæc voluntas aliquo præcepto manifestetur, quia non obligatur obedire nisi præceptis, Voluntas autem non manifestata aut intimata non habet vigorem præcepti. *Vasquez 1. 2. disput. 155. in fine Tolet. in sum. tract. de sept. peccat. mort. cap. 15. n. 10.* obedire tamen voluntati Superiorum non intimata est quid perfectissimum, quia sic faciens non solum facit id ad quod tenetur, sed etiam id ad quod non tenetur, & quod tantum cadit sub

sub consilio. *D. Gregorius, lic. 35. moral. cap. 13. D. Thom. in 1. dist. 44. quest. 2. art. 3.*

VI. Non tenetur etiam ad ea quæ Superior proponit sub consilio, quia consilium ad nihil obligat. *Valent. 2. 2. disp. 7. q. 2. Lessius de justit. lib. 2. cap. 46. dub. 4. n. 23.* ea tamen observare magna est obedientiæ perfectio, quam aliqui superobedientiam appellant. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 1. num. 2.*

VIII. Obligatur ergo solum religiosus ex vi voti obedientiæ præceptis Superiorum quomodocumque intimatis, sive ore tenus, sive scripto, sive alio modo in his, quæ concernunt regulam. *D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. Azorionom 1. instit. moral. lib. 12. cap. 13. q. 1. Sylvest. verbo religio 6. n. 6. Sanchez lib. 6. in decalog. capite 2. n. 15.* & non tantum in his quæ regulam concernunt, sed in illis quæ in illa continentur implicite, & necessaria sunt ad illius observantiam. quia ad hæc omnia se obligavit per professionem. *Vasquez. 12. disp. 154. cap. 4. Lessius lib. 2. de justit. & jure cap. 41. dub. 9.*

IX. Unde si superior præcipit subdito jejunare die qua non tenetur ex regula, vel aliam corporis afflictionem aut pœnam subire ob delictum commissum vel in cautelam, ne in illud incidat, tunc tenetur obedire, quia hoc totum pertinet & est necessarium ad regulæ observantiam. *Vasquez. 12. disp. 154. cap. 4.*

X. In

X. In his autem quæ sunt omninò supra regulam ut macerare corpus & facere mortificationes extraordinarias non possunt præcipi à prælato nec ad ea tenetur religiosus obedire, quia votum obedientiæ obligat solum ad ea quæ regulam implicite vel explicitè concernunt, *D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. ad. 3.*

XI. Si prælatus imponit aliquam pœnitentiam subito propter delicti suspicionem, quod re vera non commisit, non tenetur subire talem pœnam, quia innocens puniri non debet; in publico autem ratione scandali aliorum tenetur obedire. *Navarr. in sum. cap. 23. Vasquez 1. 2. disp. 174. cap. ult.*

XII. Tenetur religiosus obedire prælato jubenti ut eat ad commorandum in aliquo loco aëris intemperie laboranti: quia hoc est conforme regulæ & necessarium pro conservatione locorum regularium, excipe casum, quo subditus certò sciat Prælatum hoc illi præcipere ex odio solum aut mala contra ipsum voluntate, quia tunc prælatus abutitur sua potestate. *Peyrinis tom. 1. quæst. 1. de obedientia cap. 11.*

XIII. Tenetur etiam religiosus obedire prælato præcipienti ut aliquod officium seu prælaturam intra religionem acceptet, quia hoc est conforme regulæ & potest esse conveniens religioni etiam si dubitet de sua insufficientia. *D. Antonin. 3. arte tit. 16. cap. 1. §. 7. & cap.*

16. Paludan. in 4. dist. 19. q. 2. art. 1. quod si haberet impedimentum, quod prælatus non posset amovere, non teneretur obedire, quia nemo obligatur ad illicitum. *D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2. ad 2.* Iecus est quando dubitat an sit dignus quia in dubiis obedire debet. *Sanchez. lib. 6. in decalog. cap. 3. n. 11.*

XIV. Tempore pestis, vel alterius mali contagiosi, ex quo imminet periculum mortis, tenetur subditus obedire prælato præcipienti ut ministret infirmis religiosis illius loci; non tamen tenetur obedire præcipienti, ut ministret extraneis, nisi in casu quo deessent parochi qui illis ministrarent sacramenta, vel si parochi qui hic essent non sufficerent ad ministrandum. Ratio primæ partis est, quia religiosos sibi præstare mutua ministeria concernit regulam & religionis conservationem, sicut miles tenetur esse & stare in tali loco, etiam cum mortis periculo. Ratio secundæ partis, quia est supra regulam extraneis hoc præstare. Ratio tertiæ partis, quia sunt coadjutores Episcoporum & parochorum in salute proximi procuranda; & ex eadem hac ratione tempore hæresis tenentur religiosi obedire Episcopis præcipientibus ut assistant alicui loco ad defendendum, prædicandum, & disputandum cum periculo vitæ; quia hoc non excedit regulam & sunt coadjutores in salute procuranda, & ad hæc tenentur præsertim mendicantes qui fidelium elemosinis

nis sustentantur. *Rodriguez 3. tom. quest. 31. art. 3. & 4. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 2. ad n. 54. D. Thom. opusculo 18. cap. 14.*

XV. Duobus praelatis contraria praeipientibus non licet obedire minori, neglecto majori, quia potestas minoris subordinata est majori; quod si sint aequalis auctoritatis, parendum est ei, qui ad meliorem finem praecipit, vel qui primo praecipit, vel, caeteris paribus, cui magis placuerit. *Peyrinis tom. 1. quest. 1. de obedientia cap. 7.*

XVI. Religiosi hospites seu peregrini in aliena provincia vel conventu non obligantur specialibus ejus praeceptis, quia sunt tantum posita pro subditis, attendendum tamen est ad Ordinis statuta & consuetudinem ne inde scandalum oriatur. *Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 8. n. 21. oppositum idem Suarez affirmat de legibus, ita ut obligentur ad illas etiam hospites & peregrini ibid. n. 23. hoc tamen intelligi debet de foro exteriori, quia si hospites & forenses non se conformant habitatoribus, oritur turbatio & scandalum. *Rodriguez tom. 1. q. 68. art. 4. Miranda 2. tom. manual. quest. 29. a. 6.**

XVII. Praelato praecipienti aliquid contra regulam, in quo non possit dispensare, non tenetur ullo modo subditus obedire, quia praelatus non habet dominium supra regulam, nec subditus promisit obedire nisi secundum illam.

B

Tam-

*Tamburinus de jure abbat. tom. 3. disput. 4. quest. 3 n. 10.* si tamen constet evidenter aut probabiliter, quod possit in illo casu dispensare etiam si adhuc esset aliquod dubium, subditus tenetur credere, quod potest in illo dispensare, & tenetur obedire, & se Superiori præcipienti conformare *Angel verbo religio n. 29. Syl. vesp. verbo religio 6 quest. 6.* idem dicendum, quando dubitat religiosus an ex justa causa prælatus dispense. *Navarr. in Sum. disput. cap. 13. Lessius 2. de justit. cap. 41. disp. 9. n. 76.* idem dicendum, si præciperet aliquid infra regulam casu, quo non possit in illa dispensare, vel non sit causa sufficiens, ut, si regula juberet, quod habeatur una hora orationis mentalis, & prælatus præciperet, ut esset tantum pro media. *Peyrinis tom. 1 de subdito quest. 1. ante 1. conclus. Tamburinus sup. n. 12.*

XVIII. Prælati possunt compellere subditos ad recipiendum dispensationem ab ipsa factam in regula, constitutionibus &c. casu, quo in illis possint dispensare & subditus causa ad id faciendum, tunc enim dispensatio est justa, licita & honesta, & per consequens materia obedientiæ. *Angel. in summa verbo religio n. 19. Sylvest. cit. Sanchez. 6. in decal. cap. 1. n. 8. Tambur. supra questio. 13.*

XIX. Quando religiosus valetudine aut impedimento probabili dubius est, an teneatur ad officium recitandum, vel ad jejunandum, vel ad carnibus abstinendum &c, tenetur obedire prælati

praelato præcipienti ne officium persolvat, aut  
 jejuset, aut à carnibus abstineat. *Sotus de Sa-*  
*crament. membr. 3. q. 2. concl. 1. Salas. 1. 2. q.*  
*11. tract. 8. disp. unica sect. 17. n. 155.* imo, ge-  
 neraliter loquendo, subditi debent & possunt  
 stare determinationibus suorum superiorum in  
 dubiis & scrupulis conscientiam tangentibus:  
 cum consilio tamen aliquorum patrum, si res  
 fuerint magni momenti, quia praelati sunt pa-  
 stores & doctores suorum inferiorum. *Casa-*  
*rius in compend. privileg. verbo declaratio §.*  
*4. C. r. Miranda in manual. tom. 2. q. 44. art. 1.*  
 XX. Cum verò est dubium circa factum in  
 irregularitate, ut si dubites, an commiserit ho-  
 micidium, tunc iussus à Superiore ( non po-  
 tente ab illa irregularitate absolvere seu di-  
 spensare ) ut celebret, non tenetur obedire,  
 quia dubius in homicidio judicandus est irre-  
 gularis. *cap. significasti. cap. ad audientiam de*  
*homicidio Vasquez 1. 2. disp. 66. c. ult. n. 50.*  
*Layus in clavi regia lib. 1. cap. 13. n. 38.* quod  
 si dubium non est multum urgenis, & commu-  
 nicato cum prudenti superiore, si Superior  
 dixerit non esse sufficiens fundamentum ad  
 dubitandum, tunc est deponendum dubium  
 & standum iudicio Superioris. *Vasquez sup.*  
*Saeberz lib. 6. in decal. cap. 3. n. 22.*

XXI. Ex vi voti obedientiae religiosi tenen-  
 tur obedire in his, quæ concernunt regulam  
 non solum Praelatis religionis sed specialiter  
 Summo Pontifici, quia est supremus omnium  
 religio-



religionum Superior generalis, cui omnes subduntur. *D. Thom.* 2. 2. q. 186. art. 5. ad 3. *Bannez.* 2. 2. q. 11. art. 10. dub. 6. ad finem, idem dicitur de sacra Congregatione Regularium, quia specialiter illa fuit instituta pro omnium regimine regularium à Sixto V. & aliis Pontificibus. *Thomas. de Jesu tract.* 3. de visit. regular. cap. 17. n. 7. unde si prælatus, & Papa contraria præciperent, obediendum est Pontifici, quia omnis jurisdictio prælatorum à Papa derivatur, & est in illo principalis *D. Thom.* in 2. distinct. 44. in expos. litt. *Sanchez lib.* 6. in decal. cap. 1. n. 10. Hinc est, quod Generales Ordinum ex voto obedientiæ remanent subditi Papæ, quia ex eorum electione non dispensatur à voto emisso *Aragon.* 2. 2. q. 88. art. 11. *Valentia.* 2. 2. disp. 10. q. 3. puncto 8. hinc quoque colligitur, quod si Papa præcipiat aliquid, quod sit simpliciter supra regulam, ita ut illam nullo modo concernat, non tenetur religiosus obedire ex vi voti obedientiæ, quia debitum speciale, quod habent religiosi obediendi Papæ, est solum ratione voti regulæ, ac proinde non possunt obligari supra illam, *Lessius de justit. cap.* 41. dub. 9. n. 77. *Sanchez supra cap.* 1. n. 2. Potest tamen Papa eximere quemcumque religiosum ab obedientia inferiorum prælatorum & sibi reservare, quia tunc utitur jure Supremi prælati, licet hoc non possit licite fieri cauta, quia esset in destructionem potius quàm in ædificationem, *Suarez 4. tom. de relig. tract.* 8. lib. 3. cap. 11. n. 7. & 8.

XXII. Ex vi voti obedientiae non prohibetur, nec est contra obedientiam, quod aliquando subditi suos praelatos corrigant, hoc enim possunt, & quandoque id facere debent juxta illud *Math. 18. & Luc. 17. si peccaverit in te frater tuus corripe illum.* quod comprehendit subditos & praelatos. *Valentia tom. 3. disp. 3. q. 10. puncto 4. Rodriguez tom. 2. quest. regular. q. 3. art. 2.* Corrigi tamen debent a personis gravioribus & auctoritatis, leniter, humiliter, & reverenter. *D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 4. Paulus 1. ad Timotheum 5. Seniore[m] ne increpaveris sed obsecra ut patrem. Valentia & Rodriguez sup.*

XXIII. Praecepta superiorum regularium, si habent adjunctas censuras, ligant inferiores, licet existant extra monasteria & provincias; quia praelati religiosorum non habent territorium divisum, sed eorum jurisdictio se habet ad personas subditas secundum se, ubicumque sint ratione voti obedientiae. *Sylvester verbo Excommunicatio 2. n. 15.* ubi refert aliquos Doctores dicentes totum mundum esse territorium pralatorum regularium. *Corneio tom. 2. in 3. part. D. Thom. tract. 5. de censur. disp. 6. dub. 2.*

XXIV. Non tenetur subditus obedire suo Superiori excommunicato publico & non tolerato, quia tunc caret jurisdictione circa subditos: imo nec licite potest ei obedire, quia

hoc esset in illo recognoscere jurisdictionem, quam non habet, & cum illo communicare, quod non licet *Cornejo tom. 2. in 3. parte, disput. 10. de excommunicatione §. 5. dub. 1. Suarez tom. 5. de censuris, disp. 15. sect. 7.*



## CAPUT III.

### De obligatione Regularium obediendi Dominis Episcopis.

#### SUMMARIUM.

- I. Regulares Episcopis obedire ex voto obedientia non tenentur.
- II. Obedire eis tenentur quoad ecclesiasticam disciplinam & illos honorare & revereri.
- III. Obedire tenentur Episcopis in quibusdam constitutionibus synodalibus.
- IV. Obedire tenentur in multis casibus adductis.
- V. Obedire tenentur in causis fidei.
- VI. Subijciuntur Episcopis in erectione monasterij.
- VII. Quenam dicantur observantia regulares.

- VIII. Episcopi possunt visitare, punire & corrigere religiosos delinquentes extra monasteria.
- IX. Religiosus in monasterio delinquens non punitur ab Episcopo.
- X. Episcopi non possunt procedere contra religiosos in iudicio aut extra in quavis causa.
- XI. Regulares non obedientes Episcopis in casibus quibus eis sunt subditi, à quibus sint puniendi.
- XII. Regulares non possunt renunciare suis privilegiis exemptionis.
- XIII. Regulares cogi possunt per censuras habere lectionem sacre Scripturae in monasteriis ubi commodè fieri potest.

I. Religiosi exempti, quales communiter sunt omnes ferè regulares propter summorum Pontificum privilegia, ut constat ex cap. nimis iniqua 16. cap. nimis prava 17 de excessib. prelat. clement. 1. eodem clem. 2. de censur. cap. quam sit necessarium 18. quest. 1. de quo Navarr. in cap. non dicatis. n. 63. Trident. sess. 25. cap. 10. & aliis multis. non tenentur ex vi voti obedientie obedire Episcopis, aut eorum vicariis, quia solum promittunt obedientiam suis

suis praelatis regularibus. *D. Thom. 2. dist. 44. in fine in expositione littera ad 3. Sylvest. verbo Obedientia quest. 8. & 10. dist. 2.*

II. Regulares tamen tenentur illis obedire in his, quæ pertinent ad ecclesiasticam disciplinam sicut alii clerici, illosque revereri & honorare, quia non sunt exempti à jure reverentia, neque ab illorum obedientia circa disciplinam ecclesiasticam. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 1. n. 12. Ledesma 2. tom. summ. tract. 10. cap. 7. not. 2.*

III. Tenentur regulares obedire Dominis Episcopis in Constitutionibus synodalibus, actiones communes totius populi concernentibus, & observationi regulari non derogantibus, ut v. g. de quibusdam jejniis servandis, festivitibus celebrandis, processionibus publicis, & aliis similibus, non ex debito obedientia, cum non sint Episcopis subditi, sed debito & jure naturali: quia sicut sunt partes & membra populi, ita etiam tenentur se toti corpori conformare. *Vasquez. 1. 2. disp. 167. n. 11. Sanchez lib. 4. in Decal. c. 15. n. 21. Constitutionibus verò synodalibus solam clericorum reformationem concernentibus non tenentur regulares obedire, Peyrinis tom. 1. privileg. in constitut. 2. Julii n. 67.*

IV. Multi sunt casus, in quibus regulares subditi sunt, & tenentur Episcopis obedire, scilicet, quoties agitur de novo miraculo ad-

mittendo  
fidelium  
decreto d  
i, in deca  
privatis  
servant  
non adm  
traneis a  
rum litte  
tur de co  
dentiam  
cap. 3.  
V. In  
diti Epi  
ad abolen  
2. §. si v  
dinum,  
dis, con  
bus alibi  
VI. I  
pis in er  
nalterio  
non pol  
conven  
regul. ca  
scopi a  
rum con  
dum pri  
monaste  
lis duod

mittendo, aut de reliquiis publicè venerationi  
fidelium exponendis. *Concil. Trid. sess. 25. in  
decreto de invocatione & venerat. Sanchez. tom.  
1. in decal. lib. 2. cap. 43.* aut de celebrando in  
privatis domibus, *Trid. sess. 22. in decreto de ob-  
servand. & vitand. in celebratione Miss.* aut de  
non admittendis sacerdotibus sæcularibus ex-  
traneis ad divina celebranda absque visico-  
rum literis commendatitiis. Vel quando agi-  
tur de componenda controversia circa præce-  
dentiam in processionibus. *Concil. Trid. sess. 25.  
cap. 3.*

V. In causis etiam fidei regulares sunt sub-  
diti Episcopis eisque obedire tenentur. *cap.  
ad abolendam de hæret. & Concil. Trid. sess. 5. c.  
2. §. si vero.* Item in receptione Sacrorum or-  
dinum, in confessionibus secularium audien-  
dis, concionibus ad populum habendis, de qui-  
bus alibi suis locis dicemus.

VI. Insuper subditi sunt regulares Episco-  
pis in erectione & constructione novorum mo-  
nasteriorum, ita quod sine ipsorum consensu  
non possunt construere aut acquirere novos  
conventus, *Concil. Tridentinum Sessio. 25. de  
regul. cap. 3.* Habentque iidem Domini Epi-  
scopi auctoritatem circa talium monasterio-  
rum constructionem, ad vocandum & audien-  
dum priores, aut interesse habentes aliorum  
monasteriorum, ut illis constet, an possint in il-  
lis duodecim fratres sustentari sine aliorum de-  
mittendo



trimento. *Clemens VIII. in constitut. quae incipit, Quoniam ad institutam anno 1603. 3. tom. Fuller. n. 99.*

VII. Observantia verò regulares dicuntur jejunia, silentium, abstinencia à carnibus, humilitas in habitu & lectisterniis, aliaque mortificationes, quae in regulis & statutis continentur. *cap. quanto de off. Iud. ordin.*

VIII. Nonobstante privilegio exemptionis possunt Episcopi visitare, punire, & corrigere regulares delinquentes & vagantes extra monasteria, & absque suorum superiorum licentia degentes. *Rodriguez 2. tom. qq. regular q. 61. art. 11. non tamen hoc intelligitur de his, qui extra monasterium degunt de licentia sui praelati, quia tales censentur esse in monasterio. Peyrinis tom. 1. Privileg. in constitut. 2. Sixti V. §. 11. n. 22.*

IX. Religiosus verò in monasterio existens, & extra illud scandalosè delinquens, non potest capi, nec puniri ab Episcopo, sed ab illo denunciandus est proprio praelato ut puniatur intra tale tempus, & certum faciat Episcopum de punitione, nec Episcopus potest procellum contra talem delinquentem formare, aut testes audire, quod si audierit, aut procellum composuerit, ad Superiorem remittat, quod si in delicto religiosus deprehensus extiterit, ad suum Superiorem recta via deferatur. *Concil. Trid. Sess. 25. cap. 14. Peyrinis tom. 1. Priv. in constitut. Sixti*

IV. §. 11. n. 62. Alderetus lib. 1. de religios.  
discipl. cap. 3. n. 35.

X. Inter effectus, quos exemptio regularium  
ab Episcopis operatur, iste est, ut si Episcopus  
velit aliquo modo, vel de facto tentet procedere  
in iudicio, vel extra contra regulares aut con-  
tra res monasterii in quavis causa civili vel spi-  
rituali &c. processus, sententiæ, & inde sequen-  
tia, sunt nulla & irrita, quia cum non sint præ-  
lati regularium exemptorum, nullam habent  
supra illos jurisdictionem. *Lex anat. 1. cap.  
11. n. 1. de obligat. obediendi prelati Eccles.  
Rodriguez rom. 2. qq. regular. q. 63. art. 6.*

XI. Regulares etiam privilegiati non obe-  
dientes DD. Episcopis in casibus, quibus illis  
subiunguntur, puniri debent vel à propriis præ-  
latis, vel ab ipsis Episcopis, aliis tamen pœnis  
censuras, *Quaranta in summ. Bullarum,  
per Precedentia, §. an in casu*

XII. Privilegio exemptionis renunciare  
non possunt regulares sine licentia Papæ, quia  
illis datum fuit in honorem status religiosi, &  
non solum juri religionis nocerent, qui illud  
renunciare tentarent, sed & injuriam Papæ in-  
ferrent, qui in omnibus bullis exemptionum  
constituit se Superiorem immediatum illorum  
& iudicem ordinarium, quasi esset Episcopus  
diocesanus, illosque sub sua speciali protecti-  
one suscipit & sibi subiecit, quod adeo verum  
est, ut neque regularis in una causa possit re-

num-



nunciare etiam indirectè exemptioni, quia causa est indivisibilis in suum sui que prælati proprii præjudicium. *Socinus in cap. significasti de foro compet.* Unde si ex negligentia regulares patientur subijci, possunt tamen se tunc tueri ex jure, quod competit Papæ, quia contra Papam non præscribitur nisi centum annis. *Parormitanus in cap. ad audientiam n. 1. de prescript. Felinus in cap. cum olim. n. 3. eod. tit. & in cap. significasti, n. 4. de for. comp. Lezana citatus. Rodriquez tom. 2. qq. regul. q. 63. art. 10.*

XIII. In monasteriis monachorum seu regularium, ubi commodè fieri potest, debet haberi lectio sacræ Scripturæ, vel Theologiæ moralis. Qua in re, si Superiores negligentes extiterint, possunt ad id ab Episcopis locorum censuris & excommunicatione, tanquam remediis, opportunis cogi. *Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. Quaranta in summ. Bullarii, verbo Exemptio. Rodriquez tom. 2. qq. regular. q. 131. art. 2.* Advertendum tamen, quod lectiones Scripturæ sacræ possunt regulares legere in suis Ecclesiis, prout ordinavit *Pius V. in constitut. & si mendicantium.*





## CAPUT IV.

### De obligatione Regularium ad votum castitatis.

#### SUMMARIUM.

- I. Religiosa castitas quid sit, & ad quid tenentur, qui eam voverunt.
- II. Violatio castitatis quale sit peccatum in religioso.
- III. Est diversa in secularibus & in religiosis.
- IV. Per castitatem religiosam quid prohibeatur.
- V. Quid intelligatur per lapsum carnis voluntarium.  
*A Superioribus potest reservari. ibid.*
- VI. Non datur parvitas materiae in luxuriosis actibus.
- VII. Loquens aut scribens venerea non facit contra votum castitatis.
- VIII. Rem habens cum religioso vel religiosa tenetur circumstantiam illam confiteri.

IX.

- IX. *Iactans se de peccato venereo commissso vero vel falso non peccat contra votum castitatis.*
- X. *Interessentes comædiis obscænis non faciunt contra votum castitatis.*
- XI. *Votum castitatis in professione invalida ad nihil obligat.*
- XII. *An Papa possit professum dispensare ad contrahendum matrimonium.*

I. **C**astitas religiosa, secundum religiosi status essentialia & substantiale fundamentum, de quo *D. Thom. 2. 2. q. 186, art. 4. §. 6. Scotus in 4 distinct. 38. Sanchez lib. 5. cap. 6. n. 9. Peyrinis de subdito, q. 3.* est promissio facta Deo abstinendi se ab omni actu venereo sive interno, sive externo, sive licito, ut in conjugio, sive illicito, ut extra illud, non solum seminis effusione, sed & à turpi cogitatione, delectatione morosa, ab illicito tactu, à turpi aspectu, à consensu, cæterisque omnibus actibus externis quibuscumque, per quæ castitas, & continentia potest violari: quia votum castitatis est nova obligatio quam sibi religiosus imponit supra obligationem juris naturalis & divini; jus enim naturale hæc omnia prohibet, sicut & divinum extra conjugium. *Suarez, tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 3. Sanchez, lib. 7. disput.*

liber. 17. a n. 19. *Lezana tom. 7. cap. 5. n. 3.*  
*De du. tract. de professione regulari cap. 25. de*  
*capitare quast. 1. n. 2.*

II. Unde omnis actus veneres, qui est in se-  
culari extra conjugium peccatum contra casti-  
tatem, est in religioso sacrilegium, quia ratio-  
neremissis talis actus opponitur virtuti reli-  
gionis. *Lessius 2. de justit. cap. 41. dub. 9.*

III. Contingit tamen sæpe, quod actus ve-  
neres, qui in secularibus est venialis, v. g. ver-  
bosa honestum, vel gestus impudicus &c. est  
mortalis in religioso ratione scandali; eo quod  
reprobatus debeat esse & apparere omnimodè  
in huiusmodi alienus. *Lezana tom. 1. cap. 5.*  
*de capitate n. 5.*

IV. Castitas religiosa non solum excludit  
actus veneres, sed etiam aspectum, locutio-  
nem, tactus, missiones litterarum vel munus-  
culorum eo sine, frequentiore accessum cum  
familiaribus, quia, sicut ista in secularibus sunt con-  
tra castitatem, ita in religiosis sunt contra vo-  
tum. *Lancelotus in Gnom. ultim. relig. lib. 2.*  
*cap. 1. art. 1. resolut. 1. Lexan supra. n. 6.*

V. Per lapsum carnis voluntarium non so-  
lum intelligitur, opere consummata, fornicatio  
vel adulterium, sed quæcumque voluntaria  
pollutio aut mollicitas &c. licet in ordine ad  
actum seu copulam non sit actus consumma-  
tus. *Suarez 4. tom. de religione tractat. 8. lib.*  
*2. cap.*

2. cap. 18. n. 12. Lapsus hunc carnis voluntarium opere consummatum reservant communiter sibi Superiores juxta Bullam Clementis VIII. 1593. in decreto de reservatione casuum. Quaranta in summ. Bullar verbo casu reservat. Oscula verò, tactus impudici, littera, munuscula, non reservari censentur, quia non sunt lapsus carnis opere consummati. Diana tract. 2. de dubiis regular. resolut. 118.

VI. Non datur parvitas materiæ in actibus luxuriosis à religioso perpetratis, quia qualescumque sint actus, maximè in contactu seu tactu consistentes, proximè disponunt ex natura sua ad pollutionem; proxima autem dispositio est peccatum mortale, ergo & actus illi mortales, quamvis sint transeuntes. Diana resolut. 5. de parvitate mater. ubi citat aliquos admittentes hanc parvitatem materiæ in tactibus, vellicationibus in partibus honestis, ut tactus manuum, faciei, pedum per modum transeuntis: exceptis osculis os ad os, & in partibus pudendis, quæ multum ad libidinem movent, ita Cajetanus 2. 2. q. 154. art. 4. ad 1. Bordon. cap. 25. de castitate tract. de profess. regulari. quest. 5. n. 7. tom. 5. In venerea autem delectatione non datur parvitas materiæ, cum ea deliberativè cauletur ex motu seminis descendenti ad partes obscenas. Sanchez lib. 1. cap. 6. n. 17.

VII. Loquens aut scribens venerea, animi

minime venereo, non facit contra votum castitatis, quia materia hujus voti solum consistit in actibus venereis & luxuriosis, consistentibus aut inducentibus ad pollutionem, vel copulam; sed inter hos actus non reperitur locutio, nec scriptio facta animo venereo; ideo non comprehenduntur sub voto castitatis, ab illis tamen abstinendum, quia facile conducunt ad voti violationem, præscindendo semper à delectatione venerea, quæ in illis sæpè oritur. *Sant. de lib. 9. disput. 46. q. 3. Bordon. sup. n. 3.*

VIII. Rem habens cum alio religioso, vel religiosa, tenetur confiteri talem circumstantiam, scilicet, se rem habuisse cum persona votum castitatis habente, quia actus hic præter malitiam specialem oppositam castitati habet adjectam aliam malitiam sacrilegii respectu utriusque personæ. Ita est de duobus conjugibus, quando masculus & femina copulantur cum violatione duplicis thori. *Bord. sup. n. 17.*

IX. Iactans se de peccatis venereis commissa, sive falsis, seu veris, non peccat contra votum castitatis, quia per votum promisit Deo abstinentiam à quibuscumque actibus venereis, non verò à jactantia, quæ non est actus venereus ex sua ratione formali: & ideo, dum religiosus, verbi gratia, se jactat de aliquo peccato venereo, si habet complacentiam in illo, tunc violat votum castitatis, non ratione jactantia, sed complacentiæ, quæ voto prohibetur.

Q

Castit. Cap. IV.  
Pollutio  
Jactantia



tur, non autem jactantia, ut est gaudium ex va-  
na gloria de peccato commisso. *Diana part. 4.  
tract. 4. resolut. 44. Bordon. sup. n. 20. quest.*  
*20. 13.*

X. Qui interfunt comœdiis obscenis, non  
faciunt contra votum castitatis, quia religio-  
sus in voto non obligatur, nisi in abstinentiis  
actus luxuriosi, & ideo non tenetur ex vi voti  
se abstinere à talibus comœdiis & earum auditibus  
sine complacencia; tenetur tamen vitare ratio-  
ne scandali. *Sanchez lib. 9. disp. 46. n. 41.*

XI. Votum castitatis in professione invali-  
da non obligat professum sic invalidè, ad ser-  
vandam religiosam castitatem; quia talis pro-  
fessio, cum sit invalida in se, nullum producit  
effectum, cum vota expressa in tantum valeant  
& inducant obligationem, in quantum valeat  
professio, & non aliter. *Bordonus sup. quest.*  
*12. n. 19.* Neque verum est, quod quidam  
dicunt, votum solemne non valens ut tale, vale-  
re ut votum simplex. *Bordon. sup. cap. 20.  
quest. 1.* Hoc tamen procedit ex natura rei  
facti; si enim nulliter professus habuit adhibere  
intentionem se obligandi ad castitatem, in hoc  
casu votum castitatis subsistit ut simplex. *San-*  
*chez tom. 3. de relig. lib. 2. cap. 10. n. 8.*

XII. Papa potest professum dispensare ad  
matrimonium contrahendum urgentissimo  
existente causa publica alicuius regni, provin-  
ciæ, aut civitatis ad fidem propagandam, & pe-

cem publicam conservandam vel inducendam, liberando eum à votis solemnibus, faciendo illum de religioso non religiosum. Sanchez lib. 4. cap. 37. q. 1. Bonac. q. 2. de voto p. 7. S. 7. Bordon. supra cap. 1. q. 40. n. 250. & cap. 250. quest. 17. n. 24.



### CAPUT V.

#### De obligatione ad votum paupertatis.

##### SUMMARIUM.

- I. Quid sit paupertas religiosa, ejus excellentia & ejus effectus.
- II. Quid sit proprietas in religioso.
- III. Religiosus non habet dominium, nec ususfructum cujuscumque rei temporalis.
- IV. Potest habere dominium quarundam rerum spiritualium.
- V. Possunt religiosi habere dominium rerum temporalium in communi.
- VI. Tenentur religiosi non habere proprium etiam ex vi praecepti ecclesiastici.

C 2

VII.



- VII. Tenentur non solum non habere proprium, sed etiam specialiter vivere vita communi.
- VIII. Religiosi quicumque non observant vitam communem sunt proprietarii.
- IX. Peccat religiosus dicens aliquid esse suum.
- X. Peccat aliquid possidens aut retinens sine Superioris licentia.
- XI. Superflua tenere non potest etiam sine Superioris licentia.
- XII. Nec habere res pretiosas, nec prelatum hoc potest permittere.
- XIII. Quae sint attendenda à Superioribus in rerum dispositione.
- XIV. Occultans aliquid prelato vel manifestans, est proprietarius, etiam à Superiore antecedenti licentiam retinendi habuerit.
- XV. Habere peculium quomodo sit prohibitum.
- XVI. Quid in conventibus, ubi vita communis observari nequit, vel in quibus de necessariis non providetur.
- XVII. Quid de depositis pecuniarum.

XVIII. lent  
eam  
XIX. L  
con  
ven  
um,  
XX. Re  
ut a  
ne p  
plic  
XXI. P  
tos  
Quon  
ibi  
XXII. 2  
ad  
XXIII.  
vol  
ref  
XXIV.  
cla  
aff  
ce  
XXV.  
ill

- XVIII. Quid, si religiosus dicat alicui volenti sibi dare pecuniam ut deponas eam apud alium.
- XIX. Quid de legato relicto religioso ea conditione, ut ad illum & non ad conventum spectet proprietas aut dominium, si illud acceptet sine licentia.
- XX. Religiosus accipiens à seculari aliquid, ut det illud pauperi sine determinatione personae, potest sibi aut conventui applicare.
- XXI. Potest concedi religiosis ad usus licitos & honestos qua ipsi acquisierunt. Quomodo servari debeant & expendi. ibid.
- XXII. Non potest concedi religioso aliquid ad usum irrevocabilem.
- XXIII. Peccat religiosus, si superiori auferre volenti quod habet ad usum ex licentia, resistat.
- XXIV. Religiosus non potest sine peccato clam & furtive sibi ad proprium usum assumere, quod fuit alias alteri jam concessum à superiore.
- XXV. inter ipsos religiosos donationes sunt illicitae.

- XXVI. Qui furatur aliquid ut illo utatur cum superioris licentia, committit peccatum furti, sed non proprietatis.
- XXVII. Proprietarius est, qui cellam sui aut parentum sumptibus edificatam renuit alteri concedere, jubente pralato.
- XXVIII. Religiosi nihil possunt recipere, donare, aut acceptare sine superiorum licentia, & ab illis recipientes ad restitutionem tenentur.
- XXIX. Professio aliqua potest fieri sub conditione habendi peculium.
- XXX. Recipientes Missarum stipendia pralatus non vult recipi, nisi à sacris aut alio, etiamsi dicant tales missae sunt proprietarij.
- XXXI. Religiosi successive minima retinentes aut expendentes peccant.
- XXXII. Non potest diffinitorium generalis cujusvis congregationis mendicantium facultatem concedere, alicui religiose disponendi & applicandi tempore sui mortis res sibi ad usum concessas conventibus sua provincie ad suum usum.

XXXIII. *Officiales seu pralati religionum male expedientes aut alienantes bona religionis sunt proprietarij.*

XXXIV. *Potest religiosus tempore propinqua mortis sibi relinquere & disponere aliquas Missas pro salute animæ suæ dicendas.*

XXXV. *Religiosus in morte non notificans peculium Superiori sed tantum confessionario, est proprietarius.*

XXXVI. *Litteras scribere & recipere aliquando, est contra votum paupertatis.*

XXXVII. *Recipientes libros &c. contra voluntatem Superioris, & non occultantes, peccant venialiter.*

XXXVIII. *Qui proiiciunt cibaria, aut furantur, sunt proprietarij.*

XXXIX. *Proprietarii tenentur ad restitutionem damni illati conventui.*

XL. *Religiosus censum instituens sine licentia est proprietarius.*

XLI. *Conducere famulum sine licentia promisso stipendio est actus proprietatis.*

XLII. *Eligere sibi sepulturam non est actus proprietatis, sed inobedientia.*

C 4 XLIII.

XLIII. *Prælati potest concedere subdito, ut quotannis det decem aureos.*

XLIV. *Consuetudo nihil potest contra votum paupertatis, nec quis potest eo titulo se excusare.*

XLV. *Quenam requiratur licentia, ut quis non dicatur propriarius.*

XLVI. *Quenam sint signa licentia tacite aut interpretative.*

XLVII. *Quenam sint pœna proprietaria imposita.*

XLVIII. *Quid requiratur an aliquis possit dici propriarius, & quanam requiratur quantitas.*

I. **S**ciendum pro fundamento, paupertas in Deo excellere, ut inter beatitudines potius quam inter virtutes à Salvatore numeretur. *Matth. 5. Beati pauperes spiritu.* Est verò religiosa paupertas, voluntaria rerum temporalium abdicatio, per quam religiosus omnium rerum proprietate privatur, & primò privatur dominio cuiuscumque rei temporalis, quòd est jus disponendi perfectè de re aliqua corporali. Secundò privat usufructu, quod est jus utendi & fruendi aliena re, salvà illius substantiâ; Paupertas enim hoc jure privat religiosum, nisi dependenter à Superioris voluntate fiat. Tertio

privat usu juris, qui est jus utendi re aliena: non tamen privat usu facti, quia iste non opponitur paupertati, eo, quod constat, omnes, qui nihil omnino habent, habere usum facti respectu vestium & ciborum, quæ eis à suis dominis conceduntur. *Azorius tom. 1. Instit. moralium lib. 12. Lessius. 2. de Instit. & jure cap. 4. § 41.* Unde colligitur, religiosum non solum non posse habere usum juris, sed neque usum fructuum, ut dicitur n. 3. *segente. Lezana tom. 1. cap. 6. n. 1. & 2.*

II. Proprietas in genere est jus seu facultas disponendi ad libitum de re aliqua, in specie vero, prout opponitur paupertati, dicitur injusta dispositio rei pretio æstimabilis facta à religioso professo sine licentia & contra voluntatem Superioris. *Bordonus resolut. parte prior. resolut. 41. n. 6. d. 4. casu reservando.* Dicitur injusta dispositio, quia non solum illicitè sibi aliquid appropriat, sed etiam fur evadit, cum rem alterius sibi usurpet, & peccat mortalitèr, cum sit transgressor voti in re gravi, ut docent omnes in cap. *cum ad monasterium.* *Griff. ad hunc casum cap. 4 n. 7. ad 16. Sanchez alius citans lib. 7. cap. 20. usque ad n. 7.* Dixi sine licentia contra voluntatem Superioris, quia ille dicitur proprietarius, qui de aliqua re disponit contra Superioris voluntatem cap. *non dicatis 11. quest. 1. cap. eum ad monasterium de statu monarchorum. Navarrus cons. 75. de regul. n. 49.*

III. Religiosus igitur non potest habere dominium, nec usumfructum alicujus rei, neque possessionem, administrationem, aut peculium, prout quid juris important, quia illa omnia, hoc modo sumpta, denotant facultatem utendi aliqua re temporali ex propria voluntate & independentem ab alio, & hoc contradicit voto paupertatis, sicut enim per votum obedientie religiosus suas omnes actiones submittit Superioris voluntati, ita per votum paupertatis omnem temporalium usum voluntati ejusdem Superioris subjicit. *Navarr. com. 2. de regular. Sanchez. lib. 7. in decalog. cap. 18 n. 25.* ideoque habet tantummodo usum facti, scilicet usum rerum necessariorum dependentem semper à voluntate Superioris, & hic usus non pugnat cum paupertate. *Navarr. supra. Esdriguez, tom. 3 qq. regular. q. 29. art. 9. Litzana supra n. 3.*

IV. Possunt tamen religiosi habere dominium, seu proprietatem bonorum spiritualium, seu interiorum animi, v. g. fidei, & charitatis, donorum Spiritus sancti characteris sacramentorum, scientiarum, aliarumque virtutum, jus in officiis praelaturis & dignitatibus, jus in electionibus, &c. quia per votum paupertatis non renunciaverunt praefatis bonis, sed tantum profanis & pretio aestimabilibus, juxta illud Domini, *Si vis perfectus esse vade vende omnia quae habes, & da pauperibus.* *Rodrig. tom. 3.*

quæst. 29. art. 4. D. Th. 2. 2. q. 186. art. 7. ad  
4. Mirand. tom. 1. q. 28. art. 1. ad finem. San-  
chez lib. 7. cap. 18. n. 25. & cap. 19. n. 58. Imo  
etiam quarundam rerum, quæ non sunt precio  
æstimabiles, ut sunt reliquiæ, agnus Dei &c.  
quia per votum paupertatis solum abdicarunt  
à se dominium rerum pecunia aut precio æsti-  
mabilium D. Thom. sup. Lezana sup. n. 4.

V. Possunt etiam habere dominium rerum  
temporalium in communi, quia hoc non re-  
pugnat voto paupertatis, quod solum dicit ab-  
dicationem domini privati bonorum tempo-  
ralium, & ita Concil. Trident. sess. 25. de regu-  
lar. cap. 3. exceptis Minoribus de observantia  
& Capucinis, quibus hoc interdicitur in eod.  
Concil. Unde quilibet religiosus potest habe-  
re administrationem talium bonorum in com-  
muni, cum non dicatur hoc jus proprietatis,  
sed officii tantum, quo officialis deputatus à Su-  
periore bona monasterii administrat, & illorum  
curam habet non nomine proprio, sed alieno,  
cum tunc vices gerat Superioris & totius mo-  
nasterii. Navarr. tom. 2. com. 1. de regular. n.  
41. per rubric. ff. de administ. tut. ff. de admini-  
strat. bonorum ad civitat. pertinentium. cap. gran-  
di de supplend. neglig. pralat. in 6.

VI. Non solum tenentur religiosi ad non  
habendum proprium ex vi votorum, sed etiam  
ex vi præcepti ecclesiastici illis hoc prohiben-  
tis, cap. non dicatis 2. q. 1. cap. monachi, cap.  
super



super quodam cap. cum. ad monasterium de statu monach. Concil. Trid. sess. 25. cap. 2. & sunt indispensabiles ad habendum proprium seu usum juris, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nullus Superior possit licentiam indulgere; nec etiam summus Pontifex, ut asserit Navarrus tom. 2. comment. 1. de regular. n. 17. & ex eo Beja part. 4. casu. 31. §. per que omnia. & de Superioribus id expressè habet Concil. Trid. sup. & ratio est, quia Superioribus de religionis substantia, nullus Superior regularis potest dispensare dicitur sessione 25. cap. 2.

VII. Tenentur nec solum habere proprium aut servare paupertatem, sed & specialiter vere vita communi in victu, vestitu, & lectis sternis, à Superioribus distribuendis, in respectibus, & necessitatibus singulorum, quia bene tali vita communi, etiam si possit observari votum paupertatis, Bavarr. comment. 1. de regular. n. 25. tamen Ecclesia à Spiritu sancto docta videns, quod sine prædicta vita communi difficillimè potest observari hæc religio paupertas, hanc omnibus religionibus observandam præscripsit. Concil. Trid. cit. ita ut nihil necessarium alicui desit, nec superfluum reperiatur. Lexana tom. 1. cap. 6. n. 7. ea verò quæ ad vitam necessaria concessa erunt, nulli possideat ut proprium, nec ut proprio utatur.

VIII. In illis conventibus, in quibus vitæ communis urget observantia, si aliqui eam non observent, sunt proprietarii & proprietariorum pœnis plectendi, quia cum prædicti teneant, & possideant peculia seu portiones, & singularitatem sequantur contra intentionem regulæ, & summorum Pontificum, & Conciliorum decreta, & suorum superiorum voluntatem, absque dubio sunt proprietarii, & talium pœnis plectendi, quod confirmatur *Concil. Trid. sess. 2. de regular. cap. 1.* In conventibus verò, in quibus vita communis non viget, vel propter impotentiam, vel superiorum nequitiam, qui nolunt dare necessaria ad vitam, licet prædicti, vitam communem non observantes, in magno suæ salutis periculo versentur, & ferè quotidie eorum paupertatis transgrediantur, excusari tamen possunt à peccato proprietatis, quia obposito, quod aliter commodè vivere non possunt, & sint parati ad recipiendam hanc vitam communem si à prælatis instituat, quia, cum vita communis obliget omnes sub mortali, si constaret de sufficienti prælatorum providentia, nulla esset ratio excusationis, & est communis Theologorum sententia. *Sylvester verbo religio. 6. q. 7. Valent. 2. 2. disput. 10. q. 4. parte 1. Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 5. Navarr. comment. 3. de regular. n. 36. Rodrigez. 2. part. sum. cap. 12.*

IX. Re-

IX. Religiosus dicens aliquid suum v. g. mea vestis, meus liber, & si intēdat, hoc dicens, se habere dominium illius rei, vel usum independentem à Superiore, mentitur, & falsum dicit, & peccat peccato proprietatis, quod opponitur paupertati *Grassus. 2. part. decis. l. 3. cap. 19. n. 8.* si verò intendat solum dicere, esse illam rem suam quoad usum dependentem à voluntate Superioris, non peccat, quia non facit contra veritatem, neque contra paupertatem. *Navarr. comment. 2. n. 1. de regular. Lex. an. citat. sup. n. 11.*

X. Peccat religiosus peccato proprietatis, tenens, possidens aut retinens quaecumque rem sine sui Superioris licentia, etiam si talis res sit ex illis, quæ usu consumuntur: quia revera est actus proprietatis *Azorius tom. 1. institut. lib. 12. cap. 12.*

XI. Religiosus non potest habere etiam de licentia suorum Superiorum aliquid superfluum, aut non necessarium naturæ, personæ, aut statui, quia secundum tutiorem Theologorum sententiam hoc non licet secularibus, ergo minus religiosus paupertatem professis, tum, quia votum paupertatis ea tantum permittit, sine quibus vita transigi non potest, *Sylvester verbo religio. 6. q. 7. Valentia tom. 3. disput. 10. quest. 4.* nec prælati possunt talem licentiam concedere, & concedendo peccant mortaliter, quia non sunt domini, sed dispensatores, qui prudenter suam

suam debent exercere potestatem. Usus vero superfluus non est secundum prudentiam. *Nav. comment. 2. de regular n. 21. Th. de Iesu super cap. non dicatis part. 4 c. 7.* imo tam retinens, quàm concedens superflua, peccant peccato proprietatis: *Nav. & Th. de Iesu citati.* nec est credendum praelato, dicenti, se habere licentiam concedendi superflua, *Sacra Congregatio* ita declaravit, *Quaranta in summ. bullar. verbo casus reservat. fol. 157.* 1<sup>o</sup> quia jus non tribuit illi hanc facultatem, eo, quod est illicita. 2<sup>o</sup> quia expressis verbis damnatur à Concilio Trident. *sess. 25. cap. 20. Clem. VIII. idem prohibuit in constitut. reformat. n. 7. & 8.* Bordonus tamen contrarium asserit, dicens, illos excusari, quia retinent dependentem à voluntate Superioris, ad cuius nutum sunt parati resignate; etsi uterque peccet mortaliter ex avaritia, non est tamen Proprietarius, imo excusatur à mortali, quia defectus non est circa substantiam rei, sed modum & circumstantiam. Plura circa hanc materiam habes apud Bordonum. *Parte priori resolut. resolut. 43. n. 43. & 44, q. 26. & n. 45. item quest. 21. per totam,* ad quem brevitatis gratia lectorem remitto.

XII. Habere religiosus non potest picturas sumptuosas, vasa aurea, aut argentea, tapetes mundanos, specula inaurata, raritates Indicas, gemmas, annulos, vestes sericas, scriptoriola curiosa & pretiosa, & alia huiusmodi, quidquid dicat

dicat Bordonus supra citatus, cum hæc omnia non possint retineri sine peccato gravi, nec possint esse nisi omnino superflua, idem dici debet, si haberet arma & cætera nimis pretiosa, quia hæc omnia sunt prohibita ex *Clement. V. de statu monach. ex Concil. Trid. citato ex decretis Clem VIII Ita Navarr. comment. 4. de regular n. 17. Rodrig. tom. 3. q. 29. art. 11. Lancelotus in Gnom. vita relig. lib. 2. sect. 3. art. 5. Gratianus discipl. regul. part. 2. c. 8. §. 3. nec potest prælatus supradicta permittere, quia talis permissio esset potius dissipatio. *Turrecremata cap. non dicatis n. 4.**

XII. In taxatione verò & dispensatione rerum necessariorum religiosis attendenda est imprimis necessitas naturæ, quæ communis est omnibus, deinde necessitas personæ in singulis, ut, si est senex, vel juvenis, sanus vel infirmus, delicatæ vel debilis complexionis, &c. similiter usus approbatus inter prudentes & timoratos, item circumstantiæ temporis, loci, officii, &c. quæ omnia nisi attendantur, superior non poterit dici prudens dispensator. *Corduba in regulam. D. Francisci cap. 6. quest. 1. Thom. de Jesu in cap. non dicatis parte 4. cap. 7.*

XIV. Religiosus habens aliquid de licentia Superioris, illud occultâs & celans, novo prælato accedente ne videat & auferat, est propriè tarius, quia retinet contra voluntatem superioris præsentis, qui hic & nunc est ejus verus superior

superior. *D. Antoninus. 3. part. titul. 16. cap. 11. Grassis part. 1. decis. lib. 3. cap. 5. n. 48. & generaliter loquendo, religiosus occultans quod possidet, vel non manifestas interrogatus à Superiore cameram visitante, est proprietarius, quia vult retinere contra voluntatem Superioris. Corduba sup. quest. 4. cap. 7. mendosa in quodlibet. quest. 8. Concil. 4. Imo debet esse paratus ad dimittendum quid quid habet, jubente praelato. *Lexana tom. 1. cap. 6. de paupertate n. 16. & 17. Lessius de justit. cap. 4. dub. 5. n. 25. & cap. 41. dub. 9. Navarr. 3. de restit. cap. 1. Punct. 3. dub. 1.**

XV. Habere peculium, sive redditus annuos aliquos, seu rem aliquam immobilem, dummodo hæc sint amovibilia, & à voluntate Superioris dependentia, non est prohibitum religiosis, neque ex natura voti, nec ex vi juris communis: 1. quia votum, solum excludit possidere, aut uti re aliqua independenter à voluntate Superioris. 2.º quia tale peculium intelligitur concessum cum causa rationabili, & dependenter à voluntate Superioris, & non aliter, quia prohibet: *cap. Joannes de regular. & cap. monachi de statu monach. & cap. cum ad monasterium*, tamen, attento Concil. Tridentino & summorum Pontificum decretis, hoc non licet, etiam posita Superioris licentia, dependentia voluntatis, & amovibilitate, ut verbis expressis indicat dictum Concil. *sess. 25. cap. 2. mens*

D  
enim

enim Concil. fuit, ut omnia incorporentur conventui ad extirpandos abusus, & si ante Concil. hoc licebat, nunc amplius non licet, ac tandem hoc prohibent Decreta summorum Pontificum, *Clem. VIII. & Urban. VIII. Molina 2. tom. de just. disp. 276. Lessius 2. de justit. cap. 4. dub. 5. Quaranta in summ. Bullar. verbo casus reservatus pag. 157.*

XVI. In monasteriis tamen, in quibus, vel ob nimiam paupertatem, qua premuntur, vel ob malitiam, aut negligentiam Superiorum, non potest observari vita communis, danda singulis ea, quæ sunt eis simpliciter necessaria secundum decentiam status, vel de facto non dantur, potest permitti religiosis aliquod peculium, vel rei stabilis annuus reditus, vel census, in ordine semper ad usus necessarios, & amovibiliter à voluntate Superioris, si aliter vivere non possint: quia ista habere prædicto modo, non est contra naturam voti paupertatis aut juris communis, sed tantum contra præcepta summorum Pontificum & Concilii Trid. quæ non obligant cum impossibilitate naturali, qualis est in casu proposito, in quo monasterium non potest de necessariis providere, vel de facto non providet contra mentem summorum Pontificum & mentem Concilii, unde tunc cessat lex illa in isto casu. *Valentia 2. tom. de just. disp. 1. quest. 4. punct. 3. Rodriquez tom. 1. in 2. edition. cap. 90. Navarr. comment. 3. 27.*

27. & 32. de regular. Sanchez lib. 7. in decal. cap. 22. n. 4.

XVII. Idem dicendum, loquendo de prædictis conventibus, aut casibus, &, cum eisdem conditionibus, de depositis pecuniarum ex his, quæ vel religiosi acquirunt, aut monasteria ipsis concedunt pro singulorum necessitatibus, propter rationes supra deductas. In talibus tamen monasteriis, ubi à Superioribus assignantur depositarii ad hoc, quod apud illos in deposito reponant religiosi suas pecunias, si id non faciunt, sed apud se retineant, peccant peccato proprietatis, quia illas possident contra Superiorum voluntatem & summorum Pontificum decreta. *Lex an. tom. 1. c. 6. de paupertate n. 23. & sequentibus.*

XVIII. Similiter in supradictis casibus, & cum eisdem conditionibus, non est contra paupertatē, sed licitum, quod ea, quæ religiosi proprio labore, industria, aut donatione acquirunt, ipsis concedantur ad usus necessarios licitos & honestos propter easdem rationes, *Valentia tom. 3. disp. 10. q. 4. punct. 3. Grassis part. 1. l. 3. c. 8. n. 55.* semper tamen observetur, quantum fieri poterit, ut in deposito serventur, & à publicis officialibus, ad id munus assignatis, omnia expendantur potius, quam ab ipsis, quibus privilegium conceditur, ita est mens *Concil. Trident. sess. 25. c. 2. & Urban. VIII. pridem citati Sicut & Clem. VIII.*



XIX. Religiosus dicens alicui seculari alteri, volenti illi dare pecunias, quod eas ponat in depositum apud alium, ut illis possit uti cum tempore de licentia Superioris, & dominium illatum maneat apud secularem, non erit proprietarius, quia in tali casu non acquirit dominium, aut proprietatem, seu usum propriis; sed tantum usum facti ex licentia Superioris. *D. Bonav. in expositione regul. min. c. 1. & in quest. 9. 26. Sanch. in decal. c. 19. n. 51.* quamvis enim, qui pecuniam deponit, intendit se privare dominio illius & transferre in religiosum, tamen, quamdiu ille religiosus non acceptat dominium, manet semper penes datorem pecuniam. *Th. de Jesu in c. non dicitur part. 3. c. 5.* Similiter, qui aliquid furatur, et illud monasterio tradit, ut illo utatur cum Superioris licentia, committit peccatum furti, non proprietatis, quia non acquirit sibi dominium, aut usum sine praelati licentia: *Nu. lib. 3. consil. in 1. edition. tit. de regular. c. 75. n. 40. & in tit. de stat. monach. consil. 40. Sanchez lib. 7. in decal. cap. 19. n. 55.* Religiosus etiam recusans acceptare absque causa, quod sibi secularis vult dare, potest peccare aliquando contra charitatem, quia privare monasterium aliqua re, quæ ad ipsum pertinet, esset, si acceptasset. *Sanchez lib. 6. de matrimonio diss. 4. n. 7. & lib. 7. in decalog. cap. 19. 74. & 75.*

XX, Si religioso sit aliquod legatum, ea conditione, ut ad ipsum solum, & non ad conventum pertineat, non potest religiosus acquirere dominium aut proprietatem illius, quia hoc est contra votum paupertatis, sed voluntas testatoris erit servanda meliori modo, id est, modis supradictis. *Molina tom. 1. de Justit. disput. 140. col. 9. Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 10. q. 3.* Si verò testator expressè conditionem ponat, ut scilicet dominium & proprietatem pertineat ad religiosum, valebit legatum, quia adjecta conditio censetur non adjecta, quia turpis est, & non vitiat, sed vitiat, ac proinde pro non adjecta habetur; illa autem est turpis & sacrilega, ut potè contra votum paupertatis: quod si ulterius dicat testator, se ita velle, & quod si secus fiat, ad alium extraneum, legatum pertineat, tunc etiam hæc conditio habetur pro non adjecta, quia adjectio pœnæ actui interdicto est ipso jure nulla. *l. unica in fine C. de his qua pœne nomine relinquuntur.* Hic autem adhibetur pœna actui malo & interdicto, & pro tunc validum est legatum pro conventu, *Sylvester verbo. relig. 6. q. 7. dicit. 3. Sanchez lib. 7 in decal. cap. 17. n. 27.* legata autem particularibus religiosis facta transeunt ad monasterium, cum ipsi monasterio acquirant, quidquid acquirunt. *Lezana tom. 2. cap. 19. a n. 45.* & religiosus aliter acceptans & sine licentia est proprietarius.

XXI. Religiosus accipiens aliquid à seculari sine licentia sui Superioris, ut illud det alicui pauperi determinatè, illique non dans, non peccat contra paupertatem, modo non retinet, quia in hoc se habet loco ministri, seu famuli, non habentis dominium rei illius. *Sanchez lib. 7. in decal. c. 30. n. 2.* nec etiam peccat contra paupertatem, quando dans talem elemosynam, non designat pauperem, cui dari debet, sed remittit arbitrio religiosi, si tamen religiosus det illam, cui voluerit, sine Superioris licentia, probabilius est in hoc casu peccare contra paupertatem, quia tunc usurpat sibi talem rei administrationem, quod religioso prohibetur. *Less. de just. c. 41. dub. 9. n. 78.* si tamen in hoc casu dictam elemosynam, quam pauperi debet erogare, sibi cum dicta Superioris licentia, aut monasterio indigentibus applicaret, non peccaret, quia intentio danti non fraudatur eo, quod personam non determinaverit. *Navar. lib. 3. Consil. titulo. de mendicis. unico. Rodriguez. tom. 1. summ. cap. 2. in 2. edition.*

XXII. Non potest Superior concedere subdito rem aliquam, quæcumque illa sit, ad usum irrevocabilem, cum de essentia paupertatis nihil posse habere, nisi dependenter à voluntate Superioris. *Ludovicus Lopez 1. part. in struct. cap. 154. Corduba in summ. quasi. 1. notab. 2. qui addunt, nec summum Pontificem*

posse hanc licentiam concedere religioso, nisi cum ipso dispenfet in voto paupertatis propter eandem rationem. *Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 17. n. 29.* vel, nisi Pontifex declaret, se velle hoc peculium vel concessionem esse solum à seipso revocabilem, quando ipsi placuerit, & tunc tenebitur religiosus talem concessionem suo Superiori intimare, quia possidebit voluntate Papæ, qui est supremus omnium Superiorum Superior. *Lex ana tom. 1. cap. 6. n. 26.*

XXIII. Peccat contra paupertatem religiosus, si Superiori, volenti auferre ea, quæ illi sunt concessa, resistat, aut non sit paratus ad ejus nutum se illis abdicare, quia tunc est manifesta proprietas, cum velit illa retinere & possidere contra voluntatem Superioris. *Navar. lib. 3. de restit. cap. 1. part. 3. in nova edit. dub. 1. n. 160. & 161. Less. de justit. cap. 4. dub. 5. n. 31. & 32.*

XXIV. Religiosus, qui ex eo, quod alteri ad usum concessum est, clam & furtivè sibi aliquid assumit. v. g. librum, vestem, imaginem, vel aliquid simile, est proprietarius, quia sine licentia prelati sibi attribuit, quod suum non est, & est alteri destinatum. *Azorius. tom. 2. institut. lib. 12. cap. 12.* si tamen constaret, aliquem habere aliquid superfluum, & contra Superioris voluntatem, & alius tali re indigeret, nec aliter subvenire posset suæ necessitati, nisi illam ab illo

illo acciperet, non peccaret contra paupertatem: quia in tali casu præsumitur voluntas Superioris volentis rem uni superfluam, alteri indigenti applicari: modo tamen inde non oriuntur scandala, rixæ, suspensiones, querelæ &c. hujusmodi, quæ solent evenire. *Lexan. tom. 1. cap. 6. n. 35.* Vnde melius est, & tutius, à Superiori petere, & ab ipso recipere.

XXV. Recipientes à religioso aliquid, ad quod non habet facultatem, tenentur ad restitutionem, quia accipiunt ab eo, qui donare non potest. *Navar. lib. 3. consil. in 1<sup>a</sup>. edit. tom. de regular. conf. 75. n. 33. Lessius de justit. cap. 4. n. 73. dub. 8. Clem. VIII.* Contra recipientes à religiosis his verbis declarat ipso facto, absque alia monitione, judicis decerto, sententia aut declaratione ad restitutionem in utroque foro tenentur, nec restitutione non facta, etiam in foro conscientie absolvi possint. inter ipsos quoque religiosos, ne prava ambitione impulsivi, pro consequendis in religione gradibus quacumque donatio aut largitio munerum, nisi rerum minimarum, de licentia expressa & in scriptis, est penitus interdicta, imo inter ipsos religiosos est peccatum proprietatis, si fiat sine licentia. *Gratianus de discipl. regul. 2. parte cap. 8. §. 3.*

XXVI. Qui furatur aliquid, ut illo utatur cum Superioris licentia, peccat peccato furti mortaliter, aut venialiter, juxta materiam ejusque qualitatem, aut circumstantias alias, non tamen

tamen peccat contra votum paupertatis, ut diximus n. 19. supra.

XXVII. Religiosus, qui cellam, quam propriis, vel parentum expensis ædificavit, renuit dare alteri, cui illam Superior concedit, vel non est paratus illam relinquere ad nutum Superioris, est proprietarius, & hoc satis probavimus.

XXVIII. Ex voto paupertatis obligantur religiosi ad non recipiendum quidquam, à quocumque sine Superiorum licentia, & contrafacientes peccant peccato proprietaris, quia independenter accipiunt. *cap. cum ad monasterium de statu monach. his verbis: Si cuiquam aliquid fuerit specialiter designatum, non presumat illud accipere, sed abbati vel priori assignetur. Mendosa in quodlibet. quæst. 8. concl. 5. Rodriguez tom 3. q. 29. art. 10.* Hoc extenditur ad religiosum aliquid recipientem, quod apud se non retinet, sed apud alium reponit, & utitur eo ad suum libitum, quod est actus proprietatis, si non fit de licentia Superioris. *Sanchez lib. 7. in decalog cap. 19. n. 48.* qui hoc etiam extendit ad res comestibiles pretio æstimabiles. Neque possunt aliquid dare, sive de bonis monasterii, sive de his, quæ habent ad usum, aut quomodocumque acquisiverint sine Superioris licentiâ, quia hoc esset actus proprietatis & dominii *Clem. VIII. Anno 1594. in 3. tom. Bullar. Laërtii inter constitut dicti Clem. n. 28. Diana tractat. 6. de paupertate religiosa*

ligiosa super hanc bullam, neque etiam per modum eleemosynæ, propter eandem rationem. *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 8. D. Antoninus 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 11. not. 4.* Si tamen pauper esset in extrema necessitate, posset religiosus etiam sine Superioris licentia illi subvenire, quia in tali necessitate omnia sunt communia *Rodriquez tom. 2. q. 58. art. 2.* similiter, quando religiosus est absens à Monasterio cum licentia Superioris, potest ex his, quæ sibi sunt donata, facere aliquas moderatas eleemosynas, quia ad hoc præsumitur licentia tacita Superioris. *Ledesma 2. tom. sum. tractat. 1. cap. 3. conclus. 31.* Idem dico de religioso in Monasterio existenti, qui sibi subtrahit de his, quæ sibi à Monasterio ad sustentationem tribuuntur, posse de his eleemosynam facere. *Valentia 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 3. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 19. numer. 100. & 101.* Monasteria autem & Superiores eorum nomine possunt, & tenentur facere eleemosynas de superfluis *Rodriquez supra.* Non verò donare res magni momenti aut pretii, nisi re mature discussa à Capitulo generali aut Provinciali, & modestè ac secretè; ita *Clem. VIII. citatus supra.*

XXIX. Potest religiosus saltem ex Papæ licentia facere professionem sub hac conditione, quòd possit habere aliquod peculium solum quoad usum facti, quia hoc non repugnat essentia

sentiæ paupertatis, ut probatur ex supradictis, & similis professio approbatur in cap. fin. qui clerici vel voventes. Sanchez lib. 7. in decal. cap. 22. n. 24. Navar. comment 2. n. 16. de regular. Peyrinis tom. 1. de subdito. quest. 2. de paupertate cap. 2. §. 1. & Sac. Cong. declaravit talem professionem valere. Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 1. cap. 42. n. 153. Tamburin, de jure abbat. tom. 3. disp. 6. quest. 16. n. 15.

XXX. Religiosi recipientes Missarum stipendia, quæ prælatus non vult recipi ab alio, quam v. g. à Sacrista, peccant peccato proprietatis, etiamsi dicant tales Missas, quia recipiunt contra Superioris voluntatem, quod est actus verus proprietatis. Gratianus in discip. regul. 2. part. cap. 8. §. 3.

XXXI. Religiosi minima successivè retinentes, accipientes, aut expendentes, sine licentia Superiorum, peccant mortaliter contra votum paupertatis, quando pervenitur ad gravem seu notabilem quantitatem. Ratio habetur ex similitudine furti. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 21. n. 30. hoc non intelligitur de rebus minimis, comestibilibus aut potabilibus. Grassis. 1. part. decis. lib. 3. cap. 5. n. 51. Limitatur etiam, ut hoc sit tantum verum, quando isti actus recipiendi, donandi, aut expendendi sunt, aliquantulum uniti ratione temporis vel loci, nam si sint notabiliter disparati, non creditur committi peccatum mortale, etiamsi perveniant ad



ad magnam quantitatem, sicut plures Theologi de furto loquuntur. *Navarr. in summa cap. 17. n. 139. vel. 140 & lib. 3. Concil. in 1. editione titul. de regular. consil. 75. n. 27. in 2. titul. de statu monach. consil. 3. n. 27. Less. 2. de iustit. cap. . . dub. 8.*

XXXII. Nullus prælatus, nec etiam Capitulum Generale cujusvis congregationis, Mendicantium, potest concedere religioso facultatem testandi aut disponendi tempore suæ mortis, de rebus sibi ad usum concessis in favorem cujusvis Conventus suæ Provinciæ, quia hæc facultas est contra jus comune, prohibens religiosis professis testari *ex authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. & cap. quia ingredientibus 1. q. 3. & cap. 2. de testam. Bartholus lib. 1. q. 3. C. de sacrosanct. eccles. & ibi Baldus. n. 15. Sylvest. verbo testamentum 1. quest. 4. ad finem.* Et etiam contra jus canonicum, quod est superius quibuscumque prælatis, aut Capitulis generalibus, ac proinde ad solum Papam pertinet hæc facultas, cum ipse sit supra jus canonicum. Talis autem dispositio, seu applicatio est verè testamentum, & colligitur ex definitione testamenti, quam affert *Ulpianus in l. 1. ff. de testament. Testamentum est voluntatis nostræ juxta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, quæ omnia conveniunt prædictæ dispositioni bonorum factæ à religioso. Hanc etiam dispositionem prohibet Concil. Trident.*

sess. 25. cap. 2. de regulari. Denique est contra jus acquisitum Superioribus, juxta cujuscumque Congregationis statuta.

Potest tamen permitti religioso facere schedulam, qua roget prælatum, ut det alicui, quæ habet ad usum, cum hoc non sit facere testamentum, neque disponere per modum codicilli, nec hoc est alicubi prohibitum, nec derogat paupertati. *Navar. in summ. cap. 27. & tom. 2. de regular. n. 22. Grassis part. 1. decis. lib. 3. cap. 5. n. 58.* & ratio est, quia designat tantum personas, vel Monasteria, quibus à Superiore applicari debent si ipse Superior voluerit, nec cogit Superiorem, sed rogat. *Sanchez lib. 7. in decal. cap. 3. num. 8.*

Superiores & officiales distrahentes, & alienantes indebitè, & malè expedientes sine licentia, sunt proprietarij, quia de sibi concessis à Majoribus disponunt contra illorum voluntatem, & patet in alienatione, quæ fit à solo domino cap. *Abbat. 16. distincti 54.* quia est actus dominij in alterum à solo patrono peragendus, at superiores aut officiales non sunt patroni, sed tantum administratores; ergo alienantes sunt proprietarii. *Sanchez lib. 7. cap. 19. n. 22. Navar. consil. 3. de statu monach. n. 42. & tom. 2. comment. 3. n. 27.* sed utrobique non loquitur de rebus communitas, sed de applicatis particularibus & n. 27. citato nihil de Superioribus, sed antè n. 7. dicit Superiores

res habentes multa suis usibus peculiaribus deputata non esse proprietarios.

Notandum est, quod malè expedientes, licet peccent mortaliter, in usibus illicitis seu turpibus, aut profanis, quod non licet religiosis, quia bona religiosorum sunt Dei patrimonium, & malè expedientes magnam Christo faciunt injuriam, juxta Concil. Trid. *sess. 25. cap. 1.* & *Bonac. de obligat. Benefic. disp. 4. part. 2. n. 9.* tamen, cum habeant licentiam generalem expedendi, non peccant contra votum paupertatis, nec tenentur ad restitutionem, quia nullius justitiam lædunt, neque rem alienam accipiunt invito domino, & licet hæc licentia quam habent, sit illicita, tamen non desinit esse licentia, quæ, etsi non excuset à peccato infidelis administrationis, excusat tamen à peccato injustitiæ, & à pœna restitutionis & proprietatis. *Arg. gloss. 1. cap. si qua 29. 27. q. 1. gloss. verb. licentiam cap. 3. dist. 45. cap. fin. dist. 4. cap. 2. 23 q. 1. cap. 2. 21. q. 2.* Hic intelligitur de licentia expressa, quia in hac materia positus casus non præsumitur licentia tacita, cum nemo præsumatur malus, neque velle aliis præbere occasionem peccandi. *Bordonus. parte prioris resolvit. resolvit. 43. n. 46.*

Notandum etiam, Superiores alienantes bona Communitatis non esse proprietarios proprie & absolutè, quia per votum paupertatis non promiserunt abstinere se ab alienatione rerum

rerum  
tantu  
quire  
volun  
natio  
juste a  
iniqu  
bonor  
maxim  
quia b  
fa à M  
sunt a  
propri  
depen  
perior  
rum, d  
donum  
79.  
Pot  
perior  
Missæ,  
propri  
centia  
corpor  
sua, n  
rioris p  
Portell  
fess. reg.  
67.  
Relig  
rerum

rerum monasterii, quando essent Superiores, sed tantum abdicare à se peculium, & illud non acquirere, neque retinere, aut à se rejicere contra voluntatem Superioris. Cum igitur istæ alienationes ad se ipsos spectant, quod malè aut injustè alienent, non arguit proprietatem, sed iniquam administrationem & dilapidationem bonorum monasterii: tamen creditur, estque maximè probabile, quod sunt verè proprietarij, quia bona Monasterij sunt solùm illis commissa à Majoribus, sine quorum licentia non possunt alienare. Sicut ergo officiales dicuntur proprietarij, quia habent administrationem dependentem à voluntate Superioris, ita & Superiores, cum dependeant à voluntate Majorum, debent etiam dici proprietarij. *Vide Bordonum, parte priori resol. resolut. 43. n. 78. & 79.*

Potest religiosus moribundus de licentia Superioris relinquere, ut pro se tot celebrentur Missæ, quot peculium registravit in charta expropriationis, aut declarationis, quia si de licentia Superioris potest habere peculium pro corporis utilitare, à fortiori pro salute animæ suæ, neque hoc est testari, sed de licentia Superioris providere animæ suæ. Ita in terminis *Portellus. part. 2. casu 85. Bordon. 5. tom. profess. regular. de paupertate religiosa, cap. 24. n. 67.*

Religiosus, qui gravi infirmitate detentus in  
con-

confessione revelat confessario, se habere notabile aliquid injungens Confessario, ne id dicat Superiori nisi post suam mortem, moritur proprietarius, quia id retinet, quod repugnat voluntati Superioris, quæ uti rationabilis in vita præsumitur, neque consensus præsumptus huius potest habere locum, cum sit irrationabilis, maxime in articulo mortis, in quo religiosus non solum affectu, sed opere & de facto se debet expoliare vitio proprietatis notificando omnino suo Superiori. Neque confessarius potest illud absolvere, quia non censetur dispolere, imo sit in actuali peccato proprietatis, neque notificatio facta confessario aliquid ei prodest, quia peccatum proprietatis eum mortuo esse sepelitur inferno, sicut pecunia cum religioso defuncto in signum æternæ damnationis circumtulatur. Confessarius igitur illum non absolvat, sed piis exhortationibus & acerbis sermone sibi à Deo imminetibus admoneatur, ut omnia suo Superiori revelet. *Bordonus tom. 1. resol. resoint. 79. n. 2. & 3. de actibus proprietatis.*

Quæres, an his nostris temporibus sepelendus sit religiosus proprietarius cum sua pecunia. Respondeo affirmativè juxta *c. monach. & super quodam q. c. cum ad monast. 6. de jure monach.* quia lex illa numquam fuit abrogata neque abiit in de suerudinem, licet rarissimi casus contingat.

XXXVI. Litteras scribere vel recipere sine licentia Superioris est contra votum paupertatis, quia sunt aliquid pretio æstimabile, ita *D. Augustinus relatus in capite non dicatis* 11. 12. *q. 1. Sanctus Benedictus in regula cap. 33. Navar. com. 2. de regular. n. 13. Grassis part. 1. lib. 3. cap. 5. n. 64. Peyrinis de subdito quest. 2. cap. 2. §. 10. id autem intelligitur de litteris circa materiam turpem, inutilem & præjudicialem, non autem de honestis. Litteræ verò favorabiles ad officia procuranda & dignitates ex se sunt prohibita, & pro turpibus habentur. Peyrinis *ibid. Tamburinus tom 2. disp. 22. q. 11.**

XXXVII. Recipientes libros, vel aliquid aliud, non occultantes, sed manifestè tenentes in cella, non peccant contra votum paupertatis, quia rebus illis utuntur de præsumpta Superioris licentia, & si quandoque displiceat modus acquirendi sine licentia, quam dedisset, tamen non displicet quoad substantiam; & ideo solum peccant subditi venialiter. *Diana part. 1. tract. 6. resolut. 26. & part. 7. tractat. 11. resol. 19. contra Sanchez & De Lugo.*

XXXVIII. Projiciens cibaria, vel donans, vel de his furtum faciens, est proprietarius, quia talis actum dominii exercet contra voluntatem Superioris, confirmatur, quia donare est projicere & perdere l. *filiusfamilias ff. de donationibus l. cum indebito. §. qui non solvit ff. de probat. puta si donantur indignis. Megalins consil. 83.*  
E hac

*hac dere. Bordon. part. priori resolut. resol. n. 78. & cap. 24. de paupertate tract. de prop. regular. tom. n. 61.*

XXXIX. Religiosus proprietarius per contra justitiam, & tenetur ad restitutionem accepti, retenti, & alienati, ac proinde per contra votum paupertatis, quia agit contra voluntatem Superioris, & contra justitiam, & alienum contrectat invito conventu & Superiore; ideo, quod habet apud se sine ulla licentia sed contra voluntatem praelati, reddere tenetur Conventui qui est dominus. Quæ confusum manducando, restituere non tenetur, quia sunt, nec circa hæc dicitur amplius propriarius, quia fuit tantum in acceptione & manducatione. Quòd si petat licentiam retinere cum iam totum remaneat in bonis Monasterii restitutio facta censetur, cum non amplius fideat invito Superiore. Extra religionem rò alienans, tam donatarius, quàm donatarius tenentur ad restitutionem, eo, quòd sit profectum de rebus Monasterii, modo tamen hæc alienatione sequatur damnum Conventui qui denuò de ablatis debet providere. *Sanc. lib. 7. cap. 19. n. 112. in fine. Bonacin. de re. faciend. a religios. n. 7. & de largition. n. 10. part. 6. n. 30. & 32. §. hæc tamen. Bordon. de profess. regulari, cap. 24. de paupertate n. 74.*

XL. Religiosus, qui ex suis redditibus, confessionibus, confessionibus, ex licentia sui prælati cumulavit summam pecuniæ, non potest sine alia licentia speciali dictam pecuniam tradere ad censum in utilitatem propriam & monasterii, cum pacto, ut recipiens pecuniam, & censum creans super suis bonis se obliget ad solvendum sibi fructus ejusdem census durante vita, & post mortem solvantur fructus monasterio, cujus nomine pecuniam tradidit ad censum, & est proprietarius: quia contrahere & celebrare contractus est prohibitum religiosis, eo, quod careant proprio, sine quo contrahi non potest. Requiritur ergo licentia sui Superioris, ut justificetur contractus, vel eius præsentia cum suo subdito, ut illum autoriset, & de illa nova licentia aut præsentia debet fieri mentio in contractu. *Bordonus part. 2. resolut. resolut. 79. de actibus proprietatis n. 9.* contra facientes puniuntur pœnis proprietariorum.

XLI. Religiosus etiam magister conducens famulum, soluto vel promisso stipendio sine sui Superioris licentia, ad propriam suam servitutem, est proprietarius, quia est actus contractus, qui sine proprietate, & pecunia fieri non potest. Imo duplici ratione est proprietarius 1<sup>o</sup> quia celebrat contractum indebitum sibi interdicitum; & 2<sup>o</sup> quia illi solvit pecuniam, quam independentem à Superiore contractare non potest: est etiam hoc maximè inconveniens



niens, & contra obedientiam & reverentiam prælato debitam, si tamē facto Superior annuit, videtur tunc præstare consensum, & consequenter à vitio proprietatis excusat; quod si torvis oculis famulum aspiciat, aut illum agrè ferat in Conventu, qui eum conduxit, non caret peccato. *Bordonus. citat. n. 6.*

XLII. Eligere sepulturam, non est actus proprietatis in religioso, sed potius inobedientiæ. Ad intelligentiam istius casus supponitur, religiosos non posse eligere sepulturam, quia non habent velle, neque nolle. *cap. fin. de sepult. in 6. nisi sint in remotis*, quia tunc eligunt ex præsumpta Superioris voluntate consolandi religiosum, qui sciens, ubi sit sepeliendus, juxta propriam devotionem, valde consolatur. Religiosus verò, qui manet intra clausuram, non potest eligere sepulturam; quod si eligit, peccabit contra votum obedientiæ, & non paupertatis, quia electio sepulturæ non est pretio æstimabilis, cum sit actus spiritualis, qui vendi non potest. *cap. dictum. 104. 1. q. 1. cap. quæstæ est 12. cap. postquam 13. cap. in Ecclesiastico. 14. cap. præcipiendum 15. 13. q. 2. cap. abolenda 13. de sepult.* ideo non est objectum proprietatis: Ergo electio sepulturæ non est actus proprietatis, est igitur actus inobedientiæ, quia contradicit voluntati Superioris.

XLIII. Prælatus, seu Superior etiam localis, potest concedere sibi subdito, si subdit juxta causam

causa, ut possit dare singulis annis decem au-  
ros. v. g. pro pauperibus, pro nuptiis cogna-  
torum, pro gratificatione beneficiorum, aut  
aliis causis pietatis aut remunerationis, quia  
bulla de largitione munerum non prohibet in  
his casibus, *Corduba. q. 54. dub. ult. dicto. 1.*  
*Lopez instruct. part. 2. cap. 5. & de contract.*  
*cap. 40. Navarr. de restit. lib. 3. cap. 1. n. 189.*

XLIV. Non potest induci consuetudo con-  
travotum paupertatis quoad ejus substantiam,  
quia nulla consuetudo potest derogare juri  
divino, quale est votum observandum; Ita  
*Miranda tom. 2. q. 28. art. 12. Azorius part.*  
*1. lib. 13. cap. 11. q. 15. Rodriguez tom. 1. q.*  
*69. art. 1. §. primo* quia religiosi nulla ratione  
seiplos propriis actibus possunt eximere à sta-  
tu religioso, quod illis accideret, si vota possent  
tollere per contrariam consuetudinem, & in  
hoc omnes conveniunt cum supradictis *San-*  
*chez. lib. 6. cap. 2. n. 26. Mirand. sup. conclus.*  
*3. art. 5. Lezana parte 1. cap. 8. num. 24. Bor-*  
*don. tract. de profess. regular. cap. 2. n. 52. &*  
*cap. 24. n. 91.*

Dixi quoad substantiam, nam quoad mo-  
dum observationis, consuetudo legitime præ-  
scripta relaxat regulam quoad ea, quæ sunt ex-  
tra vota substantialia, v. g. in voto paupertatis  
duo considerantur, substantia scilicet voti,  
quæ est abdicatio proprietatis, in hoc consue-  
tudo nihil potest; & modus seu circumstantia,  
E 3 quibus

rentiam  
annuit,  
& conse-  
quod si  
um agrè  
non ca-  
ctus pro-  
diencia,  
itur, reli-  
quia non  
pult. in d.  
at ex pra-  
andi reli-  
uxta pro-  
Religio-  
non potest  
peccabit  
upertatis  
o æstima-  
di non po-  
ista est 12  
o. 14. cap.  
nde 13. de  
etatis: Eri-  
oprietatis  
contradicti  
tiam loca-  
substituta  
causa

ad votum paup. Cap. V. 69

quibus potest observari secundum religionis antiquam consuetudinem. *Bord. tr. de profession. reg. cap. 18. n. 103. & 104. cum aliis, quos citat.*

XLV. Licentia, quæ requiritur, ut religio-  
sus possit recipere, retinere, aut donare absque  
eo, quod dici possit proprietarius, alia est ex-  
pressa & optima, qua Superior claris verbis  
concedit; & alia est præsumpta seu tacita, qua  
prudenter judicatur Superiorem consentire,  
& ita velle; expressa non est semper necessaria,  
nisi in certis casibus præcipiatur à statutis, vel  
sit aliquod præceptum, ut licentia expressa pe-  
tatur, & pro tunc aliter fieri non debet, alio-  
quin sufficit tacita aut præsumpta, eo, quod  
eadem sit virtus taciti & expressi *l. labeo ff. de  
pactis l. cum quid ff. si cert. petat, & ff. de reb. in  
credit & cap. 2. de rescriptis. D. Bonav. in spe-  
culo discipl. admonit. part. 1. cap. 1. Lexan-  
tom 1. 1<sup>a</sup>. part. cap. 6. n. 55. Bordon. part. priori  
resolut. resolut. 43. num. 27. & alii plures ab eo  
citati. Taciturnitas Superioris videntis & scien-  
tis, nec contradicentis, æquivallet licentiæ taci-  
tæ per regulam 43. n. 6. qui tacet consentire vi-  
detur, consentire enim, & non contradicere,  
paria sunt, *l. in adoptionibus ff. de adopt. & quod  
fit cum licentia implicita seu præsumpta, dici-  
tur fieri cum consensu. D. Thomas. 2. 2. q. 31.  
art. 8. ad primum. Hæc tamen taciturnitas  
non semper arguit implicitam licentiam, scilicet**

et, quando oritur ex timore, pusillanimitate, aut verecundia tacet, aut quia loqui non potest, vel ex protervia subditi, vel, quia est subditus rixosus, susurro, contentiosus, aut rumores excitabit in conventu; & in his casibus religiosus non excusatur à vitio proprietatis, nisi ex aliis signis constet. Licentia autem facta sine limitatione temporis, durat etiam post finitum officium concedentis, modò succedens non revocet tacitè aut expressè, quia est gratia simpliciter facta, quæ non expirat concedentis morte, aut ipso ab officio amoto. *cap. si super gratia 9. de offic. deleg. in 6. cap. si cui 36. de præbend. in 6.* & successor reputatur unica persona cum suo prædecessore, *Gloss. verbo contra cap. dilecti de foro comp.* Unde, ut diximus n. 14. præcedenti, occultans novo Superiori, est proprietarius. Nota, quod licentia data pro una re aut uno usu, non potest extendi, sed juxta tenorem verborum servanda est, juxta mentem concedentis & consuetudinem religionis, limitata enim causa limitatum producit effectum, ex vulgatis juribus, quia aliter præjudicaretur voto paupertatis; v. g. licentia data pro receptione vel retentione alicujus rei, ad usum proprium non extenditur, ut censeatur data ad donandum aut alienandum: item data pro emendis libris, non extenditur ad emendum aliquid aliud, v. g. vestem aut calceos; alias tota disciplina regularis relaxaretur, nisi ad quam-

cumque necessitatem indifferenter data esset, & absque limitatione. *Sanchez lib. 7. cap. 19. n. 6. citans Navarr. tom. 2. comment. 2. de regul. n. 40.* Nota præterea, quod quævis licentia dolo obtenta, metu, favoribus, aut precibus importunis non excusat impetrantem à vitio proprietatis, quia, quando Superior ita redditur nolens, ut contra suam voluntatem ægrè ferat, quod religiosus sic agat, tunc independentè à Superiore invito accipit & retinet, & hoc est esse proprietarium; quod si conceditur non multum ægrè ferendo, sed quasi semivoluntarius excusatur à vitio proprietatis, quia aliquo modo disponit dependentè à superioris voluntate. *Aliter dicitur de licentia coacta, nam ista excusat à vitio proprietatis, modo non sit circa turpia & illicita, quia respectu turpium est de facto nulla, utpotè contra jus naturale & divinum, sed tantum circa superflua, quia licentia coacta est adhuc licentia.* *Gloss. Verbo licentia cap. notificati. 2. 33. 7. 8. & est sufficiens ut non dicatur proprietarium.* *D.Th. 1. 2. q. 6. art. 6. dicit ex communi Theologorum sententia, quod licentia coacta, seu facta ex metu, est simpliciter voluntaria, & absolute & secundum quid involuntaria, quia, quæ fiunt ex metu, absolute ex voluntate fiunt, cum possent non fieri: ergo, cum licentiæ coactæ non desit voluntas Superioris, subditus dicitur agere dependentè ab ejus voluntate, & ideo*

non est proprietarius. *Bordonus tract. de profess. regular. cap. 24. de paupertate. n. 52. & resolut. 43 n. 46.*

XLVI. Licentia tacita aut interpretativa, seu consensus tacitus, ut quis non dicatur proprietarius, colligitur 1. quando Superior est benignus & affabilis, non rigidus aut severus, sed compatitur facile subditis. 2.º. quando subditus inter alios diligitur à Superiore. 3.º. quando religiosus est vir gravis & prudens. 4.º. si res sit levis momenti. 5.º. si res cedit in utilitatem monasterii. *Diana resol. 31. de paup. religios.* sed hæc maximè procedunt in religionibus, in quibus non ita rigorosè vivitur, & nõ potest subveniri religiosis in omnibus necessariis ex communitate. In cæteris verò reformationibus, in quibus ad unguem providetur de singulis necessariis, credo ut plurimum requiri certam & expressam licentiam, & nulla ratio suadet, hos religiosos uti posse licentia interpretativa, ut apud se aliquid retineant, quod sit superfluum aut non necessarium. *Bordonus part. 2. resolut. resolut. 79. n. 13.* Denique licentia debet esse legitima, id est, ad bonos, honestos, & utiles usus, nec potest eam dare Superior ad pravos & inhonestos, nec ipsum monasterium seu tota communitas. *Navarr. lib. 3. conf. in 1. editione, tit. de regul. conf. 73. n. 33. Molin. tom. 1. de justit. disput. 76. Mendos. quodlib. 8. art. 6. Less. 2. de justit. cap. 18. dub.*

E §

11. Li-

11. Licentia virtualis excusat subditum à vitio proprietatis, quando operatur sub spe approbationis à prælato, non autem si sciret Superiorem velle ut peccetur. *D. Thomas in 4. disticti. 15. q. 2. art. 1. Tolet. in summa de peccato mortali. cap. 28. Navar. comment. 2. de regul. m. 20. Lexan. tom. 1. cap. 6. n. 56.*

Colligitur ex supradictis, quòd in religionibus reformatis non sufficit licentia præsumptum facile Superior adiri potest, sed requiritur expressa, ut subditi contineantur in observantia rigorosa eorum, quæ Deo promiserunt, aliter peccant saltem venialiter. *Rodriguez tom. 1. q. 1. art. 29. conclus. 5. Miranda tom. 1. q. 1. art. 16. concl. 1.*

XLVII. Diversæ sunt pœnæ, quibus afficitur proprietas, secundum diversa religionum statuta. Sciendum igitur, quæ pœna his temporibus possit imponi proprietariis, & quibus & dico 1<sup>o</sup>. Concil. Trid. sess. 25. de regulat. & dico 1<sup>o</sup>. Concil. Trid. sess. 25. de regulat. sine contra proprietarios pœnam imponit violationis vocis activæ & passivæ per biennium. Notandum tamen, non incurri hanc pœnam iis, qui proprietarii fuerint, & non ex eo, quod dederint, vel receperint contra Superiores voluntatem, sed tantum, quia tenuerint, & possederint, ut dicitur in textu dicti Concilii. Si quis tenere deprehensus fuerit, ad quamcunque pœnam requiritur sententia ipsius, etiam si sit ipso jure incurta, nisi appo-

fit clausula (absque alia declaratione.) Index  
autem regularium est ipse prælatus regularis.  
*Lexana tom. 1. cap. 6. de paupertate tertio dub.*  
*85. & seq.* Dico 2<sup>o</sup>, proprietarios præter pec-  
catum mortale incurrere pœnam privationis  
Ecclesiasticæ sepulturæ, scilicet, retinentes pec-  
culium contra voluntatem Superioris in ma-  
teria notabili: ad hanc quoque pœnam incu-  
rendam, oportet, ut fuerit admonitus in articu-  
lo mortis de peculio resignando, qui, si cum illo  
moriatur, non est sepeliendus in loco sacro,  
& si sit sepultus, extrahendus, si potest fieri sine  
scandalo, & sepeliendus in sterquilinio cum  
aliqua parte pecuniæ inventæ, *cap. monachi,*  
*cap. cum ad monasterium, cap. super quodam de*  
*statu monach. Sanchez lib. 7. cap. 20. n. 11.*  
*Layman lib. 4. cap. 7. n. 22. Peyrinis de subd.*  
*q. 2. cap. 2. S. 9. quest. 7. Rodriguez tom. 3. q.*  
*29. art. 10. Bordon. resol. 4. num. 82.* Dico 3.  
præter prædictas pœnas proprietarium debere  
removeri à communione altaris, *cap. monachi*  
*de stat. monach.* Has autem pœnas non incur-  
runt dantes, aut expedentes, ut diximus su-  
pra, sed tantum retinentes. *Sanchez lib. 7. cap.*  
*20. n. 11. in fine.*

XLVIII. Cuilibet virtuti proprium oppo-  
nitur vitium, & virtuti paupertatis opponitur  
proprietas, per quam religiosus possidet pro-  
prium, aut alio modo peculium habet, aut  
contrectat contra voluntatem Superioris. Ille  
ergo



ergo proprietarius dicitur, qui contra voluntatem Superioris peculio utitur. Hoc positum duo requiruntur, ut quis dicatur, & sit proprietarius. 1<sup>o</sup>. ut sit validè confessus: Invalida enim confessio, ut dicemus suo loco, nihil operatur. 2<sup>o</sup>. ut rem pretio æstimabilem possideat in quantitate. *Bordonus tract. de confess. relig. cap. 24. de paupertate, n. 4.*

De hac quantitate notandum, quod non solum affectus habendi est criminofus, & cadit sub voto paupertatis; Unde *Sanctus Gregorius in homilia 5. in Evangelia in ultima lect. Sanctus Andreas Apostol. ait, multum ergo Petrus & Andreas dimisit, quando uterque etiam desiderium habendi dereliquit.* Hoc positum, quantitas requiritur in materia paupertatis, se habet eodem modo, ac quantitas in materia furti; ut si in materia furti materia est levis, & peccatum veniale, ita erit in materia proprietatis. *Corduba in summ. quest. 109. Rebellus tract. de iustit. part. 1. lib. 3. quest. 15. sect. 3. n. 24.* furto autem, communiter & regulariter quando, & seclusis circumstantiis loci, personarum, & temporis, duo Iulii Italici, aut duodecim alicuiusmodi, aut quatuordecim Solidi Franciæ putantur materia gravis, & his minor materia levis. *Rebellus citat.* Dixi quatuordecim Solidi Franciæ, respectu valoris juliorum realium, prout hodie æstimantur, nam antea decem solidos eorum valor limitabatur.

quid sit  
reos; S  
Conver  
tract. de  
& 72.  
XLI  
re preti  
paupert  
adulum  
actus pr  
cap. 19.  
recreati  
de licen  
paupert  
usus ille  
quest. 15  
prohibi  
tutionib  
scandalo  
gnam qu  
terioris  
Salonus  
mult. M  
Iudens e  
tem, qu  
tia præla  
& hoc d  
enim est  
nusquis  
randam

quid sit, Rodriquez & Sotus petunt duos aureos; Suarez unum, alij quatuor, secundum Conventuum divitias, aut paupertatem. *Bord. tract. de prof regul. cap. 23. de paupertate n. 71. & 72.*

XLIX. Ludentes religiosi pro pecunia, vel re pretio æstimabili, peccant contra votum paupertatis, quia exponunt res, quas habent ad usum, jacturæ illicitæ exponunt, quod est actus proprietatis. *Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 19. n. 76.* Ludentes verò gratia honestæ recreationis moderatam aliquam quantitatem de licentia Superioris, non peccant contra paupertatem, quia tunc ludus est honestus, & usus ille pecuniæ licitus. *Ledesina 2. part. 4. quest. 15. art. 5.* Secus esset, si ludus ille esset prohibitus, vel à jure, vel à regula, aut constitutionibus, aut à prælatis religionis, aut esset scandalosus, quia tunc, nec parvam, nec magnam quantitatem liceret ludere, etiam de Superioris licentia, nec illam posset concedere. *Salonus 2. 2. tract. de dom. q. 5. art. 6. dub. penult. Molinat. 2. de just. disp. 520.* Nota, quod ludens cum religioso, & lucrans ultra quantitatem, quam religiosus potuit perdere de licentia prælati, tenetur ad restitutionem excessus, & hoc de utroque ludente ita se habet, ludus enim est quasi contractus conditionalis, in quo unusquisque se exponit ad perdendam, aut lucrandam pecuniam, qui ergo non potest perdere,

dere, non potest lucrari, & qui lucrari non potest, nec ipse potest perdere. *Salonus 2. 2. p. quest. 61. q. 5. de dominio art. 6. supra Valentinia 2. 2. disp. 5. punct. 5.* Quod si sciat, qui dicit, religiosum non posse perdere ultra talem quantitatem, & ipse perdat ultra illam, religiosus potest illam lucrari, nec tenetur restitutionem; quia, cum talem scientiam habeat, qui cum religioso ludit, censetur cessare iuri suo; ita ut possit perdere, & non lucrum scienti enim & volenti nulla fit injuria. *Super in clavi regia lib. 12. cap. 13. n. 9. Lezan. 100 cap. 6. de paupertate, num. 52.*



## CAPUT VI.

De obligatione Regularium  
Officium Divinum.

## SUMMARIUM.

- I. Quid sit Officium divinum, & qui tenentur in genere.
- II. Ad illud tenentur omnes religiosi destinati.
- III. Conversi & alij choro non destinati tenentur.

- IV. Novitij, si non sint in sacris constituti, non tenentur.
- V. Censuris ligati, v. g. excommunicati, suspensi, interdicti, depositi, degradati, expulsi, & ad triremes damnati, tenentur & remanent obligati.
- VI. Moniales etiam tenentur.
- VII. Regulares omnes tenentur psallere in choro; in hospitiiis tamen, ubi sunt tantum duo vel tres, non tenentur.
- VIII. Omittentes aliquam partem officij notabilem peccant mortaliter.
- IX. Attentio quanam requiratur.
- X. Balbutientes aliquando peccant mortaliter.
- XI. Quibus horis debeant recitari hora canonica.
- XII. Matutinum dici potest separatim a Laudibus.
- XIII. Invertere ordinem horarum an sit peccatum.
- XIV. Regulares tenentur recitare officium pro suo ordine approbatum.
- XV. Recitare Officium de Sancto, quando debet fieri de feria, quale peccatum.

- XVI. *Vtentes Breviario Romano tenentur ad officium defunctorum 2. die Novembris, & ad Litanias majores.*
- XVII. *Quinam excusentur ab officio recitando, & ad quid teneantur.*
- XVIII. *De Sancto, cujus habetur insignium aliqua potest dici officium duplex.*

I. **O**fficium divinum est series horarum canonicarum ab ecclesiasticis ex præcepto Ecclesie certis temporibus recitandarum ex antiquâ Apostolorum, & Patrum traditione & ipsius Ecclesie institutione. *Thomas Waldensis de Sacramentalibus tom. 3. tit. de canonicis à cap. 20. & ad illud tenentur omnes religiosi in Sacris ordinibus constituti, cap. p. byt. de celebrat. Miss. & cap. dolentes eod. tit. D. Thomas quodlibet. 6. art. 8. Sorus lib. 10. just. 9. 5. art. 3.*

II. Tenentur ad officium divinum religiosi professi, choro destinati, etiam si in sacris ordinibus non sint constituti, quia, licet ad id non obligentur, neque ex præcepto Ecclesie, tamen antiqua & laudabilis religionum consuetudo ad id illos obligavit. *Caietanus in summ. cor. hora, §. 1. unde, si in aliqua religione non talis consuetudo, non esset obligatio, sicut in Societate Iesu. Graff. 1. part. decision. lib. 3. §. n. 89.*

III. Professi verò, qui non sunt choro destinati, v. g. conservi, non tenentur, neque ex vi professionis, neque ex præcepto ecclesiastico, neque consuetudine ad id obligantur. *Rodriguez in summ. cap. 138.* Tenentur tamen dicti conversi professi ad dicendas certas orationes Pater & Ave sub certo numero, juxta regulam aut constitutiones sui ordinis. Hæc verò obligatio non est sub mortali in omnibus religionibus, nisi sit præceptum, ut in ordine Minorum. *Sorus de justit. q. 5. art. 3. Bord. resol. 30. parte priori resol. n. 10. Lezan. tom. 1. cap. 12. de off. divin. n. 4.*

IV. Novitii, nisi sint in sacris constituti, non tenentur ad officium divinum, sed ad horas canonicas recitandas, quia veri non sunt religiosi, nullaque lex aut consuetudo illos obligat, *Suarez 2. tom. de religione lib. 4. de horis cap. 17.* neque in *cap. dolentes de celeb. Miss.* ibi enim nulla fit mentio de regularibus, neque in *Clement. 1. eodem titul.* illa obligatio inducitur, neque jure divino, neque ob eleemosynas, quia non dantur sub hoc titulo, neque status religiosus ut sic, inducit hanc obligationem. *Bor-donus resoluit 30. n. 1.*

V. Religiosi, qui ad officium divinum tenentur, etiam si sint excommunicati, suspensi, interdicti, depositi aut degradati, expulsi, aut ad triemes damnati, ad idem officium manent obligati; quia tales privantur honoribus, sed  
F non

non oneribus, recitatio verò officii onus est, non honor. *Navar. in summ. cap. 7. n. 17. Corneio 2. tom. in 3. part. tr. 5. de excommunicat. disp. 10. dub. 1.* Quoad damnatos ad triremes, si sint in sacris, ad officium tenentur, quando commodi erunt in hac parte, licet multi DD. illos omnino excusent ab hoc onere, si vero non essent in sacris, etiam si essent professi, non tenerentur. *Bonacina de horis canonicis, disp. 9. 2. punct. 2. n. 3.* Et est eadem ratio de eorum professis, si non sint in sacris constituti. *Bononus part. priori resol. 30. n. 13.* dicit damnatos ad triremes etiam in sacris constitutos, aut alia ratione obligatos, non teneri officium recitare, quia in statu, in quo sunt infelicissimo, nullum tempus commodum habent, & quia satis sunt afflicti, dum illo afficiuntur supplicio, afflicti enim non est addenda afflictio. *Diana resol. 4. de horis can. Homobono part. 1. exam. tract. 4. cap. 4. q. 32. Rodriguez, tom. 3. summ. cap. 194. concl. 15.* Contrarium tamen tenent *Laym. lib. 4. tr. 1. c. 4. n. 2. Gavantus sess. 10 c. 5. q. 9.* in rubr. *Breviar. cap. 4. n. 16. Azorius p. 1. lib. 2. c. 5. q. 9.*

VI. Moniales tenentur ad officium recitandum non ex præcepto ecclesiastico, cum nullum sit, sed ex consuetudine, aut regula, extra chorum, eodem modo, quo viri profecti obligantur. Ita docent omnes Doctores. *Rodriguez, q. 4. art. 20. Pontellus verbo horis canonicis, n. 3. Navar. t. 4. de orat. c. 7. n. 27. Navar. disp. 1. de horis q. 2. p. 2. n. 5.*

VII. Omnes regulares chorum habentes tenentur quotidie piallere in choro horas canonicas. *Clement. 1. de regularibus.* Hoc autem præceptum obligat quamlibet religionem, juxta diversitatem statutorum, estque communitè receptum, quod sit sub mortali hæc obligatio, estque de traditione vel consuetudine immemorabili. *Rodrig. t. 1. q. 42. art. 1. Miranda, t. 1. q. 7. art. 5. Bon. disp. 2. de horis can. q. 1. p. 1. n. 9.* Quia religiosi non tantum pro se, sed pro commoditate aliorum ad hoc tenentur, deinde status religiosus in eo consistit, ut non tantum vitam corporalem, sed etiam spiritualem degant in communi, quod est simul orare. Hoc autem præceptum non afficit omnes distributivè, & in individuo, sed collectivè tantum, salvis semper statutis, & consuetudine cujusvis religionis; & hæc obligatio principaliter cadit in Superiores, & prælatos, qui totis viribus procurare debent, ut singulis diebus eorum subditi huic muneri satis faciant. *Suarez. 2. tom. de relig. lib. 4. de horis can. cap. 10. & tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 11. num 3. Bonac. disp. 1. q. 2. p. 2. n. 8. S. dixi.* Quòd si subditi chorum negligunt, & divinum Officium prætermittatur, tenetur Superior singulis præcipere, ut choro interfint, & transgressores graviter peccant negligendo, aut violando hoc præceptum in materia gravi; peccabit etiam Superior mortaliter, si ex ejus negligentia non



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



frequentando chorum, non satis fit choro; si-  
militer & subditi, cum sint omnes in culpa,  
quia singuli in solidum tenentur in casu omis-  
sionis. Igitur constat, quod singulis diebus ab  
aliquibus Officium debet recitari in choro. *In*  
*cit. sup. Bonac & alij Bord. part. priori ref. re-*  
*sol. 30. n. 5. Lezan. tom. 1. c. 12. de off. divini*  
*n. 9.*

In hospitiiis verò, aut parvis conventibus  
ubi sunt tantum duo, vel tres, non tenentur  
Officium recitare in choro, sed quatuor ad mi-  
nus esse debent; duo autem aut tres non possunt  
sunt in choro commodè Officium recitari,  
quod verò commodè fieri non valet, censetur  
pro impossibili, ac proinde nulli subiectum  
obligationi. *Bordonus citatus sup. n. 8.*

VIII. Omittentes aliquam ex horis canoni-  
cis, aut partem notabilem Officij divini, si-  
peccent mortaliter, eo, quod transgrediantur  
præceptum in re gravi, omittentes tamen  
die septem, vel sex horas, non committunt plu-  
ra, aut septem, aut sex peccata, sed unum tantum,  
quia non transgrediuntur, nisi unum præ-  
ceptum, sive unam obligationem, scilicet  
cendi Officium integrè. *Navarr de orat. cap.*  
*n. 6.* Neque tenentur altera die recitare, quod  
fuit omissum, quia officium est onus diei, et  
transit cum die sicut jejunium, *Sylvest. de*  
*hora §. 17.* Unde falsò dicunt aliqui, non  
peccatum mortale omittere uno die unam

ram canonicam, eo, quod credant materiam esse parvam respectu totius officii, est enim notabilis deformitas seu mutilatio officii, ergo non est parva materia, alioquin eadem ratione dici posset violationem jejunii in una die Quadragesimæ non esse peccatum mortale, quia in comparatione ad totam Quadragesimam videtur parva materia. *Diana part. 6. tract. 6. resol. 6. Lex anatom. 1. cap. 12. n. 10.*

IX. Attentio est necessaria recitantibus officium divinum ex *Innocent. III. in 6. dolentes de celeb. Miss. Sotus 10. de just. q. 5. art. 5. concl. 5.* & obligat sub mortali peccato, nisi ex levitate materiæ defectus attentionis ad pauca verba, vel paucos versus sit solum venialis. *Suar. 2. tom. de relig. lib. 4. de horis canon. cap. 26.* Satisfit huic præcepto attentionis, si quis initio horæ proponit & desiderat ad illam attendere, talemque voluntatem aut desiderium consulto, & ex proposito, non interrumpit. *Sanctus Thomas. 2. 2 q. 33. art. 13. Sotus de just. 1. q. 5. art. 5.* Censetur vero hanc voluntatem retractare, quando advertens se non attendere non curat de hoc, quia hoc est implicitè retractare voluntatem, quam primò habuit. *Suar. tom. 2. de relig. l. 4. de horis c. 26.* Oportet autem, quod advertat se diverti ab oratione. *Caiet in summ.* Similiter, qui aliquam actionem exercet impeditivam debitæ attentionis, ut studere, pingere, scribere, &c. peccat mortaliter,

taliter, quia est idem ac voluntariè non habere attentionem, si verò actio non impediat simpliciter attentionem debitam, ut vestiri, deambulare, &c. erit solum peccatum veniale, quia est solum irreverentia ita loqui cum Deo & cum imperfecta attentione. *Suar. sup. n. 21.* quod si prædictæ actiones fiunt cum magna attentione ad officium, & sit necessitas ita faciendi, nec erit veniale. *Rodrig. tom. 1. qq. reg. q. 42. art. 2.*

X. Officium recitantes balbutiendo, corumpendo, sincopando versus, & sillabas cum præcipatione, si hoc fiat cum malitia aut affectatione ex negligentia aut defectu devotionis, peccant mortaliter, si ex tali casu sequatur non dici integrè officium, quia hoc est idem ac partem notabilem omittere, quod est peccatum mortale. *Nav. c. 10. de orat. n. 9. Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. de horis can. cap. 13.*

XI. Matutinum seu horæ canonicæ, si publicè, sive privatim recitentur, debent dici statutis temporis horis, scilicet matutinum a solis occasu usque ad ortum, & non solum post occasum solis, sed ante illum dicitis vespere completorio, quinque horis post meridiem, si in hyeme, sive in æstate, ita consuetudine conceptum est apud multos etiam Romæ. *Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 27.* prima post ortum solis, tertia, sexta, & nona ante prandium seu meridiem, vespere post meridiem, seculi XIII.

quadagesima, completorium prope noctem. Ita colligitur ex *Clement. 1. de celeb. Miss. & ex cap. 1. decretalium eodem tit. & est consuetudo Ecclesie, Sotus lib. 10. de iust. & iure q. 5. art. 3. Navarr. de orat. & horis can. c. 3. n. 45.* Possunt extra chorum separari matutinum & laudes, nullaque est prohibitio contraria. *Navarr. cap. 3. n. 64.* Causa rationabili subsistente possunt per aliquod tempus separari nocturni matutinales; antiquitus enim hoc fiebat, & de hoc nihil prohibitum extat. *Suarez 2. tom. de relig. lib. 4. de horis can. cap. 6. n. 10.* alias vero horas interrompere sine causa rationabili non licet. qui autem interrompit, rationabili causa subsistente, non habet necesse repetere recitata, aut quod incipiat iterum à principio horæ. *Aragonus 2. 2. q. 83. art. 12. Rodriquez in summ. cap. 141. n. 3.* invertere vero ordinem, v.g. dicere primam ante matutinum, vel vespas ante nonam, propter causam rationabilem, nullum peccatum est; si sine causa, vel propter negligentiam, peccatū veniale, quia hoc præceptum sic interpretatur Ecclesia. *Sotus 10. de iust. & iure q. 5. art. 3. Navarr. de orat. & horis can. cap. 3. n. 65.* gravius autem erit peccatum, etiamsi sit veniale, dicere Matutinum pro die sequenti ante perfolutum officium diei præcedentis iusta aliqua causa non interveniente. *Suarez supra c. 24. n. 3.*

XIII. Quilibet religiosus tenetur recitare officium

F 4

officium divinum, juxta Breviarium pro suo ordine approbatum, ita sumitur ex cap. de in & cap. placuit dist. 12. Caietan. verbo hora §. 4. & hæc obligatio est sub mortali propter pœna graves, quæ in dictis juribus ponuntur. Soranus 10. de just. & jure q. 5. art. 4. in hoc tamen est attendenda consuetudo, & jura particularis religionum speciali Breviario utentium.

XIV. Recitare officium de sancto eo die quo debet fieri de feria, nisi magna necessitas urgeat, est peccatum mortale, quia contrarietur intentioni Ecclesiæ, quæ non vult aliter recitari officium divinum. Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. de horis can. cap. 23. an. 11. Tolandus in summ. lib. 2. cap. 13. Aliqui tamen volunt non esse peccatum mortale, si solum per dies aut tres vices hoc fiat. Rodriguez tom. 1. q. 4. art. 8. & Miranda tom. 1. q. 37. art. 13.

Idem dicitur, si celebretur sub duplici, quod est semiduplex aut simplex: hoc enim est agere contra intentionem Ecclesiæ, quæ talem modum instituit. Ita Gavantus in comment. in rubric. Missalis. Barbosa de offic. & potest. p. rochi cap. 10. n. 31.

XV. Tenentur tam utentes Breviario Romano, quam non utentes recitare anniversarium defunctorum die secunda Novembris; licet vespere cum Matutino & Laudibus; hoc anniversarium est pars officii hac die prescripti, ita, ut si beneficiatus non recitet, ad

stitutionem teneatur pro rata, *Suarez de horis can. lib. 4. c. 25. n. 8. & 9. Gavantus in comm. in rubric. Breviar. sect. 7. c. 13. & Matutinum non potest recitari pridie, sed ipso die mane. Barbosa de off. parochi c. 10. n. 29.*

XVI. Tenentur etiam ad litanias, quæ dicuntur majores, cum precibus in die sancti Marci & diebus Rogationum ante Ascensionem Domini, si non assistant processionibus; quia ita præcipitur generaliter, & est usus Ecclesie. *Suarez supra Bonacina de horis can. disp. 1. q. 1. punct. 1. n. 21.*

XVII. Excusantur à divino officio recitando infirmi iudicio medici vel prælati. Item urgenter occupati pro negotiis publicis, quæ convenienter fieri non possent, si diceretur officium, v. g. prædicatio &c. *Sylv. verbo hora §. 18.* Idem dico de urgenter occupatis circa negotium privatum magni ponderis, vel multum occupatis circa curam infirmorum, quia in his, & similibus casibus non est credendum, Ecclesiam obligare ad officium cum tanto dispendio boni communis proprii aut alieni, si utrique obligationi satisfieri non potest. *Tollet lib. 2. Summa c. 14.* Carentia etiam Breviarii excusat ab officio, quando sine culpa est perditum vel ablatum, non verò, si voluntariè aut negligentia culpabili, quia tunc non recitatio est voluntaria in sua causa. *Suarez 2. tom. de relig. l. 4. de horis can. c. 27.* Quotiescumque quis

quis excusatur ab officio, non tenetur ab alio  
audire, quia præceptum non est de audiendo,  
sed de recitando & pronuntiando. *Rodriguez*  
*tom. 1. qq. reg. quest. 4. art. 10.* Sunt tamen  
aliqui, qui excusati à recitando, obligantur ad  
illud audiendum, ut Carmelitarum juxta ordinis  
constitutiones. Item, qui excusantur propter  
infirmiorem, aut magnam occupationem  
dicendo officio, non excusantur à dicendo illam  
vel illas horas, quas commodè dicere possunt,  
sicut, qui debet centum, & non potest solvere  
nisi decem, tenetur decem solvere, idem  
dicitur de illo, qui non potest jejunare per totam  
quadragesimam, debet jejunium servare  
diebus quibus poterit. *Suar. tom. 2. de relig.  
lib. 4. de horis can. c. 27.* Qui verò sunt excusati  
de jure, non tenentur ad dicendum aliquas  
orationes, aut aliquod opus pium facere loci  
officii. *Lezanat. 1. c. 12. n. 67.*

XVIII. De Sancto, cujus reliqua insignis  
habetur, & est recognita, & approbata, potest  
fieri officium duplex, *Gavantus in thesaur. 1.  
tom. p. 1. tit. 11.* De Sancto, cujus reliqua non  
est insignis, si conceditur, officium debet fieri  
semiduplex ad differentiam insignis reliquit.  
De beatificato verò non licet officium dici  
nec Missam, nisi iis, quibus expressè concessum  
est. Festum patroni loci debet celebrari à regularibus  
sed sine octava. *idem Gavantus in thesauri sect. 1. cap. 5. tit. 1. Lezan. sup. a 31.*



## CAPUT VII.

### *De obligatione Regularium ad celebrationem Missarum.*

#### SUMMARIUM.

- I. *Sacerdotes regulares crebrius & regula-  
rius celebrare tenentur.*
- II. *De tempore requisito ad celebrationem  
Missarum.*
- III. *Regulares possunt recipere Missarum sti-  
pendia.*
- IV. *Ad Superiores regularium pertinet ap-  
plicatio Missarum.*
- V. *Ad quos pertineat Missarum reductio.*
- VI. *Non potest committi Missa dicenda al-  
teri, reservata sibi parte elemosynæ.*
- VII. *Applicare Missas anticipatè non licet.*
- VIII. *Possunt regulares celebrare quacum-  
que hora debita etiam ante Missam  
Parochialem.*
- IX. *Possunt administrare Sacram Eucharis-  
tiam etiam in articulo mortis.*

X. Au-



- X. Audientes Missam in diebus dominicis & festiuis in ecclesiis regular. satisfaciunt praecepto.
- XI. Tempore interdicti generalis, aut cessationis à diuinis, possunt regulares in suis ecclesiis celebrare.
- XII. Tenentur celebrare Missas, quas promiserunt.
- XIII. Celebrantes Missas novas possunt relaxationes recipere.
- XIV. Feria quinta maioris hebdomadae celebrare, non vero die sequenti.
- XV. Missa rosarii à Dominicanis, & monte Carmelo à Carmelitanis permittitur, ceteris omnibus interdicitur.
- XVI. Quilibet vivens potest facere celebrare Missas proprias defunctorum officia pro se ipso.
- XVII. Regulares extra claustra decedentes possunt deferri ad eorum ecclesias, si archiepiscopus rochis inconsultis.
- I. **S**acerdotes regulares tenentur celebrare & regulariter Missam celebrare, quia hoc congruit iuri naturali, eo, quod libet teneatur gratiam sibi datam à his conseruare, & iuri diuino, his verbis: Hoc factum est.

meam commemorationem; tum etiam ad vitandum scandalum, quod solet sequi, quando non celebrant, tum etiam, quia ad id sunt obligati propter accepta stipendia & eleemosynas, quas a fidelibus accipiunt intuitu suffragiorum, & eorumdem orationum. *Sylvest. verbo Missa, Socus in 4. dist. 13. q. 1. art. 10.*

II. Nulli licet noctu & ante lucem celebrare, nisi solis Episcopis, juxta *Gloss. in cap. fin. de privileg. lib. 6. Navarr. in manual. cap. 25. num. 35.* Nec licet regulariter Missam post meridiem celebrare, nisi in raro casu, & rationabili causa existente. *Suarez tom. 3. in tertiam partem disp. 80. sect. 4.* Omnia autem privilegia super his concessa regularibus sunt revocata à sacra Congregatione his verbis: *Ante horam debitam, & ante diem celebrare non licet, etiam vigore privilegiorum ante Concil. Trident. concessorum,* quia hæc privilegia, cum fuerint viva vocis oracula, sunt nullius valoris: Missæ verò omnes nativitatis Domini possunt celebrari ante auroram saltem jure communi. *Vasquez tom. 3. in tertiam partem dist. 232. cap. 3. n. 13.* Et sine privilegio in aliquo Festo solemni, quando Concio non auditur, nisi post meridiem. Vel si ratione itineris occurrant in die Festo tardius venire, poterit etiam celebrari aliquo tempore post meridiem. *Vasquez sup. n. 37. Peyrinus tom. 1. privil. circa constitut. pyrri, §. 7.* Sacra etiam Congregatio an-

Handwritten notes in red ink on the flyleaf, including the words "Sicut" and "etiam".



no 1646. die 13 Julij concessit cuidam Archiepiscopo, ut posset permittere unam Missam celebrari duabus horis ante solis ortum pro laboratoribus agrorum.

Non est peccatum mortale Missam celebrari ante Matutinum, & Laudes, contra multos *Gavantus tom. 1. thesauri part. 2. tit. 1.* quod nullum est præceptum tam graviter obligans. *Sotus de justit. q. 7. art. 4. Suarez tom. 3. in 1. etiam partem disp. 82. sect. 1.* Erit tamen veniale, si sine causa aliqua rationabili id fiat, quod est aliqualis inversio ordinis Ecclesie consuetudine introducti. *Sylvest. verbo Missa 1. q. 1. Lezan. tom. 1. cap. 21. n. 3.*

III. Possunt religiosi recipere stipendia pro Missis celebrandis, illa scilicet, quæ communi lege sunt taxata, seu, quæ à viris timoratis & dari solent, quia hoc nullo jure naturali & ecclesiastico est prohibitum. *Suarez sup. q. 2.* Excipiuntur Patres Societatis Jesu, quibus vi suarum constitutionum, prohibetur stipendium pro Missarum sacrificiis, vel prædicationibus, vel lectionibus, admittere; unde religiosi peccant contra paupertatem, quia accipiunt aliquid contra voluntatem Superiorum, quod est actus proprietatis. *Sanchez. 7. in decalog. cap. 28. n. 7. Lezan. sup. n.* Pauperes autem sacerdotes, ut sunt religiosi, non obstantibus quibuscunque privilegiis, possunt pro una Missa plura stipendia recipere.

etiam si essent necessaria ad suam strictam & congruam sustentationem, ex decreto Urbani VIII. quod habetur de anno 1625. 5. tom. Bullar. inter constitut. Urban. n. 42. In quo expressis verbis id prohibetur, & revocantur omnia privilegia apud. *Lexan. sup. n. 5. Gavannu in thesauru tom. 1. part. 3. titul. 12.* Præterea non possunt Sacerdotes plura stipendia pro una Missa suscipere, quia aliàs privarent offerentes talia stipendia fructu aliquo Missæ, quem ipsi intendunt, fructus enim ex opere operantis, cum sit limitatus, proculdubio minuitur, si sit pluribus applicatus: dantes autem ipsa stipendia omnem fructum petunt sibi applicari; appellatione enim rei simpliciter venit res tota, & non pars tantum, ut habent DD. communiter, *in cap. fin. de verborum significatione*, & nemo præsumitur juri suo renunciare nisi hoc exprimat, *l. uxore, §. legaverat ff. si servus vindicetur*. Secundò sic facientes sunt infideles promissioni factæ illis. Tertio hoc scandalum generat in Ecclesia, quia per hoc retardantur fideles ab oblatione stipendiorum pro Missis, cum videant fructum ipsarum dividi & distribui inter multos, & hoc attribunt cupiditati & avaritiæ sacerdotum, *Lexan. sup. numer. 10. verbo Missa.*

Nec Sacerdotes excusantur propter paupertatem, quia paupertas Sacerdotis non dat illi jus ad recipiendum ultra justum stipendium *causatunt.*

taxatum. Sicut nec in aliis rebus pauperum  
 vendentis auget pretium rei, quæ venditur.  
*Navarrus in Manual. cap. 25. Corduba libr. 1.*  
 g. 2. dub. 2. Neque excusantur regulares pro-  
 pter privilegia illis concessa, quia omnia sunt  
 revocata quoad hunc casum. Neque etiam  
 excusantur eo, quòd in eorum ecclesia sit al-  
 qua imago magnæ devotionis & concursus po-  
 puli, quia decreta Congregationis loquuntur  
 generaliter: neque dicendum, quod plura possunt  
 sint recipere stipendia pro unica Missa in ordi-  
 ne ad congruam sustentationem, ita ut iustum  
 stipendium sit illud, quod qualibet die est ne-  
 cessarium ad congruam sustentationem. Non  
 etsi pro hac sententia multi sint citati apud Lu-  
 zanam, tamen propter decreta jam non recipi-  
 tur, nec sustineri potest. Si verò consensus dia-  
 tis stipendium accedat, hoc poterit fieri, quo-  
 scienti & volenti non fit injuria, tunc enim  
 cessat finis, quo sacra Congregatio mota  
 ad condendum decreta. *Bordon. resol. 15. n. 1.*  
 14. *Lex ana verbo Missa à n. 20.* Quando Sacra  
 dos requiritur, ut Missam celebret in aliqua ec-  
 clesia, aut capella, & constet illi, quòd Missa  
 est tantum instituta pro cultu altaris, aut eccle-  
 siæ, aut populi commoditate, etiam si iam  
 ceperit stipendium pro hac celebratione, non  
 test sine præjudicio Decretorum & validè  
 pere aliud stipendium pro applicatione.  
 docent *Homobon. de exam. eccles. tom. 1. n. 1.*

q. 121. Alphonf. de Leone de offic. & potest. con-  
 fess. temp. jubil. p. 3. n. 32. §. limitatur tertio,  
 Fraxinel. sect. 4. conclus. 4. §. 8. apud Bordon.  
 resol. 25. n. 6. in fine. Timeant ergo regulares,  
 quocunque prætextu, plura stipendia, & plus-  
 quam unum pro una Missa accipere contra  
 præceptum Sacræ Congregationis, attenden-  
 tes illud Ecclesiastici 34. vers. 21. *Immolantis ex  
 quo oblatio est maculata.* Hoc enim jure ap-  
 plicari potest defraudatoribus stipendiorum  
 Missarum, quòd si Sacerdos dicat offerenti sibi  
 stipendium, non possum pro te offerre hanc  
 Missam, quia jam est promissa alteri hujus ap-  
 plicatio, si vis tamen orabo pro te in memento,  
 & addam pro te collectam, si tunc offerens con-  
 sentiat, potest recipere stipendium, & facere  
 debet, prout promisit. Non enim est inconve-  
 niens, ut pro aliis etiam orationes fiant. *D.  
 Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. q. 2. ad 2. Plura  
 habes de hae materia apud Lezanam tom. 1. c.  
 21. & in verbo Miss. & Bordonum resol. 25.*

IV. Superiores regularium possunt præci-  
 pere suis subditis circa celebrationem Missa-  
 rum, ne illas applicent ad suum libitum, sed  
 juxta suam intentionem pro obligationibus  
 Monasterii. Et si Sacerdos aliter applicet, irrita  
 est applicatio, & in ejus locum succedit appli-  
 catio Superioris. Ratio quoad potestatem est  
 clara, quia non habet religiosus velle aut nolle,  
 sive in actibus externis, sive internis, ab eis ef-  
 fectibus.

sentialiter pendentibus, *cap. non dicatis, 22. q. 1. cap. si religiosus de elect. in 6. cap. fin. de sepulchris*, sed subditur voluntati & præcepto sui Superioris, ergo etiam subditur quoad celebrationem Missarum, quod est actus externus: Tum, qui præcipere potest, quæ spectant ad bonum regimen Monasterij, cuiusmodi est celebratio Missarum, & satisfacere oneribus earum: quæ applicatio sit nulla, & irrita facta contra voluntatem & ordinationem Superioris, si tamen eam irritavit ante celebrationem. Probatur quia aliàs nulla esset potestas Superioris contra celebrationem, cum post actam celebrationem non possit irritare sacrificium jam à subdito applicatum, cum non maneat in suspensio. Quia Superior potest eorum vota non solum facta, sed facienda, irritare, ut communiter tradunt DD. teste Sanchez lib. 4. cap. 24. §. 1. Ergo potest irritare applicationem faciendam à Sacerdote contra ejus voluntatem & præceptum, nec est major ratio de uno, quam de altero, quia utrumque præjudicat Superioris auctoritati, imo magis applicatio, quam votum, istud enim soli Prælati præjudicat, applicatio vero etiam aliis, quibus debet satisfacere obligatione Missæ. 3<sup>o</sup> Quia tam est sub potestate dominio Prælati Missæ applicatio, quam voti emisso; cum respectu utriusque religio, quæ æqualiter velle & nolle careat, & in eis deest potestas à voluntate Superioris. *Fraxinel. f. 1. §. 7.*

§ 7. Corduba lib. 1. q. 3. not. 5. Gavantus p. 3. tit. 12. num 28. Ergo qui contra facit ordinationi sui Superioris, peccat mortaliter contra iustitiam, quia delinquit in re gravi, & tenetur ad restitutionem acceptæ pecuniæ, quia Missam applicare non potuit, quam debebat pro oneribus Monasterii, ad quod sine dubio tenebatur. Bordonus resol. 25. n. 9. & 10. parte prior resolutionum. His non obstantibus, Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 79. sect. 9. & Ledesma 1. part. summe de Eucharistia, c. 28. concl. 18. dicunt, quod Missæ dictæ à regularibus contra præceptum suorum Superiorum profunt illis, pro quibus dictæ fuerunt, & non illis, pro quibus superiores præceperunt applicari, peccare tamen sine dubio, quia transgrediuntur præceptum Superioris in re honesta, & licita, & conformi regulæ. Ratio primæ partis est, quia Sacerdos in applicatione sacrificii operatur, ut minister Christi, & ut habens ab ipso solùm potestatem: illique soli subijcitur, & non alteri Superiori quoad hanc actionem. Lezana tom. 1. c. 4. n. 35. Sed bene rejicitur hæc opinio, quia applicatio non est ita propria Sacerdoti, sicut consecratio, in qua operatur, ut minister Christi, ut ab eo auferri non possit ex justa causa, & in hoc differunt, quod consecratio ex eo, quod sit essentialis sacrificio, ab alio non potest fieri quàm ab ipso celebrante. Sed sacrificium Missæ potest consistere absque applicatione,

G 2



catione, hinc fit, quod applicatio est sub potestate Superioris, non autem consecratio. Quod verò applicatio ab alio, quàm à celebrante, potest fit præstari, apertè colligitur verbis canonum, *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt sacrificium pro se suisque omnibus.* Ex quibus constat, sacrificium non solum à Sacerdote, sed ab aliis offerri & applicari posse. *Bordani resol. 25. part. priori resol. n. 11.*

V. Quamvis olim Abbates & Generales congregationum possent in Capitulis generalibus Mensuras ad minorem numerum reducere, juxta decreta Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 4. nullo modo nunc id possunt facere propter Decretum sacre Congregationis Concilii, quo istud prohibetur & interdicitur Episcopis in diocesanis synodis, vel Generalibus in suis Capitulis, vel aliàs quovis modo, reducere onera Mensurarum celebrandarum, sed pro omnibus reductionibus, moderandis, vel commutandis, debere haberi recursum ad Sedem Apostolicam, quod diligenter perspectà, statuet, quod magis Domino expedire arbitrabitur. Alioquin reductiones, moderaciones, & commutationes hujusmodi, si quas fieri contigerit contra formam hujus prohibitionis, omnino nullas atque inanes decernit *Gavantus in thes. tom. 1. part. tit. 12. n. 43.* Possunt tamen reducere onera concessa ante ipsum concilium, sed cum temporibus nihil nobis profit hæc facultas.

de forma observanda, in his reducendis, loquendum, inutiliter duximus, super hoc tamen videre poterit curiosus lector *Bordonum, resol. 25. part. priori resol. num. 20. & Lex. anam cap. 21. tom. 1. num. 6.* Quando verò capitale alicujus fructus pro Missa celebranda conventui incorporatum deperiit sine culpa Conventus, non tenetur Superior facere celebrare, quia ad id nullus tenetur sine stipendio; nec præsumitur intentio testatoris velle obligare Monasterium, nisi in quantum recipit stipendium. Dico sine culpa, quia, ipso subsistente, Religio remanet obligata, nemo enim patitur damnum ex culpa aliena. *Bordonus resol. 25. sup. n. 31.*

VI. Ex vi decreti Sacræ Congregationis de celebratione Missarum § at similiter, non licet Sacerdoti accipere Missam celebrandam cum certa elemosyna, eamque postea alteri committere, retenta sibi parte elemosynæ majori vel minori. *Diana de celeb. Miss. resol. 10. trall. 14.* Eodemque decreto prohibetur ecclesiarum administratoribus retinere aliquam portionem elemosynarum pro expensis occasione vini, hostiæ, paramentorum, luminum, & aliorum: imo Sacerdos, cui offertur elemosyna major solita, debet hanc dare integram illi, cui Missam committit, nec ullam illius partem potest retinere, ex eodem decreto. *Gavantus in thesauro, tom. 1. p. 3. tit. 12.* Rectores tamen beneficiorum, qui possunt per alios celebrare,

lebrare, non tenentur dare stipendium celebranti pro rata beneficii reddituum, sed sufficit, si congruam elemosynam tribuant secundum morem civitatis, nisi aliter in fundatione notetur. *Gavantus supra n. 34. decret. tom. 4. Bullar. vel. 5. inter constit. Urbani n. 9. & 42.* Quod si ecclesiam & ipsa loca non habent redditus, quos in usum expensarum pro lamine, vino, hostia, paramentis &c. erogare licite possint, tunc quam portionem retinebunt, expensarum valorem nullatenus excedat, quæ pro ipso solo Missæ sacrificio subeunda sunt.

Veruntamen, si aliqui sacerdotes omnino sponte & liberè, sine vi aliqua, aliquovè metu, aut alio modo coacti contenti sunt parte stipendii, possunt alii sacerdotes, qui majus stipendium receperunt, eas ipsis committere, retenta sibi alia parte stipendii, cum in illo casu nulla fiat illis injuria, & Sacra Congregatio non videatur id prohibere, sicut neque, quod aliquis sacerdos absque ullo stipendio velit Missam celebrare pro alio, qui eam cum stipendio suscepit celebrandam *Lexana in verbo Missa n. 35.* neque est peccatum mortale, quod sacerdos ille, qui pingue stipendium accepit sibi liberaliter oblatum, per tertium satisfaciat, retendo illam justam stipem, reliquo sibi retento, sive pars major, sive minor sit, quia nulli fertur damnum neque injuria, sed solum factum contra prohibitionem; quod si sit peccatum

non potest censerī plusquam veniale. *Bordon. resolut. part. priori resol. 25. n. 28. quest. 18.*

VII. Anticipare Missas; ipsas applicando pro illis, qui postea daturi sunt elemosynam, quamvis multorum sententia fuerit id posse sacerdotes, qui de presenti elemosynas non habent, maximè si hoc fiat non suspendendo effectum sacrificii, sed ex tunc illum applicando pro illis, qui elemosynas daturi sunt. *Aragon. de just. quest. 85. art. 3. dubio 1.* tamen, quid sit de hac sententia, in praxi non est admittenda. *Bonacina disp. 4. de Eucharist. quest. ult. puncto 7. §. 5. n. 3.* quia illa anticipata celebratio pro incerto elemosynam oblaturo est prohibita à Paulo V. à *Sacra Congregat. Concilij, 25. Novembris 1605. Gavantus in manual. Episcop. verbo Missa. n. 32. Diana tract. 14. de celebr. Missar. resol. 15.* & maximè, quia talis anticipatio maximè sapit lucri aviditatem, & negotiationem usui Ecclesie non consonantem; imo repugnat intentioni Missam petentis, qui Missam presenti necessitati & devotioni requirit; & reverentie tanti sacrificii, sacerdotum perfectioni, ac Fidelium desiderio adversatur. *Lezana verbo Missa n. 53. in fine, & cap. 21. tom. 1. n. 7. in fine.* Anticipata verò celebratio Missæ, quæ die sequenti dici debeat, non est prohibita: imo sacerdos sic faciens ad instar boni debitoris anticipatè solvit, nisi aliter ab elemosynam concedente fuerit ordinatum.

VIII. Possunt regulares dicere Missas in diebus festiuis & dominicis, quacumque hora debita, etiam ante Missam parochialis ecclesie, quia ita declaravit Sacra Congregatio Concilii, & Pius V. in Constitutione etsi mendicantium, Peyrinis tom. 1. Privileg. in constitut. Pyrinis n. 26.

XI. Possunt etiam regulares in suis ecclesiis sacram Eucharistiam quocumque tempore Christi Fidelibus administrare, excepto tempore Paschatis, in quo ex præcepto Ecclesie non debentur seculares communicare. *Rodrig. t. 1. q. 56. a. 3. Miranda in manual. t. 1. q. 42. a. 1. c. 2.* Qui autem comunicavit aliquo die ex præcepto in sua parochia, potest secundum aliquos etiam alio die ejusdem tempore communicare apud regulares, cum jam adimpleverit præceptum Ecclesie, nec aliud interdat. *Barb. de off. parochi c. 20. c. 10. Peyrinis tom. 1. q. 56. a. 3. c. 2. privil. in const. 1. Iulii. 11. § 37. n. 85.* Qui etiam n. 90. tenet, in die Paschæ posse religiosos ministrare Eucharistiam peregrinis, quod negat *Barb. n. 23.* Et merito negat, imo dicitur declaratum à Sacra Congreg. Concilii, posse in die Paschæ Eucharistiam sumere in ecclesia regularium eum, qui jam satisfecit in parochia. *Gavantus in man. episcop. verbo, Eucharistia. n. 23.* In casibus tamen necessitatibus scilicet articuli mortis, absente parochiano, & si eum tenente, possunt religiosi Sacramentum

rum Eucharistiæ tanquam viaticum fidelibus ministrare, tunc enim præsumitur parochorum licentia. *Suarez tom 3. in 3. part. disput. 72. sect. 2. Lex ana tom. 1. cap. 21. n. 8. & cap. 12. n. 41. & alij.*

X. Quoniam iste numerus per errorem in summario positus est, ideo hic de eo aliquid dicendum non judicavi expediens, sed lectorem remittendum ad *Rodericum tom. 1. q. 43. art. 7. & Lexanam part. 1. cap. 21. n. 11.* ubi quæstio amplè decisa manet.

XI. Tempore interdicti generalis regulares possunt in suis ecclesiis & monasteriis singulis diebus Missas celebrare, & officia divina dicere submissa voce, clausis januis, & campanis non pulsatis: excommunicatis & interdictis exclusis. *Bonifacius VIII. in cap. alma mater de sent. excommunicat. Peyrinis tom. 1. pri. vil. in constit. 2. Sixti IV. n. 55. Gavant. in manual. Episcop. verbo interdictum à n. 10.* Possunt etiam eodem tempore interdicti solemniter celebrare divina, januis apertis & pulsatis campanis, excommunicatis expulsis, sed interdictis admisis, ita tamen, ut illi, qui sunt causa interdicti, nullatenus appropinquent in festivitibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Beatæ Mariæ, & hoc de jure communi in eod. c. *Alma mater. Sorbus in additam. ad compendium verbo interdictum §. 12. secundum,* hoc extendit ad Festum SS. Sacramenti

eramenti & per totam illius octavam per *unam*  
*extravagant. Martini V.* Extenditur etiam pro-  
 babiliter quoad aliquos regulares, & alios, qui  
 cum ipsis communicant, in privilegiis, ad Fe-  
 sta Conceptionis, Visitationis, & Nativitat.  
 Beatæ Mariæ, Nativitatis Sancti Ioan, Bap-  
 tistæ, & ad Festa Sanctorum suarum religionum  
 respectivè, nec non aliorum apud Lezanam  
 relatorum. *tom. 1. cap. 21. n. 19.* Vti etiam  
 possunt regulares hoc privilegio tempore cele-  
 sationis à divinis. *Peyrinis tom. 1. privileg.  
 const. 2. Sixti IV. n. 52. Lezan. sup. v. 20.*

XII. Tenentur sacerdotes eas Missas cele-  
 brare, quas promiserunt, sive de Beata Virgine,  
 sive de Sanctis, sive de requiem, sive votivas,  
 quia ex virtute fidelitatis tenentur promissa  
 adimplere de re iusta & honesta, cum specialis  
 orationes Missæ sint ad finem & devotionem  
 illas petentium utiles. *Bonac. de sacrific. Missæ  
 disp. 4. q. ult. pun. 7. §. 3. n. 4.* & ad hoc ma-  
 ximè obligantur diebus Festis semiduplicibus  
 & simplicibus propter promissionem, quæ  
 de re licita & honesta, & cui rubrica Missæ  
 aut ecclesiæ consuetudo non contradicit, sed  
 potius permittit, ita enim colligitur ex *cap.  
 dam de celeb. Missæ. & ex declarat. Sac. Cong.  
 quam refert Gavant. in thesauro sacr. rituum  
 part. 1. tit. 4. §. non. est duplex, & Barbosa de  
 parochi cap. 11.*

In festis tamen duplicibus aut dominicis

vel illis diebus, in quibus festa duplicia celebrari non possunt, præmissæ Missæ debent omitti, & dici occurrentes, & officio conformes, non solum, quia rubricæ id præcipiunt, sed & quia omnes Missæ sunt æqualis valoris, quantum ad fructum ex opere operato. *D. Th. in 4. dist. 45. q. 2. a. 3. q. 1. ad 5.* & licet quantum ad preces & orationes una sit majoris valoris accidentalis quàm alia. v. g. de Requiem, eo quòd magis profit defunctis, quàm alia, quia ejus preces & orationes directè tendunt ad animarum liberationem, hoc tamen suppleri potest, tum ex majori sacerdotis devotione, quam habet ad sanctum, aut mysterium, tum intercessione Sancti, cujus imploratur suffragium. *Sylv. verbo. Miss. q. 8. S. 5. Henriq. l. 9. de Miss. c. 23. n. 6. & ex decr. Sac. Cong. die 28. Aug. 1267. apud Barb. sup.* Nec obstat promissio facta in contrarium, ea enim debet intelligi, modò non sit contraria ritui & ordini Ecclesiæ. Vide etiam *Perin. t. 3. privileg. in addit. ad const. Pyrrhi c. 1. n. 15.* His non obstantibus, Missarum pro defunctis celebratio non est prætermittenda, si ea relicto legato ordinetur singulis diebus, quæ de præcepto non servantur, licet sit Festum duplex, quòd non est de præcepto. Item potest celebrari diebus Dominicis & Festivis in sepulto & præsentate corpore, ubi mos est sepeliendi simul cum Missa. *ita declaravit Sac. Congreg.*

Bordo.



Bordonus tamen *res. 25. c. 3. q. 7.* dicit, absolute sacerdotem quemlibet posse satisfacere cuicumque Missæ petitæ, aut testamento relictae, etiam de Requiem dicendo Missam, quæ quotidie convenit officio; & hoc probat *cap. de prebend. quod incipit signif.* ubi Papa noluit concedere institutionem Missæ quoddammodo de Sancta Maria, sed injunxit simpliciter Sacerdoti, ut diceret Missas currentes secundum temporis congruentiam, tum ex *cap. quidam de celeb. Miss.* ubi decernitur, ut Missæ audiantur de eadem die pro salute vivorum & etiam defunctorum; ad tollendos abusu laicorum, qui speciales Missas pro suo arbitrio petebant; tum, quia quælibet Missa, quæ singulis diebus assignatur, ita prodest æque distinctis, ac si pro illis diceretur Missa de requiem, & hoc colligit ex citato *cap. quidam de celeb. Miss.* Ex intercessione enim Sancti, & devotione, & affectu ad festum currens suppletur directa intentio Missam de requiem. Et hoc cum illo docent *dirigues tom. 1. q. 42. art. 8. Sylvest. de Missa l. n. 8. §. quintum ait.* Et non irratiabiliter dicunt, nullam esse Missam defunctorum salubriorem, quàm propriam diei currentis, etiam asserit *Naldus verbo Missa, n. 21.* Et opinio communissima & vera, inquit *Fr. mil. sect. 4. concl. 4. n. 22.* Vbi citat plusquam quinquaginta Doctores, & n. 13, ait, non

neceſſe addere ſpecialem orationem de Miſſa petita, quia applicatio ſacrificii non conſiſtit in collectis, ſed in Memento. Nec licet dicere, quod Sacerdos promiſerit Miſſam de requiem, vel de ſancto, & quod promiſſum non teneat, quia fidem datam non frangit in hoc caſu; à pari de eo, qui votum ſuum in æquale, ſeu in melius mutat, non dicitur infringere, ſed fidem datam Deo ſervare. *Argum. cap. pervenit de jurejurando. cap. ſcriptura de voto*, ſed aliquando magis prodeſt Miſſa de ſancto curren- te, quàm de requiem, juxta illud, *Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini*. De Sanctis vero, aut de Angelis, in Miſſis defunctorum non fit commemoratio. Præterea hujusmodi promiſſio ſæpè non ſervatur, nec ſervari poteſt ſine peccato. Unde Pius V. in Bulla confirmationis Miſſalis mandat non ſolum Prælatiſ, ſed omnibus ſacerdotibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ut juxta formam, ritum, & modum Miſſalis celebrent.

XIII. Celebrantes Miſſas novas poſſunt in medio altaris ad populum converſi, ſponte factas oblationes acceptare, ita enim dicitur declaraffe Sac. Congr. *Diana tract. 14. de celeb. Miſſ. reſolut. 50.* Non poſſunt tamen circumire eccleſiam ad hanc oblationem ex decreto. *Cons. Trid. ſeſſ. 22. Gavanius in comment. in rubric. tomo 1. part. 2. titulo 7. Lezana, cap. 21. tom. 1. n. 24.*

XIV. Feria quinta majoris hebdomadae  
re communi licet omnibus celebrare, secluso  
scandalo, & in secreto, cum id nullo jure pro-  
hibeatur. *Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. ad 1.*  
*Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 80. sect. 2.* In  
die autem Parasceves est peccatum mortale,  
sive fiat in publico, sive in secreto, etiam quo-  
cumque Festo occurrente, *cap. Sabatho de con-  
secrat. dist. 3. Gavantum in Thesuro S. rituum  
part. 4. tit. 9. n. 24.* In die verò Sabathi sancti  
aliqui putant posse celebrari privatim & oc-  
cultè, saltem ab ea hora, in qua incipit solemne  
Paschale, officium ob rationabilem causam.  
Vide. *Barbosam de officio parochi, cap. 11. n. 49.*  
& *Gavantum sup. part. 4. tit. 10. n. 49.*

Numquam licet supra mare, seu flumen  
navi propter quamcumque necessitatem cele-  
brare propter periculum effusionis pretiosi san-  
guinis ex motu navis; *Lexana. tom. 1. c. 11.  
n. 16.* nec umquam potest celebrari sine lumi-  
ne sine peccato mortali. *cap. fin. de celebra-  
tione Missar. Sotus in 4. dist. 13. quasi. 13. art. 1.*  
*Tolet. in sum. lib. 2. c. 7. n. 6.* & alii commu-  
ter. In necessitate autem propter ecclesiam pro-  
pertatem sufficit una candela cerea. *Henricus  
lib. 9. de Missa. cap. 26. n. 4.* & *cap. 29. n. 1.*  
In casu tamen gravis necessitatis licere pu-  
tatur peccato mortali cum lumine olei celebra-  
re secluso scandalo & contemptu. *Diana tom. 1.  
14. resolut. 67. & 45.* & forsitan sine veniali  
necessitate

necessitas sit valde gravis; ex sebo autem, aut  
interiori materia id non licet, etsi Bonac. &  
Laym. contrarium putent. *Lexana verbo Mis-*  
*sa n. 60.*

XV. Quilibet non potest Missam Rosarii  
celebrare, sed ad solos Patres Dominicanos  
pertinent: sicut Missa de monte Carmelo ad  
solos Carmelitas, & ceteris omnibus, illis ex-  
ceptis, est interdictum, & si quis onus habeat  
celebrandi tales Missas, satisfaciet dicendo  
Missam de Beata votivam, ut est in Missali.  
*Gavantus in thesuro tom. 1. part. 4. titul. 7.*  
*n. 9.*

XVI. Potest autem quilibet vivens, si S.  
Gregorio credendum sit, sibi officium & Mis-  
sam defunctorum celebrari facere, & ipsas Mis-  
sas & officia applicare pro quacumque animæ  
sue necessitate & occasione, ut ei profint, quan-  
do futura erit capax effectus illorum, ita ut  
maneat non suspensus, sed quasi reservatus in  
acceptatione divina: sicut merita per pecca-  
tum mortificata manent in Dei acceptatione,  
dum homo illorum capax extiterit: unde ap-  
plicari quidem censentur vivis, sed pro tem-  
pore quo mortui fuerint, & prudenter agunt  
qui sic animæ suæ consulunt, ut bene ait D.  
Gregorius; *tutior est via, ut bonum, quod quisque*  
*post mortem suam sperat, agit per alios, agat ipse*  
*dum vivit per se; beatum quippe est liberum exi-*  
*res quam post vincula libertatem querere, lib. 4.*  
*dialog.*

dialog. cap. 58. Barbof. in Concil. Trid. fess. 22  
cap. 3. n. 8. Lezan. verbo Missa n. 54.

XVII. Regulares extra claustra decedentes  
possunt ad eorum ecclesias deferri, etiam Pa-  
rochis inconsultis, etiamsi ab illis Sacramenti  
receperint, ead. Sac. Cong. Barbof. supra n. 61  
cap. 26.



## CAPUT VIII.

De obligatione Regularium ad  
sacros ordines.

### SUMMARIUM.

- I. Quid sit ordo, & quotuplex.
- II. An quilibet ordo sit sacramentum.
- III. Quenam sit forma & materia ordinis.
- IV. De subiecto capaci ordinis.
- V. De ministro hujus sacramenti.
- VI. Aetas ordinandorum requisita.
- VII. Pœna ordinatis ante aetatem impo-
- VIII. A quibus incurrantur dicta pœ-
- IX. Suscipientes presbyteratum illicite  
pœnas incurrant.
- X. Suscipientes furtivè quas.

- XI. *Simoniacè ordinati quas.*  
XII. *Suscipientes non suscepta prima tonsura.*  
XIII. *Religiosi extra tempora non ordinantur.*  
XIV. *Religiosi ordinantur sine titulo patrimonii vel beneficii.*  
XV. *Religiosi, scientes se invalidè professos esse, peccant mortaliter, si ordines suscipiunt.*  
XVI. *Aquali Episcopo regulares debent ordinari.*  
XVII. *Littera dimissoria à quo concedenda.*  
XVIII. *Interstitia quid sint, & quis dispenset ab illis.*  
XIX. *Duo Sacri Ordines eadem die non conferuntur.*  
XX. *Majores ordines non conferuntur, nisi servatis interstitiis.*  
XXI. *Probatio de vita & moribus requisita.*  
XXII. *Ordinandorum scientia qualis esse debeat.*  
XXIII. *Quo tempore ordines recipi possint.*  
H XXIV.

XXIV. Regulares ordinandi possunt excommunicari ab Episcopis.

XXV. Ille non censetur ad quemcunque ordinem ordinatus, cui Papa dixit, Episcopus v. g. Diaconus, &c.

I. Ordo est sacramentum, quo Spiritus sanctus & sanguinem Christi. Bonacin. de sacramentis ordinis disp. 8. q. unica puncto 1. n. 1. Sorus in disp. 14. q. 1. art. 1. Hæc definitio accommodatur singulis ordinibus, siquidem in ordine Sacerdotali confertur talis potestas immediate in aliis verò mediate. Dari hoc sacramentum est res certa de fide. Concil. Florentinum in instructione Armenorum. Trident. sess. 23. cap. Bellarmin. de sacrament. ord. & comment. DD. fuit institutum à Christo in ultima voluntate his verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. ibi enim contulit Christus apostolis auctoritatem Sacerdotalem, in qua omnes ordines formaliter, vel eminenter conferuntur. Valentia tom. 4. disp. 9. distinct. 1. par. 4. Septem verò ordinum species numerantur Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolytatus, Exorcistatus, Lectoratus & Censurarius. Concil. Trid. sup. cap. 1. Concil. Romanum sub Sylvestro Canon 3. & Carthaginensis Canon. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. cui subscripsit S. D. Th.

Aut Augustinus, Illos singillatim recenset Clemens Pontifex, epist. 2. ad Iacobum Fratrem Domini.

II. Horum tres priores vocantur Sacri per antonomasiam, quia cæteris quatuor in sacro altaris ministerio, & prærogativa assistentiæ, & Officij circa divinum Officium, & sacrificium antecellunt, quamvis dubium sit, an subdiaconatus fuerit olim sacris ordinibus accensus, & aliquibus videtur quod non ex *c. nullus in Episcopum, dist. 60. & aperte docet Innoc III. cap. a multis de erat. & qualir. ordin. Cabassut, lib. 3. cap. 16.* Quatuor posteriores vocantur minores, & non sacri, Sanchez tom. 1 opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 1. num. 6. Communior tamen Doctorum consensus iudicat non modo subdiaconatum, sed singulos quoque minores ordines verè esse, & propriè sacramenta characterem imprimentiæ, & gratiam conferentiæ (Esto plures Theologi negent de quatuor minoribus) Concil. Trid. sess. 23. cap. 2. Ubi hos omnes numerat inter ordines, & cap. 3. absolute dicit Ordinem esse sacramentum, quia per omnes illos traditur potestas, sive remotè, sive proximè, ad conficiendum Corpus & Sanguinem Christi. Bellarmin. de ordin. cap. 8. Sanchez sup. cit. dub. 7. Prima verò tonsura non est sacramentum, sed tantum inchoatio quædam & dispositio ad ordines. Sanchez sup. quæst. 6. D. Thom. & alij. Certum igitur est, omnes septem



Septem Ordines dicendos esse unum sacramentum ordinis, quia ad unum finem omnes dirigitur, scilicet Eucharistiam perficiendam, ex omnibus illis integratur unum sacramentum completum. *Bonacina de sacrament. ordinis, disp. 8. q. unica punct 2 n 2.* Episcopatum autem dici potest unum sacramentum generis sed non specie diversum à sacerdotio, & comprehenditur sub illo, ita *Bellarminus sup. cap.* Vel melius dicendum cum Sanchez *sup. q. 1.* quod, sicut consecratio panis & vini continent unum sacramentum, rãquam partes integrantes heterogeneas, sic consecratio simplicis Sacerdotis est unum perfectum & verum sacramentum ex verbis Ecclesiæ, *Ecce Sacerdos magnus.* Unde colligitur, characterem, per Episcopatum impressum, esse tantum quoddam augmentum characteris Sacerdotis ipsius necessario supponens & perficiens, & cum eodem tegrum characterem perfecti Sacerdotis constituens. *Sanchez sup. Cabassut. lib. 3. cit. Lessius verbo ordines sacri. numer. 2.*

Quoad materiam & formam hujus sacramenti, dico, quod, sicut materia remota est res illa, quæ traditur suscipienti ipsa quoque materia proxima est traditio talis materiæ remotæ, seu instrumentorum, quibus significatur potestas, quæ singulis traditur, materia verò sunt verba illa, quæ in traditione materiæ proferunt à ministro, sicut in p[er]p[et]uo

cali habentur. *Bellarmin. de ordin. cap. 9. Hen-  
riquez lib. 10. cap. 6. & 7. Bonacin. sup. unct. 3.*  
Nota, quod licet contactus materiæ sit de essen-  
tia ordinis & sacramenti, quia significatur per  
verba formæ, non est tamen necessarium, hanc  
materiam tangere ambabus manibus, sed satis  
est unica manu; similiter, non est necessarium,  
ut simul sint, mathematice loquendo, conta-  
ctus materiæ & formæ prolatio, sed solùm,  
quod sint simul moraliter, juxta communem  
Doctrinam. *Sylvester in sum. verbo ordo 1. &  
verbo ordo 2. quest. 5. Sotus in 4. distinct. 24. quest.  
1. artic. 2. Sanchez. sup. num. dub. 2. numer. 3.  
& 4.* Neque est necessarium in consecratione  
Sacerdotis tangere immediatè calicem, pate-  
nam & hostiam, sed satis est tangere modicum  
quid rei, quia, sicut tangès calicem, censetur tã-  
gere vinũ, nec oportet imediatè vinũ tangere;  
ita tangens patenam, censetur tãgere hostiam.  
Imo sufficit, ut extensione manuũ contrectan-  
tium patenam ostendatur, se acceptare totum  
illud, quod porrigitur ab ordinante, tutius ta-  
men est ut Episcopus, qui profert formam, tra-  
dat etiam ipse materiam tangendam. *Suarez  
tom. 5. in 3. p. 9. disp. 42. sect. 3. n. 12. Bonac.  
dicto punct. 3. n. 55. Lexana, verbo Ordines sa-  
cri n. 3.*  
IV. Loquendo de subjecto capaci, Dico 1<sup>o</sup>  
laborantes morbo caduco promoveri non pos-  
sunt ad ordines, in susceptis verò ministrare  
dispen-

dispensari possunt à prælaris suis regularibus  
 Provinciali scilicet, aut Generali, si Dei misericordia convaluerit. Prius tamen sunt probandi spatio unius anni aut plus, propter periculum, & ante dispensationem debet adhiberi Medicorum consilium, & ordinare, ut aliqui Sacerdos jejunos eis assistat, ut, si casu cadunt, possit perficere Missam, *cap. illud cap. nihil.* q. 1. *Navarrus, c. 27. num. 203.* Non possunt celebrare etiam, si raro cadat, quando spuma emittit, sed hæc ratio non bene admittitur, eo quod cadentes ex hoc morbo semper spumant. *Sayrus lib. 6. cap. 9. num. 11.* Ideo melius dicendum, debere expectari tempus, quo liberi sint. Energumeni, seu à dæmone vexati, non possunt promoveri, & promoti sunt perpetuo suspensi ab executione ordinum susceptorum. *cap. maritum; cap. communiter, cap. clericus, c. 33. Sayrus cap. 9. lib. 6. num. 4. Bonacius q. 1. de irregul. part. 2. num. 24. Bordonus regul. num. 89. & 90.* Dico 2. femina non est capax ordinis, & si fortè ordinetur, non incipit characterem. *Toletus in sum. lib. 1. cap. 1. num. 2.* Neque hermaphroditus, nisi viget eo sexus virilis, imo etiam si talis sexus in eo prævaleat, & ex eo sint verè viri, quia tamen indecens omnino est, quod ad altaris misteria talia monstra assumantur, maximè, si defectus sit publicus, ideo ad ordines sacros non possunt admitti, nisi ex Papæ dispensatione. *Sayrus*

Sup. Bonac. sup. punct. 2. num. 13. Nec invenitur, quod unquam Papa dispensaverit. Dico 3<sup>o</sup>. Nullus est capax ordinis, qui non fuerit baptizatus, cap. *Veniens de presbyt. non baptizat.* D. Thom. & alij communiter. Non confirmatus autem est capax ordinis, quia nullo textu hoc prohibetur, Sotus in 4. distinct. 24. quest. 1. art. 4. disput. 9. dub. 3. sect. 1. Navarrus in manual. cap. 22. numer. 9. Quicumque baptizatus, etiam infans, est capax ordinis (quamvis ante discretionis annos non sint ordinandi) etiam si minores, vel etiam majores ordines susceperint, cap. *de iis, qui per saltum ordinantur.* Bonac. supra, punct. 5. numer. 1. Adde, quod in adultis, quando ordinatur, requiritur intentio, ita, ut si quis invitus ordinetur, non recipit characterem. Tolet. lib. 2. capit. 16. num. 2. Lex an. verbo ordines sacri, num. 4.

V. Ordinarium ordinis ministrum Episcopum esse, in confesso est apud omnes, (Suppono consecratum) eaque fuit constans Ecclesie ab initio praxis, & definierunt antiqui canones, Concil. Toletanum 8. q. 7. Constantiens. sess. 8. Florentin. in decreto Eugenij & Trid. sess. 23. cap. 4. & 7. de quo S. Thomas in 4. dist. 25. quest. 1. art. 1. & alij plures. Attamen eadem sessione 23. cap. 10. de reformat. permittitur quibusdam Abbatibus, ut subditis sibi religiosis conferant tonsuram, & minores ordines. Idemque permisserant antiquiores canones Abbatibus

Sacerdotibus & ab Episcopo benedictis, cap. quoniam videmus, dist. 69. & cap. cum contingat de etat. & qualit. ord. & cap. abbates de privilegiis in 6. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. Hæc verò privilegia ad alios prelatos non extenduntur per viam communicationis, quia nunquam fuerunt hoc modo intellecta, neque ad Abbates commendatarios. *Tanburin. de iure Abbat. tom. 1. disput. 16. quest. 4. & tom. 2. disput. 2. quest. 1.* Ex declarationibus Sacrae Congregationis Abbates habentes jus deferendi baculum, & mitram, postquam Sacerdotalem ordinem & munus benedictionis susceperint, possunt tonsuram, & minores ordines peculiaribus Episcopo subditis conferre, si Episcopi consensus accedat, & litteras dimissorias impetraverint. Item etiam, & regularibus, & specialibus suorum Superiorum dimissorias attulerint, & specialem consensum Episcopi in quo ordines suscipere voluerint, obtinuerint. *Quaranta in sum. Bull. verbo ordo. Sup. a numer. 20. Gavantus in Manual. Episcopi verbo abbas a numer. 34.* Quando autem abbas suis solis subditis tonsuram, aut minores ordines conferre desiderant, non est necessarium sint benedicti, ita enim habetur ex declaratione Sacrae Congregationis 1619. quam refert *Bosca in collectan. Bullat. verbo ordo.*

VI. Dubitans de ætate legitima & præcepta ad ordines, non potest promoveri, quia p...

fessio fiat pro præcepto, & ætas, cum sit deter-  
 minata, est expectanda, *Sanchez lib. 2. disp. 41.*  
*num. 38.* Unde ille, cui deest, v. g. semihora,  
 ut inchoetur annus vigesiminus secundus pro  
 subdiaconatu, vigesimus tertius pro diaconatu,  
 & vigesimus quintus pro presbyteriatu, non  
 potest illos suscipere, quia *Conc. sess. 21 cap. 12.*  
 prohibet, ne quis ordinetur ante illud tempus  
 assignatum; ergo necesse est, tangere de anno  
 præfixo, atqui non dicitur cæptus annus, de  
 quo assignari non potest ad minus quadrans,  
 vel quid modicum principij anni à lege deter-  
 minati; annus enim hic mathematicè & natu-  
 raliter sumitur. *Navar. consil. 9. de tempore or-*  
*din. Diana part. 1. tract. 16. resolut. 29. Bordo-*  
*nius resolut. 67. num. 87. Lexana tom. 1. cap. 14.*  
*numer. 1. Miranda in Manual tom. 1. quest.*  
*39. artic. 1.* Pro prima tonsura sufficit annus  
 septimus, hoc enim est tempus infantie, ut di-  
 cit *Gloss. cap. nullus de temp. ordin in 6.* Ubi ca-  
 vetur Episcopis, ne ante hoc tempus primam  
 tonsuram alicui conferant, nisi illi, qui religio-  
 nem fuerit ingressus. Legitimum verò tempus  
 recipiendi minores ordines est post septen-  
 nium usque ad duodecimum annum, quo com-  
 plecto, Acolytatus suscipitur. *Toletus in Summa*  
*lib. 1. cap. 61. numer. 1. & 2. Gavantus in Ma-*  
*nual. Episcop. verbo ordines minores num. 6. &*  
*10. Lexana verbo ætas n. 6.*

VII, Religiosi suscipientes ordines ante le-  
 gitimam

H s

gitimam ætatem remanent suspensi in perpetuum. Ita Pius II. in Bulla cum ex sacrorum anno 1461. tom. I. Bullar. inter Bullas huius Pontificis, num. 7. Idem confirmat Bullæ Iulij III. Clementis VIII. Pauli V. & Tridentinæ sanctiones sess. 23. cap. 12. Cabassius lib. 3. de ordinis sacramento, num. 11. & si, huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrunt. Pius II. sub. huiusmodi autem suspensio solum est ab executione illius ordinis ante legitimam ætatem suscepti, ut patet ex verbis decreti, in eisdem ordinibus ministrare præsumperint. Unde non impedit usum aliorum ordinum legitime susceptorum. Summa de censuris disp. 31. sect. 1. Quaranta in summa Bullar. verbo ordo. Permanet autem hæc suspensio non solum usque ad legitimam ætatem sed ea etiam superveniente usque ad dispensationem & absolutionem Papæ reservatam. Thelus in summa, lib. I. cap. 61. Corneio, tom. I. in 3. part. disput. 4. de suspens. dub. 1. Ab hac tamen suspensione, seu irregularitate, possunt prælati regulares suos subditos absolvere, scilicet Generales & Provinciales in foro conscientiæ, si non sint deductæ ad forum externum. Vide pro hac difficultate Lexaniam tom. I. cap. 14. n. 21.

VIII. Hanc suspensionem incurrunt omnes, qui ex dolo, aut malitia, & scientes suscipiunt

piun  
tem;  
fide,  
suscep  
lum a  
hum a  
vel m  
riam.  
tio, cap  
& in a  
appon  
solum  
rint, &  
ignora  
rantia  
dolo, u  
nis per  
sumunt  
agunt,  
reddidit  
munica  
tram. q  
IX.  
ætare, a  
rit susp  
sionem  
verò, q  
lebrat &  
cum sus  
excomm  
piu

piunt ordinem aliquem ante legitimam aetatem; qui verò sine dolo & malitia, sed bona fide, aut ignoranter crediderunt, posse ordines suscipere, minimè incurrunt, quia Pius II. solum apposuit illam contra præsumentes; verbum autem præsumptio significat temeritatem vel malitiam excludentem omnem ignorantiam. *Caietan. in summ. verbo excommunicatio, cap. 81. Navarr. in manual. cap. 27. n. 24. & in cap. statuimus. n. 62.* Et quando non apponuntur talia verba, præsumere, &c. sed solum, fecerint, perpetraverint, non obediunt, &c. comprehenduntur etiam ignorantes ignorantia crassa & affectata, quia talis ignorantia affectata & crassa æquivaleret malitiæ & dolo, unde non excusantur à censuris, aut pœnis per legem impositis. Qui autem non præsumunt, sed ignoranter sine culpa & sine dolo agunt, excusantur, quia talis ignorantia actum reddit involuntarium. *Sylvester verbo excommunicatus. 7. n. 87. Miranda in tract. de Sacram. q. 2. art. 12. Lez. tom. 1. c. 10. n. 33.*

IX. Suscipiens presbyteratum sine legitima aetate, aut legitima licentia, eodem actu incurrit suspensionem & irregularitatem; suspensionem quidem propter dicta; irregularitatem verò, quia, cum ordinatur cum Episcopo, celebrat & consequenter exercet actum ordinis cum suspensione. *Navar. in cons. 4. de cleric. excomm. ministr.* tamen praxis Cancellariæ illum



illum non reputat irregularem. *Suar. de Cen-  
suris disp. 31. sect. 1. Quaranta in summa Bulla-  
rii verbo ordo. Corneio disp. 4 de suspens. dub. 2.*

X. Suscipientes furtivè, hoc est, non verè  
examinati, vel admissi ab Episcopo, sed exami-  
ne vel admissione alterius utentes, incurrunt  
irregularitatem. *c. 1 & ultim. de eo qui suscipit  
ord. suscipit Hurtadus disp. 2. de irregul. dub.  
1. n. 3.*

XI. Simoniam in ordinis susceptione com-  
mittens, ab ordinis executione suspenditur  
*cap. inquisitionis de accusat. cap. qui studet  
quest. 1. & perpetuo deponitur ab officio cap.  
cum super de confessis. cap. de hoc de simonia. Et  
etiam ipso jure suspensus extravag. 2. de simo-  
nia. Sylvester verbo suspensio n. 7. Item est ipso  
jure excommunicatus. Extravag. 2. sup. cap.  
tanta de simonia. Suarez tom. 5 in 3. partem  
disp. 22. sect. 5. n. 22. Incurrit etiam poenitentiam  
Pio V. statuta in constitut. cum primis. Et  
Sixto V. in Bulla Sanctum & salutare. in 2. tom.  
Bullarii inter hujus Bullas n. 91. quam, quod  
punctum hoc de simoniacè ordinatis & ordi-  
nantibus, non reduxit ad terminos juris com-  
munis Clem. VIII. *Aldrete lib. 2. de religio-  
discipl. cap. 16. n. 44. & 45.**

XII. Suscipiens ordines, non susceptà pri-  
vè conserà, validè illos suscipit, quia non est po-  
priè sacramentum ordinis, proinde non est  
cessaria necessitate sacramenti, sed solum po-

cepti illam recipere ante omnes ordines. *Toletus in summa l. 1. cap. 7 n. 8.* Nihilominus recipientes ordines ante ipsam graviter peccant, quia faciunt contra praxim, præceptum, consuetudinem, & intentionem Ecclesiæ, quæ hunc saltum valde abhorret, & quia hoc est contra declarationem Sacræ Congregationis super *cap. 14. sess. 23. Concil. Trid.* Propterea hoc facientes, incurrunt & contrahunt irregularitatem vel saltem suspensionem, uti ex stilo curiæ Romanæ habet *Thesaurus super cap. 13. §. recipiens ordines, & sequens.* Ab hac tamen irregularitate seu suspensione tales religiosi poterunt absolvi à suis prælatis; Non ideo tamen tenetur ulterius ad illam suscipiendam, cum nullus textus id suadeat. Interim credo, quod securius sit abstinere ab exercitio cujusvis ordinis & ad sacram pœnitentiariam recurrere, quæ solet litteras concedere ad effectum supplendi primam tonsuram vel ordinem aliquem omissum. *Lexana, tom. 1 cap. 14. à n. 23.*

XIII. Religiosi post Concil. Trid. non ordi nantur extra tempora, quia licet fuerint varia illis concessa privilegia, tamen Concil. Trident. hoc prohibet *sess. 23. cap. 8.* & confirmat *constitut. Pii II.* & est praxis Ecclesiæ, ipsumque Concil. *sess. 25 cap. 2.* præcipit omnia & singula in suis decretis contenta observari à regularibus, non obstantibus quibuscumque

que privilegii. *Miranda in manual, tom. 1. q. 38. art. 4.* Concessio autem quædam facta patribus Societ. Jesu, ut possint ordinari extra tempora, non communicatur aliis, quibus Papa id expresse declaravit. *Peyrinis tom. 1. privil. in constitut. 2. Sixti IV. n. 38.*

XIV. Debent religiosi ordinari sine titulo beneficii aut patrimonii, quia licet Concil. Trident. generaliter id præcipiat pro omnibus, non tamen extenditur ad regulares, quibus illis, inquit Antonius 3. part. titul. 14. non titulo deservit spolia. *Navarrus in manual. cap. 27. n. 258.* hoc etiam dicit de scholasticis Societatis Jesu, qui tria simplicia vota fecerunt, quia sunt verè religiosi, & ita declaravit *Gregorius XIII.*

XV. Unde dicendum est, religiosum, qui seipsum suam professionem irritam esse & invalidam, si ordines suscipit, peccare mortaliter & incurrere pœnas, quas clerici seculares incurrunt, si ordinantur sine beneficio, aut patrimonio: quia reverà non est religiosus sed secularis, & ita, si ordinatur, debet ordinari sine titulo patrimonii aut beneficii. *Bonac. de casibus sur. q. 2. punct. 10. difficult. 5. n. 4.* & notandum peccat mortaliter, sed remanet suspensus ex constitutione *Pii II. in Bulla, cum existeret, ordinum.* Quòd si bona fide, ignorantia nullitatem suæ professionis, ordines receperit, sicut non peccavit, ita neque aliquam in-

rit suspensionem, quæ, ut gravis censura, supponit peccatum mortale. *Bordonus resolut.* 8. n. 32. *Lexana verbo ordines sacri* n. 17. & cap. 14. tom. 1. n. 10.

XVI. Sacra Congregatio anno 1619. de mandato Clementis VIII. præcipit omnibus regularium Superioribus litteras dimissorias concedere suis subditis regularibus, qui præditi qualitatibus requisitis ordines sunt suscepturi, ad Episcopum tamen diocæsanum, scilicet illius monasterii, in cujus familia positus fuit ordinandus, & si diocæsanus abfuerit, vel non habiturus sit ordines, ad alium quemcumque Episcopum conferentem ordines, *Lexana tom. 1. cap. 14. n. 12.* Qui verò scienter se fecerit ordinari cum falsis, aut fictis, aut fiducia- libus litteris aut titulis, pœnam suspensionis incurrit ex declaratione *Urban. VIII. in constit.* quæ incipit [ *Secretis* ] *Decembris 1624.* Et hoc erat antea decretum per cap. *neminem* & cap. *Sacrorum distinct.* 70. in quibus statuitur, talem ordinationem esse vacuum & irritam. Ubi *Glossa* id exponit secundum ordinis executionem: simile decernitur à *Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de reformat.* Certum igitur est, neminem debere ordinari, nisi per proprium Episcopum, aut cum ejus licentia, de qua constat. *Cassanum lib. 3. praxis cap. 16. de ord. Sacram.*

XVII. Litteræ dimissoriæ pro religiosi ordinandis debent esse suorum Superiorum regula-

regularium, quia, quamvis Concil. Trid. Sess. 4.  
 cap. 8. hoc tribuat ordinatio, nomine ordinari  
 in presenti quoad regulares intelliguntur pre-  
 lati religiosi. Constat ex praxi Ecclesie,  
 quia illi soli habent notitiam de moribus &  
 scientia ordinandorum regularium; & ideo  
 videtur ad eos necessariò spectare. Et ita  
 citur declaratum à Sacra Congregatione.  
*Varrus lib. 2. conf. conf. 22. & 23. Henricus*  
*lib. 7. de indulgent. c. 26.* Talesque littere,  
 jam supra diximus, debent esse juxta formam  
 Clementis VIII. & sacre Congregationis,  
 licet directæ ad proprium Episcopum diocesis  
 sanum, nempe illius monasterii, in quo est  
 familia ordinandus, prout continet  
 Decretum Romæ die 16. Martii 1696. Quod  
 verò sint illi prælati, qui tales litteras possunt  
 dare inferioribus, videnda sunt ejusdem  
 religionis statuta, quia in diversis ordinibus  
 verba sunt, ut plerumque prælatorum præ-  
 gia. *Lexan. cap. 14. n. 18. & verbo, ut*  
*sacri n. 12. & verbo, dimissoria n. 4. & 5.*

XVIII. Interstitia dicuntur tempus  
 quod juxta Concil. Trid. intercedere debet  
 ter unum & alterum ordinem recipiendi  
 quo posito, dico, ordines majores non  
 conferri, etiam religiosi, non servatis inter-  
 titiis, ita scilicet, ut subdiaconatus non con-  
 feratur, nisi servato interstitio unius anni à  
 promotione postremi gradus ordinum minorum  
 &

lic de cæteris ordinibus, ita statuitur à *Concil. Trident. sess. 23 cap. 11. 13. & 14* Verum tamen est, quod prælati regulares possunt dispensare cum suis subditis in interstitiis; quia hæc facultas conceditur Episcopis ab ipso Concilio: ergo & prælati regularium, quia habent jurisdictionem quasi Episcopalem, & quia possunt melius judicare de necessitate dispensationis. *Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 12. nn. 21.* Igitur prælatos regulares posse dispensare in interstitiis certum est, quia eorum potestas, quoad jurisdictionem, non est inferior potestate Episcoporum: Potestas enim in prælati regularibus æquipatur potestati jurisdictionis Episcoporum. *Glossa verbo, regularis, cap. ne pro defectu. 41. de elect. per cap. si quis deinceps. 16. quest. fin.* Nihilominus prælati regulares debent in litteris dimissoriis petere ab Episcopis, ut dignentur dispensare in interstitiis suorum subditorum, quos dimittunt ad ordinationem, & de legitima causa Episcopos admonere in iisdem litteris, & fidem facere; ad illos enim spectat hæc attestatio. *Bonaesina de ordine pag. 5. n. 34. Quaranta verbo ordo. §. queritur. Miranda tom. 1. quest. 38. art. 7. & plures alii, quos citat Barbosa ad cap. 13. sessio. 21. n. 9.* Ubi refert, fuisse decisum, Episcopos teneri se conformare cum supplicatione Superiorum regularium, quorum est providere & judicare de necessitate suæ ecclesiæ.

I

Pey-

*Peyrinis tom. 1. privil. constit. 2. Sixti IV  
S. 11. n. 35.*

XIX. Duo sacri ordines eodem die etiam regularibus non conferuntur, privilegiis ac quibusvis indultis concessis, non obstantibus quibuscumque; Ita statuitur in *Concil. Trident. sess. 23. cap. 13.* etiam rationabili causa subistente sine dispensatione Papæ, aut alterius eius auctoritatem habentis. *Miranda in manu. tom. 1. q. 38. art. 5. & suscipiens aliter, incurret suspensionem ab ordine posteriori recepto inter hos duos sacros ordines cap. litterarum temp. ordinat. & suscipiens quatuor minorum cum subdiaconatu simul suspensus est à subdiaconatu. cap. 2. de eo qui furtive ordines suscipit Cabassutius lib. 3. praxis cap. 16. n. 16.* Quod ad minores ordines attinet, ad arbitrium Episcopi possunt una die conferri, si expedire dicaverit, non autem majores ut *Concil. Trident. sess. 23. cap. 13. & 12. & 14.*

XX. Majores igitur ordines non possunt conferri etiam regularibus, non servatis iuramentis, nisi dispensentur, causa autem huiusmodi dispensationis in omnibus ordinibus non eadem, nam in minoribus sufficit quæcumque causa, etiam si non sit urgens, quæ videtur Episcopo magis expediens, ut habetur in *Sessione 23. cap. 11. Rodericus tom. 3. quæst. 1. art. 4. ad subdiaconatum requiritur necessitas aut ecclesiæ utilitas, iudicio Episcopi, &*

ad diaconatum verò non exigitur tanta necessitas, cum Concil. nihil de hoc dicat, sed solum voluntati rationabili Episcopi id relinquit, dicta sess. 23. cap. 13. Ad præsbyteratum major causa requiritur, scilicet Ecclesiæ utilitas & necessitas simul iudicio Episcopi, unde necesse est, ut utilitas & necessitas simul interveniant, quod non est necessarium in aliis ex ead. sess. cap. 14. Miran. in manual. 9. 38. a. 8. Rodericus sup. eod. art. 6. Lexana tom. 1. cap. 14. n. 16. Annus pro interstitiis requisitus non est solaris sed ecclesiasticus. Hinc Sacra Congregatio declaravit eos, qui ad aliquem ordinem fuerunt promoti v. g. Quatuor temporibus Quadragesimæ, posse anno sequenti eisdem quatuor temporibus promoveri, licet annus naturalis integer non fuerit tunc lapsus, propter Pascha celerius celebrandum. Lexan. sup. n. 17.

XXI. Probatio de vita & moribus, tum iure divino, tum ex Concil. Tridentino pro suscipiendis ordinibus requisita, etiam procedit in religiosis, ita ut si prælatus religionis det licentiam subdito vitæ culpatae, peccabit mortaliter, si vitæ culpatae sint cognita in sæculo, si solum intra ordinem. Lexana verbo ordines sacri, numero 21.

XXII. Ordinari posse regulares ab Episcopis, etiam si linguam Latinam non calleant, videtur existimare Peyrinis tom. 2. privil. in consis.





*Stit. 26. Leonis X. n. 25.* Quia tamen *Concil. Trid. sess. 23. cap. 11.* vult ordinandos etiam in minoribus ordinibus linguæ Latinæ intelligentiam habere, & hoc sit conforme juri naturali, ut ministri Ecclesiæ intelligant, quæ faciunt, ideo sine aliqua saltem intelligentiâ Trinitatis, & spe majoris non creditur, esse licitum aliquem ordinari. *Lezan. tom. 1. cap. 11. num. 24.* An verò tanta scientia requiratur in regulari, quanta in sæculari? Respondetur quòd recipiens ordines, præcisè ut choro inchoat, & Missam tantùm celebret, ex communi sententia non indiget tanta scientia, sed sufficit, ut sciat rectè legere, & intelligat verba prout jacent. Et re vera, ut ait *Bordon. regul. 67. quest. 18. 2. partis resolution. n. 1.* videant Sacerdotes præsertim, qua conscientia possint quotidie Missas & divina officia celebrare, qui ita modicè sciunt legere, ut in singulis lineis unum vel alterum verbum mutant, adulterant, & ad risum moveant peritos circumstantes, certè expectent tremendum judicium expulsionis, quam comminatur Deus per Oseam Prophetam his verbis, *Quia scientiam repulisti, repellam te ne sacerdos sitis in terra. Amos 6. 7.* Et certè placet hæc opinio, præsertim respectu sacerdoti, si enim minus expertus arte mechanica, repelluntur & reprobantur, quia in ea sunt rudes, quæ ratio suadere potest non esse repellendos rudes & ignaros, qui

quam Latinam non legunt, sed lædunt mutilantes & scorticantes, & sæpe sensum mutates. Præterea illiterati non promoventur, *cap. illiteratos dist. 36. addit gloss. penitus illiteratos.* Unde, qui mediocriter linguam Latinam intelligunt, non sunt irregulares si promoventur. *Concil. Triden. sess. 23. cap. 11. Bonacina q. 2. de irregularit.* Illiteratus autem censetur ille, qui scit legere, & aliquid intelligit, vel saltem dat spem profitendi in litteris. *Glossa reputamus de præbendis, Bordonus resolut. 11. q. 2. S. 5. & resolut. 54. n. 20.* Scientia igitur mediocris est requisita, & non tanta in regularibus, quanta in secularibus, qui ad curam animarum tendunt.

XXIII. Tempus conferendi ordines, & minores & majores, præfixum est in quatuor anni temporibus & in sabbatho ante dominicam de Passione & in sabbatho sancto, *cap. 3. de temp. ordin.* Possunt etiam Episcopi conferre minores ordines etiam dominicis & aliis festiuis diebus tantum, ut dicitur *in dicto cap. 3. sup. de temp. ordin.* His etiam diebus hoc possunt Abbates potius quam in quatuor temporibus, ne episcopare videantur, id est, ordinationes generales tenere. *Sylv. verbo ordo. 2. q. 6.* Hi autem dies festivi debent esse de præcepto, satis tamen erit, si solemnitas Festi celebretur in sua religione aut monasterio, licet apud alios non celebretur. *Henriquez in summ. b. 9. c. 28. S. 1.*

Tonsura verò potest conferri qualibet die, quia ita habetur consuetudine Ecclesiæ. *Bonac. de censuris disp. 3. puncto 6. n. 1. Lezana verbo ordines sacri numero 9.*

XXIV. Religiosi, missi à prælati religio-  
num ad sacros ordines, possunt ab Episcopo  
examinari ex decreto *Clem. VIII.* in quo expressa  
mentio fit de examine faciendò ab Episcopo,  
& illi decreto subduntur omnes monachi, &  
regulares. *Bordonus resolut. 67. n. 48.* Hoc  
tamen decreto non obstante, potest, si vult, illos  
non examinare, non solum quando non sunt  
litterati fuerint, sed etiam, si id sibi non constet.  
Potest enim conscientiam suam conformare  
cum conscientia prælati attestantis de illorum  
sufficiencia. *Portellus in dub. regular. in addit.  
n. 1. Peyrinis tom. 2. de prælato, q. 3. cap. 7. n. 1.  
Lezan. verbo ordines sacri, n. 13.*

XXV. Quæritur, an summus Pontifex  
plenitudine suæ potestatis solo verbo, dicens  
v. g. Esto Diaconus, vel Sacerdos, sit aliquis  
validè ordinatus, nullâ tactâ materiâ, sed  
Papa dici hæc verba cum intentione ordinan-  
di? Respondeo, talem non esse ordinatum  
quia sacramentum ordinis conficitur essen-  
tialiter, & substantialiter ex materia, & forma  
atque hic deest materia, quam Papa de plenitu-  
dine potestatis supplere non sit inducitur  
Ecclesiastico, sed divino. Cùm ergo deest  
essentialis, nullus est ordo. *Bordonus resolut.  
67. n. 91.*

XXVI. Notandum pro supradictis in hoc capite, quod excommunicatio, quam solet ponere Episcopus ante ordinationem contra eos, qui habent aliquod impedimentum occultum, afficere etiam regulares, quia in illo actu subduntur Episcopo. *Peyrinis tom. 1. privil. in constitut. 1. Julii II. §. 16. n. 36.* Addens, ab illa irregularitate, quæ incurritur suscipiendo ordines, cum tali excommunicatione absolvere posse prælatos religionum. Absolutiones etiam, & dispensationes, quas Episcopi solent dare ordinatis ad cautelam, profunt etiam regularibus exemptis, qui in hoc casu subduntur Episcopo ut supra. *Henriquez lib. 10. de sacramento ordinis, cap. 20. n. 2. & Sylvest. verbo irregularitas q. 9. n. 11.*



### CAPUT IX.

*De obligatione Regularium ad observationem Regulae & constitutionum.*

#### SUMMARIUM.

- I. *Quid sit regula.*
- II. *Omnis religiosus tenetur ad observantiam regulae.*

- III. *Quae continentur in regula, alia obligant ad mortale, alia ad veniale, & alia ad nullum, sed solum ad pœnam.*
- IV. *Quae spectant ad votorum observantiam obligant ad mortale.*
- V. *Opera supererogationis non obligant ad mortale.*
- VI. *Quid, quando regula praescribit aliquod quod jam ex se est de praecepto.*
- VII. *Per quae verba intelligitur regula ad culpam obligari.*
- VIII. *Quomodo tenentur religiosi observare regulam, quando illa est relaxata.*
- IX. *Utrum viventes sub regula, relaxata consuetudine praescripta, sint in peccati.*
- X. *Quod spatium temporis sufficiat ad prescriptionem.*
- XI. *An lectio regulae & constitutionum impedit prescriptionem.*
- XII. *An aliqua constitutio praescribitur consuetudine.*
- XIII. *Quid in casu reformationis prohibentur sunt viribus delicati.*
- XIV. *Quid de praecepto regulae ad laborandum.*

XV.  
XVI.  
XVII.  
XVIII.  
XIX.  
XX.  
XXI.  
XXII.  
XXIII.  
XXIV.  
XXV.  
XXVI.  
XXVII.  
XXVIII.  
XXIX.  
XXX.

- XV. *Quid de jejunio & oratione mentali.*  
XVI. *Quid de silentio regulari.*  
XVII. *Quomodo differunt constitutiones à regula.*  
XVIII. *Quis potest condere leges seu constitutiones.*  
XIX. *An possint fieri constitutiones immediate obligantes ad culpam & illis addi pœna censurarum.*  
XX. *Ut aliqua constitutio obliget, requiritur promulgatio & acceptatio.*  
XXI. *An, & quando constitutiones obligent sub mortali, veniali, aut pœna.*  
XXII. *Ad quid obligari possunt religiosi virtute constitutionum.*  
XXIII. *Quomodo constitutiones obligant in conscientia.*  
XXIV. *Quomodo constitutionum transgressio ex contemptu obligat ad mortale.*  
XXV. *An prelati religionum teneantur observare constitutiones.*  
XXVI. *An constitutiones à Papa approbatae possint à religiosis mutari.*  
XXVII. *Constitutio præcipiens litterarum studia est licita & obligatoria.*

XXVIII. An observatio ceremonialis & ordinarij sit de obligatione.

XXIX. An immunitates & facultates concessa à constitutionibus possint coarctari.

XXX. Pœna privationis, aut inhabilitatis passim in constitutionibus posita quomodo debent intelligi.

XXXI. Utrum liceat scribere litteras ad prelatos sine nomine ad detegenda delicta subditorum peccata.

I. CUM quilibet ordo suam regulam habeat & suas constitutiones, merito sciendum quid sit regula, & unde dicatur regula. Dicitur ergo, regulam esse collectionem quarundam ordinationum, qua præscribitur professis in religione qualibet quid agere aut observare debeant. *Bordonus, tom. 5. cap. 2. de regulis constitutionibus n. 13.* Est igitur regula exemplar & mensura eorum, quæ ex vi votorum tenentur exequi religiosi, *Lezana, cap. 7. tom. 1. partis n. 1.* Et ideo dicitur regula, quia dicit, nec aliquando aliorum trahit, vel, quia dicit, vel quia normam rectè vivendi præbet, quia pravum, distortumque corrigit, *Suarez, tom. de religione lib. 1. cap. 1. §. 1.*

II. Quicumque religiosus tenetur suam regulam observare, quia omnes promittuntur

dientia  
plexi,  
operam  
hoc est  
confilio  
n. 2. L.  
III.  
qua in  
ipsa reg  
mortale  
culpam.  
n. 6. jux  
tentæ;  
votorum  
niam  
aliquam  
cit. n. 8  
IV. C  
stantiam  
ligant in  
vis voti  
tum mor  
bus emir  
qui mon  
hac mate  
ne parvit  
Quod au  
tum mor  
sententia  
Sauchez  
dient

dientiam secundum regulam, quam sunt amplexi, ipsaque regula imponit necessitatem operandi, sive ad culpam, sive ad pœnam, quia hoc est de ratione legis, & per quod differt à consilio. *Sanchez 4. tom. de relig. lib. 1. cap. 2. n. 2. Lexan. citat. n. 2.*

III. Tenentur religiosi observare omnia, quæ in regula continentur, secundum quod ipsa regula præscribit quædam obligatoria ad mortale, alia solum ad veniale, alia ad nullam culpam. *D. Th. 2. 2. q. 186, art. 9. Lexan. cit. n. 6. juxta exigentiam materiæ in regula contentæ; ordinationes enim, quæ non respiciunt votorum essentiam, aliæ obligant solum ad venialem culpam, aliæ tantum ad subeundam aliquam pœnam pro transgressione. Bordon. cit. n. 80.*

IV. Quæ spectant ad triam votorum substantiam & alia expressa sub nomine voti, obligant immediatè sub culpa mortali, quia quævis voti transgressio in materia gravi est peccatum mortale; Vota autem, quæ in religionibus emittuntur, sunt circa rem gravem & magis momenti: ergo regula suos professores in hac materia obligat ad mortale, nisi forte ratione parvitatæ materiæ solum obliget ad veniale: Quod autem violatio voti in re gravi sit peccatum mortale ex genere suo, est omnium DD. sententia. *Bonacina part. 5. de voto §. 4. n. 3. Sanchez lib. 4. cap. 12. initio, & deducitur ex cap.*



cap. licet. 6. de voto. Peccant ergo mortaliter religiosi, quando transgrediuntur vota, quae in regula & constitutionibus praescripta sunt. *D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. Sanchez lib. 6. cap. 4. n. 8. Lezan. cit. cap. 7 n. 7. Bordon. cit. n. 7.*

V. Opera supererogationis & de consilio quae in regula continentur, qualia sunt exercitia mortificationis, humilitatis; habere Deum praesentem, abnegare se in omnibus, non obligant ad culpam mortalem aut venialem: quae non proponuntur ut praecipua, sed tantum ut maiorem charitatem exercendam, culpa vero consistit solummodo in transgressione praecipui, *D. Thom. cit. sup. n. 10. Lezan. sup. n. 7.*

VI. Quando verò regula praescribit ut diligere Deum vel proximum, aut recitare ritus canonicas, obligat tunc ad mortalem vel venialem, secundum quod aliàs obligaret actu gravitate, vel parvitate materiae. *D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. Sanchez lib. 6. cap. 4. n. 8. Lezan. cit. cap. 7 n. 7. Bordon. cit. n. 7.* Ratio est, quia, regulariter loquendo, illa quae proponuntur in regula tanquam nova praecipua, sed solum, ut recolatur memoria ad implendum in omne, quod à Deo vel Ecclesia praecipitur. *Valentia 2. 2. disp. 10. q. 4. par. 1. & sequens.* VII. Quando in regula ponitur circumstantia, quae transgressio illorum includeret duplicem culpam, scilicet ex proprio objecto, & ex circumstantia voti, quod frangitur maxime,

transgrediendo votum promissum, quia tunc peccatum habet oppositionem ad diversas virtutes: transgressio enim regulæ habet oppositionem ad virtutem religionis ultra eam, quam habet ad illam, cui opponitur objectum talis peccati, *Valentia supra Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 4. n. 6.* Hæc autem malitia ex circumstantia contra religionem sequitur naturam malitiæ ex objecto, ita, ut sit mortalis, vel venialis, sicut illa fuerit. *Lexana supra num. 9.* Loquendo verò de observantiis à regula præscriptis, quæ non proponuntur ut mera consilia, neque sunt directè de votis promissis, aut de rebus aliàs præceptis, sed sunt observantiæ quædam externæ ad faciliorem observantiam votorum essentialium, ut jejunia, abstinentiæ, silentia, tales vestes, &c. non obligant ad culpam, si regulæ institutor super his non explicuit mentem suam, prout in regula Sancti Augustini dicitur. *Donet dominus ut observetis hæc omnia, non tanquam servi sub lege, sed tanquam liberi sub gratia constituti.* Per quæ verba satis declarat non habuisse intentionem obligandi suos ad culpam, *Sanchez citatus sup. num. 11. & sequent.*

VII. Transgressio præceptorum regulæ, quamvis ad peccatum mortale non attingat, intra limites tamen venialis offensæ grave peccatum est, quia talis offensa est circa illa, quæ maxime pertinent ad religiosum, & quæ illi sunt

sunt maximè propria, quomodo autem, aut per quæ verba cognoscatur, quando transgressio erit mortalis, aut venialis, dicendum est quòd si res, quæ continentur in regula, exprimuntur per verba communia, v. g. volumus monemus, hortamur, vel similia, nihil addendo, probabilissimum est ad nullam culpam obligare, quia illa verba sunt communia præceptis & consiliis, & ideo dubia, & obscura, in dubiis & obscuris, id quod est minimum, amplectendum, juxta regulam: *In obscuris regul. juris in 6.* Quoties autem in regulis constitutionibus, sive in Superiorum ordinibus, aut præceptis, hæc verba apponuntur, Præcipimus in virtute sanctæ obediencie, mandamus in virtute sanctæ obediencie, statuimus per meritum salutaris obediencie, certum est, quod transgressio erit peccatum mortale: usus enim obtinuit, quòd hæc & similia verba sub mortali obligent. *Azorius in 1. instit. moral. lib. 5. cap. 6. quest. 5. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 3.* Sicut etiam ista sequuntur quæ sæpè reperiuntur in diversis constitutionibus, v. g. Si quid præcipitur sub incertitudine gehennæ, vel sub pœna æternæ maledictionis, aut indignationis Dei, vel sub obestione divini judicij, & similibus, quia talia præcepta non correspondent nisi peccato mortali. *chez lib. 6. in decalog. cap. 4. num. 43. Suarez in 1. 2. disput. 158. cap. 5. Navarr. in summ.*

23. n. 51. vel 53. *Valentia* 1. 2. *diff.* 7. *quest.* 5. *punct.* 6. & 2. 2. *diff.* 10. *quest.* 4. *punct.* 5. Verba verò sequentia, Mandamus, aut præcipimus, simpliciter, & nihil addito, cum sint indifferentia ad peccatum mortale, vel veniale, non obligant; si quis tamen prælatus, vel aliqua constitutio, præciperet rem parvi momenti, & circa materiam levem prædictis modis: in virtute Spiritus sancti, &c. transgressio non erit mortalis, sed tantum venialis, quia materia levis inobediencia, aut transgressio voti non est capax obligationis mortalis, etiamsi prælatus hoc intenderet. *Sanchez lib. 1. in decalog. cap. 4. n. 4. Lezana cit. n. 22.* Debet tamen certo & indubitanter constare, quod materia sit levis, ut recte judicetur, quod illud, quod alias ex verborum tenore ad mortale obligabat, ad veniale solum obliget. In dubio enim semper est credendum Superiorem rectè ordinasse & præcepisse. *Suarez 5. tom. in 3. parte diff. 4. sect. 6. n. 11. Aragon. 2. 1. q. 62. art. 3.* Item, quando aliquid præcipitur sub pœna excommunicationis majoris latae sententiæ, vel ferendæ, vel sub pœna suspensionis, aut interdicti, vel irregularitatis, transgressio est mortalis, quia istæ pœnæ sunt gravissimæ, & non possunt imponi, nisi propter culpam mortalem. *Suarez sup. sect. 4. n. 7. Lezana cit. n. 13.* & 15. Similiter, si pro aliqua culpa statuitur pœna mortis, vel mutilationis alicujus membri; carceris

carceris perpetui, trirremium & gravis infamie transgressio illius culpæ debet credi esse mortalis, quia sunt gravissima pœnæ supponentes culpam mortalem. *Sylvester, verb. præceptum q. 3. in fine Sotus de just. & jure q. 6. art. 1. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 4 n. 6. Lezana num. 16.* Denique, quando religiosus transgreditur aliquod præceptum seu constitutionem etiam non obligantem ad culpam, si hoc sit ex contemptu, peccat mortaliter, quia contemptus, ut diximus *cap. 1. 11. 9. de obligat.* perfectionem, est formalis actus inobedientie directè oppositus voto obedientiæ, quo in professione se adstrinxit subijciendo se Superiorum voluntati. *D. Th. 2. 2. q. 186. art. 9.* contemptus autem consistit non in eo, quod sit ex malitia, prava consuetudine, aut indignatione, aut alia de causa legem transgreditur, sed, quia non vult subijci ipsi legi, aut Superiori præcipienti. Unde sunt duo actus, quo non vult subijci, & alter, qui ex illis fit, scilicet transgressio legis. *D. Th. 2. 2. q. 186. art. 9.* ergo contemptus sit peccatum mortale, si sufficit, quod sit contemptus secundum id est, quod religiosus nolit subijci Superiori, aut præcepto hîc & nunc, sed requiritur, quod sit contemptus simpliciter, id est, quod subijci absolutè: quod si quis transgreditur legem non ex contemptu legis, sed solummodo reputat illam rem parvi momenti, non peccat mortaliter.

morta  
sed zel  
tia. 2.  
1. in d  
1. part  
suetud  
quæ no  
nialem  
gressio  
cari sur  
Si igitu  
tantum  
non fier  
sem illa  
strutio  
cui se ex  
Acor.  
talis est  
exempl  
chez lib  
n. 18. N  
quod res  
capax p  
velle so  
erit solu  
positiva  
rez de le  
lib. 1. ca  
disp. 9.  
fine.)

mortaliter, quia hoc non est velle non subijci, sed estimare illam minus quam decet. *Valentia*, 2. 2. *disput.* 10. 9. 4. *punct.* 5. *Sanchez lib.* 1. *in decalogum cap.* 15. n. 10. *Lexana cap.* 8. 1. *partis n.* 17. Notandum, quod prava consuetudo, seu usus non servandi constitutiones, quæ non obligant ad culpam, vel solum ad venialem; non facit ex se, quod illarum transgressio sit peccatum mortale, quia actus replicati sunt ejusdem speciei, & ejusdem malitiæ. Si igitur prima transgressio constitutionis fuit tantum venialis, etiamsi millies replicetur, non fiet mortalis. *D. Thom. supra.* Potest autem illa prava consuetudo transgrediendi constitutiones fieri mortalis, 1<sup>o</sup> ratione periculi, cui se exponit transgressor, illas contemnendi. *Acor. lib.* 4. *instit. moral. cap.* 9. 9. 11. 2<sup>o</sup> quia talis est valde perniciosus religioni suo pravo exemplo, alios inducens ad relaxationem. *Sanchez lib.* 6. *in decalog. cap.* 4. n. 18. *Lexan. sup.* n. 18. Notandum insuper, quod, dato etiam, quod res, quæ præcipitur, sit materia gravis & capax peccati mortalis, si legislator declaravit velle solum obligare ad veniale, transgressio erit solum venialis, quia tota obligatio legis positivæ pender ex voluntate legislatoris. *Suares de legibus lib.* 3. *cap.* 27. & 4. *tom. de relig. lib.* 1. *cap.* 2. *Sanchez lib.* 1. *de Matrimonio disp.* 9. n. 6. *Lexan. cap.* 7. 1. *partis n.* 12. *in fine.*

VIII. Quando regula alicujus religionis relaxata quoad vota substantialia, obedientie scilicet, paupertatis, aut castitatis, tenentur religiosi illam servare, sicut in suo pristino rigore quoad observationem dictorum votorum, etiamsi illam profitentes non habuerint intentionem expressam se obligandi, nisi ad illam, prout sic relaxatam, quia cum habuerint intentionem expressam profrendi statum religionis & status religiosus essentialiter includat obligationem trium votorum, ideo virtualiter implicitè habuerint intentionem se obligandi ad illam regulam, integram, & perfectam quoad tria vota. *Lezan. c. 7. 1. part. n. 16.* Si vero regula est relaxata quoad alias observantias regulares, modo talis relaxatio sit legitime consuetudine introducta, religiosi, qui illam sunt professi, non peccant observando illam relaxatam, quia non se obligaverunt ex vi professionis, nisi ad regulam, prout erat in illa prout de facto observabatur, neque ex vi professionis, quem sunt professi, aliud exigitur, nisi solum observantia trium votorum ad hoc faciatis. *Azor. lib. 13. inst. c. 11. q. 16. Sanch. 6. in decal. c. 2. n. 26. in fine.* Possunt tamen obligari religiosi ad recipiendam reformationem propriæ regulæ & constitutionem religionis, eo, quod sint membra illius, & prout sint regulam, tenenturque cum proprio dispendio illius bonum & conservantiam

procurare: reformatio verò est ejus evidens bonum & conservatio: præterea, qui vovit regulam, vovit consequenter & implicite ea, quæ concernunt regulam, atqui talis reformatio eam maximè concernit. Videmus enim & comper- tum est, quod religio, quæ non reformatur quotidie, ad ruinam tendit. *Sanch. l. 6. in dec. 2. n. 38. Fasq. 1. 2. disp. 154. c. 4.* Parati quo- que esse debent ad recipiendam reformatio- nem, si à prælatis de novo restaurentur, nec pos- sunt ullo modo se huic reformationi opponere aut resistere, nisi sub gravissimo peccato mor- tali, quia, cum prædicta reformatio seu vita communis obliget omnes religiosos sub pec- cato mortali, nec ab illius observantia excusari possint, nisi, quando prælati religionum non provident de illis ad vitam necessariis; sine dubio quotiescumque constabit prædictis ne- cessitatibus sufficienter fore providendum, nulla supererit ratio legitimæ excusationis; est communis DD. sententia. *Sylv. verbo re- lig. 6. q. 7. Valent. 22. disp. 10. q. 4. part. 2. Lex. c. 6. 1. p. n. 60.*

X. Colligitur ex supradictis, quòd viventes sub regula relaxata non sunt in statu peccati mortalis, quando ejus rigor moderatus & mi- nigatus fuit per contrariam consuetudinem legitime præscriptam saltem spatio decem an- norum; norandum tamen est, quod omnis consuetudo derogans regulæ, ut non amplius obliget

K 2

obliget



obliget ad sui observationem, debet solum re-  
ferri ad observantias regulares ordinarias ex-  
tra vota essentialia, ut jam diximus, quia con-  
tra hæc, uti præcepta de jure divino, nulla est  
consuetudo; pro cæteris verò sufficit consue-  
tudo decennii præscripta, non autem immen-  
morabilis aut quadragenaria, quæ tantum re-  
quiritur, quando agitur de præjudicio tenen-  
ti. Ita Bordonus & alii plures ab illo citati tom.  
cap. 2. de regulis n. 130.

XI. Jam quæritur, an lectio regulæ & con-  
stitutionum, quæ fit singulis hebdomadis,  
in nostra congregatione, aut singulis mensibus  
in omnibus ferè religionibus bene ordinatis  
impedire possit præscriptionem consuetudinis  
decem annorum? Ad quod respondeo, lectio-  
nem hujusmodi non interrompere præscrip-  
tionem consuetudinis, quæ in suis actibus  
continuatur, nam lectio exercetur ad erige-  
ndas pœnas, non autem ad manutenendam  
obligationem legis: est enim lectio extraneus  
vigore legis, & ideo eam adjuvare non potest  
nec minuere à suo esse, in tantum enim legem  
ut memoria retineatur in ordine ad obser-  
vantiam, quam tamen non præscribit. *Barbosa  
sup. citatus, num. 8.*

XII. Quævis constitutio aut statutum  
gari, seu præscribi potest consuetudine,  
*final. de consuetudine ibi.* Et propter hæc  
sunt necessaria; 1<sup>o</sup> quod consuetudo in

fit ratio  
adversa  
niciofa  
noch. d.  
consuetu  
longum  
cennium  
consuetu  
cap. 24.  
Notand  
& non  
actu con  
enim ad  
requirat  
cennium  
plerum,  
interven  
scriptio,  
inchoari  
possit vir  
mo confi  
actu con  
abrogate  
suetudin  
man. sup  
legis non  
ta, quia c  
vandi, no  
dine toll  
quoties a

fit rationabilis, est autem talis, quando non  
 adverlatur juri naturæ, aut divino, nec est per-  
 niciosa reipublicæ, nec fovet peccatum, *Me-  
 noch. de arbitr. lib. 2. casu 82. Becan. q. 6. de  
 consuetud. 2º* Quod sit legitime præscripta per  
 longum tempus, tale autem censetur esse de-  
 cennium, ita DD. communiter *Sylvest. verbo  
 consuetudo q. 2. & 4. Layman. lib. 1. tract. 4.  
 cap. 24. de legibus num. 6. q. 2. de consuetud.*  
 Notandum vero, quod consuetudo inchoata,  
 & nondum consummata interruptitur uno  
 actu contrario contra illam operando: Cùm  
 enim ad præscriptionem præter bonam fidem  
 requiratur longitudo temporis legitima, de-  
 cennium scilicet, & ante illud tempus com-  
 pletum, aliquis actus contrarius consuetudini  
 interveniat, vel contra illam judicetur præ-  
 scriptio, tunc interruptitur, & ideo de novo  
 inchoari debet, ut legem temporis progressu  
 possit vincere; si verò elapso tempore legiti-  
 mo consuetudo fit completa, non tollitur uno  
 actu contrario, sed per legem consuetudinis  
 abrogatoriam, vel per novam contrariam con-  
 suetudinem cum temporis diuturnitate. *Lay-  
 man. sup. n. 14. q. 6.* Nota etiam, quòd merus  
 legis non usus, aut quòd lex non fuerit serva-  
 ta, quia casus aut occasio non incidit illam ser-  
 vandi, non sufficit, ut lex contraria consuetu-  
 dine tollatur, sed requiritur, quòd casus ali-  
 quoties acciderit, & contra legem publicè  
 factita-

factitatum fuerit *Layman, ibid.* Ex dictis colligitur, quod quæcumque in constitutionibus continentur, siue sint præcepta obligantia ad culpam, siue non, aut ad pœnam tantum, tolli posse consuetudine, modo sint extra vora, ut diximus n. 10. Quia lex positiva humana, tam civilis, quam Ecclesiastica, consuetudine tollitur, *l. sed ea 39 ff. de legibus*, atqui ordinationes sunt lex Ecclesiastica: ergo consuetudines tolli possunt. Vide *Lezan. verbo leges, n. 55.*

XIII. Quæres, an qui ita sunt viribus debilitati, ut non possint regulam reformatam restitutam sustinere, teneantur dictam regulam reformatam observare. Respondeo, non teneantur, quia censendi non sunt se explicitè ac implicitè obligasse ad regulam reformatam propter impotentiam, *Sanchez lib. 6. in d. catalog. c. 2. n. 38. & 39. Lezan. c. 7. 1. p. 2.* Pro quo notandum, quod Generales cum titulo generali possunt, & debent regulam reformatam ad statum prioris observantia restituerere, ita ut professi ante deformationem, & post reformationem, ad eius observantiam teneantur, quia subjiçies se in ordine ad aliquem finem consequenter subjiçitur ad medium consequentivum: reformatio autem est necessaria ad observationem regulæ; qui vero sunt viribus debilitati dispensari debent. Præterea talis reformatio regulæ non obligat illos, qui tempore suæ professionis solùm noverunt regulam

prout c  
tionem  
non ob  
inducer  
lam in  
tis, *M  
linus in  
Sanchez  
latos eti  
possent  
esset, si i  
religion  
singulon  
zana cap  
XIV.  
sufficien  
spiritual  
dicare, l  
est verè l  
118. ubi  
det, nec  
tur, quæ  
exercetu  
libus exe  
illis nece  
mortalit  
est ad mi  
occupari  
enim pec  
per cont*

prout tunc observabatur, nec habuerint intentionem astringendi se nisi ad illam, quia votum non obligat ultra intentionem voventis. Ad inducendam autem ad pristinum statum regulam in Capitulo sufficit consensus majoris partis. *Innocentius in cap. super & de regular. Felinus in cap. cum omnes vers. pro qua fallentia*, Sanchez tamen & Peyrinis dicunt, posse prælatos etiam sine capitulo facere, quod cum ipso possent in quantum ad reformationem; secus esset, si induceretur simpliciter strictior vita in religione; tunc enim requireretur consensus singulorum in Capitulo. *Innocentius sup. Lexana cap. 7. 1. part. n. 20.*

XIV. Regula, præcipiens religiosi laborare sufficienter, impletur laboribus & exercitiis spiritualibus, ut sunt: audire confessiones, prædicare, legere, scribere, docere, quia hæc agere est verè laborare. *Sanctus Augustin. sup. Psalm. 118. ubi ait*, non est otiosus, qui verbo Dei studet, nec plurius est æstimandus, qui extra operatur, quàm qui in studio cognoscendæ veritatis exercetur. Laici verò, & Conversi, corporalius exercitiis incumbere debent, & adeo est illis necessarium, ut multi putent illos peccare mortaliter id omittentes, & verissimum illud est ad minus circa eum, qui nullo exercitio vult occupari, sed vitam ducere otiosam: talis enim peccat contra justitiam Religionis, quæ per contractum suæ professionis debet illi in

omni necessitate succurrere, sicut ipse in aliquo exercitio religioni deservire: peccat etiam contra gratitudinem, cum enim vivat piorum elemosynis, illos privat participatione bonorum operum, quam sperant, si vivit otiose. *Thom. 2. 2. q. 187. art. 4.*

XV. Exercitium orationis mentalis, mentaliter loquendo, est simpliciter necessarium Religiosis ad consequendum finem intentum per statum religiosum, nec potest legitime vocari Religiosus, qui saltem semel in die ad ejus exercitium non se transfert. *Cajetan. 2. 2. q. 187. art. 3.* licet, juxta regulam præscriptam, non aliquando divinum præceptum obligans, cui nullibi reperitur expressum. *Lezan. sup. n. 24.*

Licet præceptum Ecclesiasticum jejunii obliget ante vigesimum primum annum, quousque ad illud tempus juvenes indigent nutu & crescere, jejunia tamen regulæ & conditionum obligant Professos juvenes, etiam ante illam ætatem, quia ipsi se ad hoc volunt obligarunt per Professionem voti Obedientie. Unde tenentur jejunare, non ratione præcepti ecclesiastici, sed ratione regulæ, juxta modum quem regula præscribit. *Az. or. lib. 7. in præceptis moral. cap. 27. q. 3. Sanchez lib. 4. de præceptis decalog. cap. 11. n. 56.* Tenentur præterea Religiosi jejunia, & abstinencias in regula, & constitutionibus præscripta, observare, non solum intra claustra, sed etiam extra, in domibus

cularium  
aliter n  
tiones  
giosum  
denu p  
vero reg  
servant  
sive illa  
suetudi  
Dico pr  
habent  
res, qui  
tur; si  
jejunia  
illorum  
juncto i  
ut pote  
Suarez  
citatus f  
q. 2. D  
inducta  
tudo in  
cum sine  
non pos  
culares,  
s. 16. q.  
gare non  
quia con  
inter qu  
versantur

ularium, vel aliorum Religiosorum, quando  
 aliter non exprimitur, quia hujusmodi obliga-  
 tiones non sunt locales, sed personales Reli-  
 giosum comitantes quocumque pergit. *Bor-*  
*donu part. priori resolut. resolut. 18. q. 1.* An  
 verò regulares teneantur ad jejunia, quæ ob-  
 servantur in loco, ubi habent Monasterium,  
 five illa sint ordinata ab Episcopo, vel à con-  
 suetudine, vel à voto civitatis aut populi:  
 Dico primò, ad nullum ex his tenentur, quia  
 habent suas observantias jejuniorum peculia-  
 res, qui enim in uno gravatur, in alio releva-  
 tur; sicut autem seculares non tenentur ad  
 jejunia Regularium, ita neque isti ad jejunia  
 illorum. Dico 2º. à jejunio ab Episcopis in-  
 juncto in suis diocæsisibus Regulares sunt liberi,  
 ut potè in hoc ab eorum jurisdictione exempti.  
*Suarez lib. 4. de legib. cap. 20. n. 8. Bordon-*  
*cius sup q. 2. Azorius part. 1. lib. 7. cap. 30.*  
 q. 2. Dico 3º. ad jejunia per consuetudinem  
 inducta Regulares non tenentur, quia consue-  
 tudo inducitur ex certa scientia, sed Religiosi  
 cum sint mortui mundo *cap. placuit. §. 16. q. 1.*  
 non possunt, nec debent, scire quid faciant se-  
 culares, imò ab his remoti esse debent. *c. si cupis*  
*§. 16. q. 1.* Ergo consuetudo hujusmodi eos li-  
 gare non potest, cum illam scire non teneantur,  
 quia consuetudinem illorum servare tenemur,  
 inter quos conversamur; sed religiosi non con-  
 versantur cum sæcularibus: ergò eorum con-  
 suetu-

K f

suetu-

fuerudines servare non tenentur, non enim est  
 major ratio, ut religiosi teneantur sequi con-  
 fuerudinem sæcularium, quàm sæculares Re-  
 gularium. Dico 4<sup>o</sup> nec tenentur ad jejunia in-  
 ducta ex voto civitatis, quia, quando fiunt hæc  
 vota, vocantur & congregantur Capita & Pa-  
 ttesfamilias ad dandum consensum in votum.  
 Prælati verò Religionum non vocantur: ergo  
 ad hæc non tenentur; siquidem obligatio voti  
 induci non potest sine consensu ejus, qui obli-  
 gandus est sub voto. Nec dicas, quod Reli-  
 giosi sunt membra populi & ejus bona com-  
 dunt, quia sunt membra accidentalia & ex ho-  
 nestate, non necessaria, cum faciant caput  
 populo distinctum, & comedunt bona sibi de-  
 bita, neque aluntur, ut præcisè cum illis jeju-  
 nent, sed quia Populus habet debitum alere  
 corporaliter eos, à quibus spiritualiter pascuntur.  
 Ex dictis constat, quod si tota civitas cum clericis  
 & Religiosis ad votum convocata fuerit, so-  
 quitur, quod omnes etiam Religiosi ad votum  
 jejunii exequendum tenentur, etiamsi aliqui  
 superiores, aut inferiores, voto noluerint  
 astringere, modo major pars de voto convenerit.  
 Sunt enim verè cives membra, & pars  
 civitatis; est autem rationabile, membra cum  
 capite convenire, nec licet ab eo discedere, sine  
 scandalum præbere sæcularibus. Debent etiam  
 Religiosi præluere exemplo, & meliores  
 sæcularibus incumbendo jejuniis & abstinentiis.

rijs, Bordon, citatus sup. resol. 18. q. 9. num. 14.  
Licitum est de jure communi carnes comedere  
die venetis vel sabbati, quando in illis incidit  
festum Natalis Domini propter festi excellen-  
tiam, secundum consuetudinem Ecclesiæ, ex-  
ceptis Regularibus, quorum regula id eis ex-  
presse non indulget, *cap. final. de observatione  
jejunii*. Religiosi igitur tales, carnes his die-  
bus comedentes, peccant contra votum & præ-  
ceptum regulæ mortaliter, non verò contra  
jus commune.

XVI. Silentium, quod per regulas, aut Re-  
ligiosorum constitutiones observari præcipi-  
tur, præter obligationem regulæ, videtur ma-  
jorem aliam etiam inducere, eo, quòd in *cap.  
cum ad monasterium de statu monachorum* vi-  
deatur præcipi Religiosis, verbis sequentibus:  
*In oratorio, refectorio, & dormitorio continuum  
semper silentium observetur*: Super hoc atten-  
dunt singulorum Ordinum constitutiones,  
ut rectè sciatur, quomodo, & quando observari  
debeat. Licet enim quisque nolit à consocio  
molestari, quando orationi vel studio vacare  
desiderat, non desunt tamen quidam girovagi,  
& otiosi alios molestantes, & tempus prætio-  
sissimum nobis indultum ad pœnitentiam per-  
agendam à Deo optimo maximo in hac valle  
lacrimarum frustra in vaniloquiis illud in gra-  
ve detrimentum salutis eorum conterere non  
erubescunt. Meminerint ergo, tum Superio-  
res,



res, tum inferiores illud *Proverborum* 18. de fructu oris vivi replebitur venter ejus, & gemina labiorum ejus saturabunt eum, mors & vita in manibus linguæ, & qui diligunt eam comedent fructus ejus, & *Proverborum* 21. Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam, & *Ecclesiastes* 22. & 33. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam in ipsis & lingua mea perdat me. *Idem Ecclesiastes* 28. Beatus, qui in lingua sua non est lapsus; & iterum. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Aurum tuum & argentum tuum confluat, & verbis facito statueram, & fructus non ori tuo rectos, & attende, ne forte labarum lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis & mortem. *Ipsemet Ecclesiastes* 28. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras auribus tuis. *Deus Psal* 33. Prohibe linguam tuam à malo, & *Psal* 38. Dixi custodiam vias meas, & *Jacobi cap.* 3. Si quis verbo non offendit, perfectus est vir; & *idem*. Si quis putat religiosum esse inter vos non refrænans linguam suam, hujus vana est religio, & seductio suum, Et *Prov.* 18. in multiloquio non est virtus peccatum & alibi, mors & vita in manibus linguæ. Ex his igitur collige, quanta sit necessitas

cessita  
Sancti  
sub pe  
mitori  
xima  
naster  
vandu  
licet pr  
lection  
constit  
§. 1. 1.  
XVI  
regula,  
Religio  
dari ver  
distincti  
oritur d  
nes, quo  
datore  
tutivum  
Fundato  
ta perso  
per con  
à funda  
& recipi  
confir  
erat in  
dominu  
Papa, ac  
enim Pa

cessitatis & obligationis silentium observare. *Santus Benedictus* præcipit observari silentium sub pœna graviore, præcipuè in choro, in dormitorio, & refectorio, & in parte claustrî proxima capitulo. *Innocent. III. cap. cum ad monaster. §. in oratorio, extra. de stat. monac.* servandum esse silentium statuit in oratorio, scilicet propter orationes, in dormitorio propter lectiones spirituales, quæ hic fiunt. Hæc in constitutionibus nostris ita ordinantur, *cap. 10. §. 1. 1. parte.*

XVII. Etsi non possit dari vera religio sine regula, quæ est quasi anima religionis, & à qua Religiosi Regulares dicuntur, tamen potest dari vera Religio sine constitutionibus à regula distinctis. *Lexana, cap. 8. 1. partis §. 1.* Hinc oritur differentia inter regulam & constitutiones, quod regula est ab aliquo Patriarcha fundatore instituta, quæ habet suum esse constitutum regulæ à sola Papæ confirmatione. Fundator enim, cum se habeat tanquam privata persona, jus publicum condere non potest; per confirmationem verò pontificiam jus illud à fundatore conditum de non esse venit ad esse, & recipit primum suum esse subsistens per hanc confirmationem, & facit validum, quod ante erat invalidum, & lex dicitur pontificia, quia dominum mutavit, & facta est sub dominio Papæ, ac si illius esset inventor, & auctor. Quod enim Papa sua confirmatione aliàs invalidum

corro-

corroborat, suum facit l. i. Cod. de veter. jur. enucl. cap. si apostolica 22. de prebend. in 6. Confirmatio enim Papæ facit statutum esse Papæ, quod antea non erat; ita ut nullus Papæ inferior possit agere contra ipsum. Roman. Consil. 37. Pgrisien. volum. 3. consil. 33. n. 43. Bordon. tom 5. cap. 1. professionis regularis, n. 172. Constitutiones verò regulam constituentes, & cujus sunt conservativæ; quamvis sint confirmatæ à Sede Apostolica, etiam in forma specifica, adhuc remanent sub illorum potestate, à quibus sunt conditæ, neque sunt leges Papales per confirmationem etiam pontificalem sicuti regula, sed totum suum esse perfectum recipiunt à Capitulo regulari earum conditore, & licet eisdem superaddatur Apostolica approbatio, remanent tamen regulares & à religione suas vires habent & non à confirmatione, per quam solùm corroborantur, & ideo à Capitulo, quod habet jus eas condendi, possunt alterari, mutari, imò & destrui, non obstante autoritate Apostolica, Res enim, per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur Bordon. tom 5. citato, num. 173. Secundo si fuerint constitutiones à regula, eo, quòd regulæ ante confirmationem nullas vires habet; constitutiones verò habent vim obligandi subditi nec egent approbatione, sed ipsarum facta publicatione statim obligant inferiores quousque & etiam Superiores, ut infra dicitur. XVI

XVIII. Dices, Quis potest condere leges seu constitutiones in religione? Respondeo, duobus modis posse stabiliri constitutiones 1<sup>o</sup>, per omnes vocales in Capitulo existentes, secundo per partes selectos, quos Assistentes vocamus cum Generali: Quæ si referendæ sint ad totam religionem, fiunt à Capitulo generali, si ad solam provinciam, condendæ sunt in Capitulo provinciali, quia condere leges ad communitatem spectat, *D. Th. 1. 2. q. 90. art. 1. cap. cum accessissent 8. de constitut.* Nam cum legis impositio sit res gravissima, utpotè perpetuò durans, requirit consensum communitatis, cui imponitur, & sine ipso nihil fiet, lege enim naturalis prudentia dicitur, quod res gravis non fiat sine consilio maturo. *Suarez 4. tom. de relig. tractat. 8. lib. 2. cap. 8. n. 6.* quæ autem facta sunt à majori parte capituli, censentur facta ab omnibus, & facit *regula 19. in 6. cap. ad hac 7. de off. archil.* Nec minor pars contradicere potest, nisi rationabiliter, *cap. de iis quæ fiunt à majori parte, in singulis 7. de stat. monach.* Secundo, ad statuta condenda sufficit congregatio Patrum Assistentium cum Prælato, & quod statutum fuerit illis approbantibus inviolabiliter observari debet omni excusatione, appellatione & contradictione remotis, *c. in sing. 7. de stat. monach.* quæ verò decernuntur à Capitulo generali, vel Definitorio generali, ligant omnes, tum subditos, tum Superiores, & ipsummet  
præ-

prælatum majorem, si vè quoad vim directivam  
& quoad vim coactivam, in quantum incurrunt  
pœnas ipso jure latis à Capitulo contra trans-  
gressores, quia omnes subduntur Capitulo  
*Bordonus tom. 5. cap. 2. profess. regularis n. 31.  
& 38. Lezana, cap. 8. 1. part. n. 3. & cap. 18.*  
90° sicut, quæ decernuntur à Capitulo provin-  
ciali, ligant solum subditos provincie, qui  
nullum agens, agit seu operatur extra sphaeram  
activitatis, neque in parem, neque in majorem  
& in hoc omnes conveniunt, Superiores vero  
locales non possunt constitutiones facere, nisi  
tantum quasdam ordinationes, seu præcepta  
quæ tantum durat pro ea causa, pro quo facta  
sunt, vel ad summum durante officio illius sub-  
prioris, quo finito expirat præceptum seu or-  
dinatio; Leges verò statuta seu constitutiones  
à talibus præceptis differunt, eò, quòd durat  
etiam amotis statutibus, & quantum ad  
perpetuam dicuntur, donec positivè revocentur.  
Perpetuò namque durat sedes capitularis,  
nunquam moritur, & facit axioma: *Lex  
per loquitur. Bordon. tom. 5. professionis regu-  
laris. cap. 2. q. 8. n. 41. & 42.*

XIX. Possunt autem fieri constitutiones  
mediatè obligantes ad culpam, & illius  
pœna censurarum, quando regula immo-  
bilis obligat sub culpa, non autem si obligat  
ad pœnam temporalem; & si istis additur  
na censurarum, non subsistit, nisi à Papa  
firmata.

firmetur in forma specifica, ut, quod ex se erat invalidum, per talem confirmationem validum fiat. Cum enim constitutiones, in favorem regulæ, eandem vim habere possunt, quam habet regula, sed non majorem. Sufficit enim, si parem habeant: igitur regulæ non potest addi constitutio habens aliud genus obligationis, quam quod habet ipsa regula, nec potest excedere obligationem regulæ. *Bordon, citatus sup. cap. 2. n. 131. & 132.* Sunt enim constitutiones tanquam quid accessorium sequens naturam regulæ.

XX. Ut verò aliqua constitutio obliget, multa requiruntur, Et 1<sup>o</sup>. ut sit promulgata in Capitulo generali, vel provinciale ad minus. *leges, C. de legibus.* Est autem adeò necessaria ista publicatio pro legis regularis obligatione, ut etiam illi, qui eam condiderunt, aut qui adlitterint, dum condebatur, non teneantur ad ejus observantiam, antequam debito modo fuerit publicata. *Bonac. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 4. num. 10. Lezan. verbo leges, n. 4.* 2<sup>o</sup>. requiritur, ut si honesta & rationi conformis, *Sanctus Isidorus lib. 5. etymolog. cap. 21. & Sanctus Thom. 2. 2. q. 95. art. 3. & q. 96. art. 4.* hoc est, quod religioni conveniat, quod disciplinæ congruat, & quod saluti proficiat: Et si alicui constitutioni hæc conditio deficit, non est vera, nec obligationem inducit. *Lezana verbo leges n. 7. 3<sup>o</sup>.* Debet esse iusta, ita ut sit  
L æqualis

æqualis respectu omnium, quibus imponitur  
habita ratione virium & meritorum. *D. Thom.*  
*supra.* 4°. Ut sit possibilis, hoc est, possit im-  
pleri à subditis, & accommodata fragilitati  
humanae, patriæ, loco, & tempori conveniens.  
*Sanctus Isidor.* *supra.* 5°. Ut sit necessaria  
utilis, hoc est, congrua & proficiens ad rem  
vendendum malum & introducendum bonum.  
Ut sit manifesta, & clara, ut ab omnibus possit  
intelligi. 7°. Quòd sit pro bono communium  
civium utilitate conscripta. 8°. Debet esse ac-  
ceptata à majori parte communitatis, ideoque  
majori parte constitutionem observante, ca-  
teri peccant illam non observantes. *Lege.*  
*D. Thomas, & Sanctus Isidorus supra citati.*

XXI. Obligatio observandi constitutionem  
in religione aliquando est sub mortali, ali-  
quando sub veniali, & aliquando sub  
sed sub mera pœna à constitutionibus tantum  
secundum exigentiam materiae, de qua  
gatione videndum est, quæ supra diximus  
*cap. præfenti, num. 3. 4. 6. 7.* Ubi satis est  
de hac materia tractavimus. Notandum est  
lùm, quod pœna expressa, sive in regula  
in constitutionibus, consideratur dupliciter.  
Primo, pro ut est lex firmata. Secundo, pro  
exigitur à Superiore ex præcedente trans-  
sione, isto secundo modo obligat sub culpa  
sui executionem. Primo modo est tantum  
ligativa originaliter, & non actu, quia

non est transgressio, neque exigitur per Superiorem, nisi posita transgressione. Dum autem exigitur à Superiore per præceptum speciale, tunc exurgit obligatio actualis solvendi poenam, quæ, si non solvitur, incurritur peccatum mortale vel veniale secundum exigentiam præcepti & materiæ; quia tunc violatur formale præceptum obedientiæ. *Bord. 5. tom. 6. 2. regul. professionis n. 87. Sanchez lib. 6. cap. 4. n. 13. & alii multi.*

XXII. Possunt fieri constitutiones non solum à summo Pontifice, sed & à prælatis religionum cum capitulis, continentes vitam austeriorem omnino supra regulam obligantes iam posterum professuros. Cum enim isti nondum emiserint professionem, non possunt conquiri quod obligentur ad ea, quæ non promiserunt, sicut conquiri possent ante istas novas leges professi. *Santh. lib. 6. in decal. c. 2. n. 20. & 21. Lezana c. 8. 1<sup>a</sup> p. n. 8.* Possunt etiam obligari religiosi ad quædam mortificationis opera seu austeritates, propter publicam necessitatem belli v. g. pestis, famis, hæresis, &c. quia hæc non sunt censenda esse supra regulam, sed illam concernentia aliquo modo, & conducencia ad utilitatem publicam. *Lezana sup. n. 7.*

XXIII. Ad hoc autem, ut constitutiones obligent in conscientia, debent esse de rebus concernentibus regulam explicitè, si in regula





continentur, vel implicite, si sint necessarie ad regulam observandam, quia religiosi non tenentur ex vi voti obedientie, nisi ad ea, quae aliquo modo ex praedictis concernunt regulam, sub qua vivere professi sunt. *D. Th. quae lib. 10. art. 10.* Praeterea, ut obligent in conscientia, non debent continere peculiarias asperitates, magnas corporis afflictiones, vigiliis, aut diuturnas orationes, quae non concernunt regulam explicitè aut implicite, sed sunt omninò supra illam, propter rationem praedictam, nec possunt praecipì à praedictis regularibus cum toto capitulo generali, nec à summo Pontifice, quia non possunt obligari, nisi ad ea, quae promiserunt, & quae regulam concernunt. *D. Th. 2. 2. q. 104. a. 1. q. 3. Mirand. in manual. t. 1. q. 16. a. 10. & an. c. 4. l. p. n. 9. & c. 8. sup. n. 4. & 5.*

XXIV. Quomodo verò constitutio transgressio ex contemptu obliget inferius, & quid sit talis contemptus, & in quo consistat, & quando sit peccatum mortale fatuimus. *n. 7. precedenti in presenti capite.*

XXV. Nota, quòd omnes Superiores, etiam Generales, tenentur ad obedientiam legum & constitutionum sui Ordinis quoad vim directivam, eo, quod sint magistri religionis, quia tales leges seu constitutiones habent suam vim non ab ipsis, sed à Capitulo cui omnes subduntur. *D. Th. 1. 2. q. 56.*

Sorum l. i. de just. q. 6. a. 7. imò possunt obligari, quoad vim coactivam, quatenus officio suo finito vel tempore capituli, possunt puniri propter constitutionum transgressionem. *Miranda in manual. prelat. q. 29. art. 4. Lezana. cap. 3. part. n. 21.*

XXVI. Diximus n. 17. *precedenti* Constitutiones etiam confirmatas à sede Apostolica in forma specifica posse à Capitulo mutari, alterari, imò & destrui, & hoc est verum, quando non fuerunt conditæ præcisè auctoritate Papali, quia confirmatio non tollit naturam constitutionum, quæ possunt sine illa subsistere, & Papa non dicitur facere constitutionem suam confirmatione, nec aliquid de novo dat aut concedit, quando constitutio existit & habet vim obligandi ex se, sed solum, quando constitutio, aliàs facta, est nulla, ex eo, quòd potestas statuentium ad illam non se extendit; tunc Papa confirmando talem constitutionem aliàs nullam, dat illi esse, & facit suam: alioquin constitutio nullam haberet subsistentiam: uti invalidam. Confirmatio enim est juris prius habiti corroboratio. *l. quia ff. de jurisd. omn. jud.* si est corroboratio juris prius habiti: Ergo jam subsistebat virtute potestatis capituli, ergo adveniens confirmatio præcisè corroborat, nec facit suum, quod alterius est. Et in hoc sensu debent intelligi omnes, qui dicunt, constitutiones confirmatas auctoritate Papæ non

L 3

posse

posse mutari à religionibus seu Capitulis ipsorum, eo, quòd inferiores non possunt tollere facta à Superiore, scilicet, quando confirmatio Papalis fuit facta per modum decreti, mandati, aut ordinationis; quòd si præcisè facta fuerint in favorem statuentium, non addendo novum robur, tunc, cum confirmatio talis nihil sit quàm privilegium corroborans, libere ab illis privilegio possunt recedere privilegiati, & alias constitutiones immutare & alterare. Vnde quæ supra diximus dicto n. 17. præcedenti. *Lexana cap. 8. 1. partis n. 22. Bordonum tom. 1. cap. 2. profess. regularis, n. 68.* Ex supradictis conclusio sequitur; quòd duplex est generis confirmatio, præceptivæ scilicet, & privilegiatæ seu rogatæ. Præceptivæ, quando Papa à nemine rogatus se ingerit in confirmationem; ratione cuius, etiamsi sit facta à capitulo, dicitur Papalis, estque irrevocabilis à capitulo: Privilegiatæ seu rogatæ, quæ petuntur à capitulo ut corroborentur, & magis timentur & observentur à subditis, quæ dicto capitulo non auferunt revocabilitatem: & ut sentit *Deus in cap. cum accessissem, n. 8, 11, & 14.* cens, statutum à Papa confirmatum revocari non potest, nisi per statuentes quotiescumque non sit necessaria confirmatio. *Rodriguez tom. 1. art. 4. Miranda tom. 2. manual. q. 29. art. 1.*

XXVII. Licita est & honesta confirmatio præcipiens Religiosis studia litterarum,

*Vini tom. 1. de subdito, quest. 1. de obedient.*  
*Cap. 20.* Et ad studia deputati, notabiliter negligentes, in studendo sæpè peccant mortaliter: tum, quia occupant aliorum locum, tum, quia abutuntur auctoritate & commoditate illis ad studendum concessa, videnturque scientias contemnere, sicut & religionem, quam & tenentur, & debent adjuvare. *Peyrinis sup. Lexana cap. 8. t. paris, num. 29.* Litterarum divinarum studia maximè commendat *Sanctus Ephrem Syrus*, dum sic loquitur: *Initium bonæ vitæ monachi est cognitio Dei: ignorantia autem de Deo mentem excacat.* & rursus: *Exercitatio monachi sit meditatio Scripturarum.* Et, *Iners est monachus qui in his versatus non fuerit*, & *Sanctus Bernardus.* *Studia silentium amant quietem desiderant cordis; in labore corporis paupertatem spiritus, & pacem in exterioribus pressuris, & bonam conscientiam in puritate cordis & corporis.* Utilis est præterea scientia, quia perducit ad sapientiam, divinitatis radios ostendit, Verbi divini præbet notitiam, ad caelestia contemplanda animum tollit, & ad Deum quærendum & possidendum omnia cordis interiora inflamat: ergo honesta constitutio est, quæ litterarum studia præcipit.

XXVIII. Loquendo nunc de obligatione observandi ceremonialia seu ordinalia religionum, loquendum est eodem modo, ac de aliis statutis, & constitutionibus, ac proinde illorum

rum transgressionem debere credi mortalem vel venialem, juxta quantitatem materiz & circumstantias: ex parte tamen materiz sine dubio major est obligatio, quam qua per alias constitutiones ordinatur, per consequens minus peccatum: nam in ceremonialibus præcipiuntur, quæ immediatius & proximius concernunt cultum Dei, in quo vix potest aliquod minimum reperi, tamen, hoc non obstant, non est peccatum mortale unam aut alias vel aliquas saltem paucas ceremonias non observare, si non sit contemptus aut voluntas non se conformandi ceremoniali, aut notabilis negligentia in numquam studendo aut legendo ceremoniale, semper tamen est peccatum veniale, nisi adsit inculpabilis negligentia, oblivio, aut ignorantia. *Lexan. c. 8. 1. par. n. 32.*

XXIX. Libertates & immunitates religiose concessæ in constitutionibus, imò & in regulis possunt coarctari ab aliquibus eorum prælati ex justa causa, nisi talis coarctatio sit expressè prohibita prædictis Superioribus, quia eorum quod non est illis prohibita, censetur concessum quia ad bonum regimen religionis spectat facere in aliquibus casibus. *Corduba in regulis Sancti Francisci cap. 10. q. 2. punct. 6. Sancti lib. 6. in decalog. cap. 3. n. 9.* Idem dicitur de prælato inferiori, respectu licentiz immunitatis religionis concessæ à Superioribus prælati

prælatis. *Peyrinistom. 1. q. 1. de obed. c. 8. in  
sue Lezan. sup. n. 28.*

XXX. Pœnæ privationis officiorum, digni-  
tatum, graduum & inhabilitatis, seu aliæ, quæ  
solent apponi inconstitutionibus ordinum, &  
si ponantur sub verbis, *ipso facto, eo ipso, ipso ju-  
re*, & similibus, non incurruntur in foro inter-  
iori conscientiæ, nisi præmissa declaratione  
Superioris, qua ad minus constet Religiosum  
perpetrasse crimen, pro quo incurritur talis  
pœna, est communis DD. sententia, & praxis  
Ecclesiæ; quando verò adduntur particulæ,  
*absque ulla declaratione, absque ulla sententia,  
aut declarationem vel sententiam*, & similia,  
tunc reus obligatur ad tales pœnas etiam in fo-  
ro interiori, & conscientiæ solvendas; deno-  
tant enim hæ particulæ tales pœnas incurri an-  
te sententiam, non tamen denotant, non re-  
quiri sententiam, aut declarationem criminis  
commisssi, quia semper est necessaria, nec enim  
tenetur reus exequi in se pœnam sui delicti.  
*Sanchez lib. 6. in decal. c. 15. n. 69. Lezan. 10.  
1. part. n. 31.*

XXXI. Utrum liceat scribere litteras ad  
prælatum, suppresso nomine, continentibus de-  
licta occulta contra aliquem? Respondeo, esse  
peccatum mortale ex se, quia hoc est revelare  
crimen, quod est occultum, præsertim si hoc  
fiat ex odio aut malevolentia, ultionem & pu-  
nitionem quærens. Si autem fiat solum ex cha-  
ritate.

L s

ritate.

ritate correctionem & emendationem desiderante, non erit peccatum, etiamsi celetur nomen scribentis, ne perveniat ad aures illius contra quem scribitur, & fiat inde illi inimicus. *Peyrinis tom. 1. de subdito q. 2. de pauper. cap. 1. §. 12.* Non possunt tamen praelati ex hujusmodi litteris ad inquisitionem specialem procedere delictorum, quæ in illis continentur, licet in ipsis litteris notificarentur testes, quia hujusmodi litteræ nullam inducunt infamiam, ut *cap. inquisitionis. extra de accusat. Thomas de his de visit. regular. tract. 2. cap. 3. n. 9.* Potest tamen ex his fieri inquisitio generalis, quia illam non requiritur infamia. *Alderet. de disciplina regular. lib. 1. cap. 7. n. 31. Lexana cap. 8. 1. part. n. 31. & cap. 27. n. 4.*



## CAPUT X.

De obligatione Regularium ad  
portandum suæ religionis habitum.

## SUMMARIUM.

- I. Quicumque religiosus est obligatus portare suæ religionis habitum.

- II. *Temerè dimittens incurrit excommunicationem.*
- III. *Etiamsi dimittat animo non apostatandi.*
- IV. *An incurrat animo vagandi.*
- V. *Quis censeatur dici vagabundus.*
- VI. *An licentia excuset ut excommunicationem non incurrat.*
- VII. *An ex causa rationabili possit habitum dimittere.*
- VIII. *Quale tempus requiratur, ut incurrat excommunicationem, qui habitum dimisit.*
- IX. *An incurrat, si dimissio fiat intra monasterium.*
- X. *An incurrat, sumendo alterius religionis habitum.*
- XI. *An teneatur portare habitum tempore somni, & in lecto.*
- XII. *An incurrat, occultando proprium habitum vel in toto, vel in parte.*
- XIII. *An possit dispensari pro habitus dimissione.*
- XIV. *Quid si mutet habitum regularem in sacularem.*



XV. *Quæ necessitas exigitur, ut possit esse extrâ claustra sine habitu.*

XVI. *An carceratus fugiens sine habitu incurrat.*

XVII. *An ejectus cum habitu possit illum dimittere.*

I. **B**onifacius VII. adstrinxit omnes religiosos ad portandum habitum sui Ordinis semper, & in omni occasione, ut subtraheret illis divagandi materiam & occasionem ex sua monasteria, & hoc sub pœna excommunicationis. *cap. ut periculosa 2. ne clerici, vel monachi in 6.*

II. Unde, quamvis habitus non faciat monachum, tamen, quia est signum religionis quam religiosi profitentur *Concil. Trident. 14. cap. 6.* ideo regulares omnes suæ religionis habitum temerè dimittentes sunt excommunicati majori excommunicatione nulli reservata *dicto, cap. 2. ut periculosa.* Comprehendunt hæc excommunicatio non solum religiosos tunc temporis erant, sed etiam quoscumque futuros. Lex enim generalis & perpetua non solum natos, sed & impofterum nascitur. *Bonacina de clausura, q. 2. punct. 2. §. 2.* contingunt autem temerè habitum dimittere sine justa & honesta causa illum dimittere illa dictio, *temerè*, idem significat ac *scilicet*

Unde non incurreret ille excommunicationem, qui ex ignorantia hujus canonis habitum dimitteret.

III. Incurritur hæc excommunicatio, etiam si, qui habitum dimittit, hoc non faciat animo apostatandi, quia talis conditio non assignatur in dicto *cap. ne clerici citato*, ne includitur in dimissione habitus, quia potest esse aliquis apostata, etiam habitu retento, si recedit à sua religione animo deferendi illam in perpetuum, & non apostata habitum dimittendo, si illum dimittit non animo apostatandi. *Lexana, cap. 13. 1. part. n. 3.*

IV. Aliter dicendum de habitus dimissione, quæ contingit sine causa rationabili cum scandalo & animo divagandi actu. Unde necesse est, ut dimissionem habitus sequatur actualis divagatio, nemo enim cogitationis pœnam meretur. Igitur cessante vagatione cessat decreti dispositio, & pœna non incurritur, nisi secuto effectu vagationis; nec intentio Papæ fuit punire religiosum habitum dimittentem, nisi propter vagationem, quia, verbi gratia, deponens habitum ex malo fine, scilicet, ut commodius ac voluptuosius fornicetur, non est excommunicatus, quia in illa expoliatione habitus nullum contigit vagationis vitium, igitur dimissio habitus, ut sic, in se spectata, non inducit excommunicationem, nisi habeat adjunctam vagationem, quæ, si retineatur in mente, nihil

nihil operatur, ac proinde non inducit, quod  
propositum in mente retentum nihil operatur  
*l. si repetendi. C. de condit. ob turpem causam. Et*  
ad ea, quæ raro accidunt, lex non aptatur, *l.*  
*nam ea, ff. de legibus.* At raro accidit, quod  
quis deponat habitum animo vagandi, & po-  
stea non vagetur. *Bordonus parte priori res.*  
*de habitu regulari resolut. 35. n. 10.*

V. Ille autem dicitur vagari, aut vagabun-  
dus, qui sine habitu recedit, aut aberrat non  
biliter à loco, in quo depositus fuit habitus, &  
in quo assiduus esse debet, nulla facta mentio  
de diversitate locorum; locus enim assiduus  
religiosi est proprium monasterium, in quo dicitur  
tur habere domicilium; undè vagus dicitur  
religiosus à suo monasterio recedens ad locum  
extraneum; quia nomen vagi hic non accipitur  
pro eo, qui nullibi domicilium habet, sed  
die est hic, & cras est alibi, *l. 4. §. prater  
damn. infect.* Sed pro eo, qui discurret ac  
secularis non se subtrahendo à commercio  
cularium.

VI. Nec dicendum, vagantem, dimisso  
bitu, cum licentia sui Superioris, excusari  
se ab hac excommunicatione, quia inferior  
non potest tollere poenam à Superiore  
inductam, *cap. inferior 4. distinct. 21. cap. 10.*  
*inferior. 16. de major. Clement. ne Rom.*  
*elect.* Nec potest concedere facultatem  
rendi illum occultè, quia *Trident. sess. 24.*

prohibetur, ne cuiquam religioso detur facultas occultè ferendi habitum, ergò multò minus potest dari licentia illum deponendi. Igitur, posita tota actione prohibita sub pœna censuræ, necessario sequitur ipsa pœna, unde sequitur, quod Superior, concedendo dimissionem habitus cum vagatione, necessario etiam concedit incurSIONem pœnæ, quam impedire non potest; & huiusmodi licentia, sive referratur ad exeundum è claustrò, sive ad vagandum & deponendum habitum, nullius est momenti, & nomen licentiæ non meretur. Ergò hic nihil prodest, & licentia illa se habet, ac si non esset concessa. Nec obstat *Gloss. ver. licentiam, cap. qui sincera 3. distinct. 48.* dicens, licet non liberet à peccatò excusare tamen à pœna incurrenda, quia hoc solum procedit, quando author pœnæ dat licentiam, sed in casu nostro Superior non est author pœnæ, sed solus Papa. *Bor-donus citatus supra, num. 25. & 42.*

VII. Dimissio habitus nullum est peccatum cum causa rationabili, præciso scandalo, sive fiat intra, sive extra claustrum, v. g. causa balnearum, natationis, piscationis, laboris, magni æstus, utilitatis, commoditatis, ad evitandam mortem, dormitionis causa, aut, si quis transfurus esset per loca hæreticorum, aut Turcarum, aut aliorum hostium habitus religiosi; vel si quis iuste recurrens ad Superiorem majorem, timeret probabiliter detinendum fore ab aliquo

aliquo Superiori inferiore; & hoc de jure communi certum habetur, & omnes DD. conveniunt. In his tamen omnibus videnda sunt cujuslibet Ordinis statuta quid dicant; textus enim solummodo loquitur de temeraria dimissione. *Bordonus supra, n. 7.*

VIII. Ut autem dimissio habitus etiam malo fine, puta ad fornicandum, aut fornicandum &c. sit peccatum mortale, debet esse in notabili spatio temporis. Nam in brevi tempore depositum, habitum non dicitur dimitti. *l. divortium, ff. de divortio, Sanchez, lib. 6. c. 8. num. 55.* Quia, moraliter loquendo secundum prudentium existimationem, spoliatio potius quam dimissio habitus dicitur, & lex absolute loquitur, in dicto cap. nec tamen omnes videntur convenire, spatium unius horæ esse breve tempus. Duæ verò horæ vel tres sunt tempus notabile secundum opinionem Bonacinae. *q. 2. claus. part. 2.* Unde, qui nihil cogitavit de quantitate temporis, & brevi manet sine habitu, non peccat mortaliter; si verò intendebat diu vagari sine habitu, licet de facto brevi temporis spatio sumperit habitum, peccavit tamen mortaliter in intentione, *Vide Lexaniam c. 13. 1. part. Bordon n. 9.*

IX. Incurri etiam potest hæc excommunicatio, etiam si habitus dimissio fiat intra quatuordecim dies, si præbeat occasionem

gandum. *Sylveſter verbo excommunicatio, 9. cap. 15. n. 55.* Si verò talis habitus dimiſſio fiat extra Monafterium, ſive temere, ſive per dolum, negligentiam, fatuè, ſcienter, præſumptuoſè, conſultò & data opera, ſine cauſa legitima, certum eſt, eſſe peccatum mortale inducens excommunicationem. *Clement. 1. §. ſi quis de ſtat. Monachorum. Suarez tom. 6. in part. 3. diſp. 4. ſect. 19. n. 3. Bord. ſup. reſolut. 35. n. 4. & Lezan. citat. n. 5.* quia talis dimiſſio proximam præbet divagandi materiam.

X. Incurrit etiam hanc excommunicationem, qui ſuæ religionis dimittit, & alterius religionis habitum aſſumit, quia verè talis comprehenditur in illo canone *cap. 2. ne clerici.* quia verè habitum ſui Ordinis dimittit. *Bañez. 2. 2. diſp. 1. q. 12. a. 1. Sayrus de cenſuris lib. 3. cap. 31.* Si verò aſſumptio alterius habitus fiat rationabili de cauſa juſta & honeſta, ſcilicet, quia debet in illa religione ſtare per aliquod tempus, docere vel prædicare, non incurret hanc excommunicationem; quia in hiſcaſibus, non eſt temeraria, nec periculosa ad vagandum nec ad malum aliquod perpetrandum; *Aragon. 2. 2. q. 12. art. 1. Leſſius. 2. de juſtit. & jure, cap. 41. dub. 14. LaZan. ſup. n. 6.* Peccat tamen, ſive adſit licentia proprii Superioris, quam dare non poteſt, quia delatio habitus proprii eſt de jure communi; ſive alterius, cujus fert habitum propter eandem rationem, & honorem,

M

norem,

norem, quem propria religioni debet, alieni tribuit: tum, quia omnia praedicta aequae bene melius praestare potest; tum, quia in re non levi momenti ementitur proprium statum. *Borden sup. n. 16.*

XI. Regulares tenentur religionis suae habitum portare, etiam in lecto dormientes, peccant illum dimittendo, quia praecipitur Ecclesia. *cap. vidua 20. q. 1. his verbis, in lecto quiescens, seu in quocumque loco consistatur apta religionis veste, & idem habitus non sit peccatum, Grassis lib. 3. decis. cap. 5. n. 1. dicit esse mortale. Quod posset admitti actu illius, qui nudus omnino sine cambitu lecto dormiret, causa aliqua non urgente, verò dormiret decenti tunica inducus sine habitu, existimo, quòd venialiter peccaret. super his consulenda sunt cujusvis Ordinis, & obligationes peculiare: *Sarrum tom. de relig. lib. 1. cap. 5. n. 18. Lex. an sup.**

XII. Qui non dimittit habitum, sed occultat, ita, ut non appareat absque praetextu, probabilis est, incurrere praetextu excommunicationem. *cap. 1. ne clericus moraliter loquendo, idem est omnino modo incurritur hac excommunicatione, *nez. 2. 2. disput. 1. q. 12. punct. 2. Hoc modo occasionem vagandi habet.**

cogn  
nis. H  
curric  
te tant  
requiri  
ne, sibi  
perfect  
tum, p  
mnes d  
dimissio  
& impo  
non dicit  
habitus  
nac. q. 2  
n. 19. &  
ligenda  
l. hoc leg  
simpliciter  
ne, sed  
tus habit  
nit dimi  
debiti, n  
conclude  
qui omni  
scatur, &  
ris de his  
sunt, ide  
XIII.  
sess. 25. ca  
ligioso ve  
cog

cognoscatur, cujus sit Monasterii, vel religionis. Hanc verò excommunicationem non incurrit, qui propriæ religionis habitum, ex parte tantum dimittit, quia ad illam incurrendam requiritur, ut actio prohibita fiat sub ea ratione, sub qua interdicitur, & non sufficit, ut imperfectè fiat, sed opus debet esse consummatum, propter quod censura incurritur; ut omnes docent. Sed in hoc casu non perficitur dimissio habitus, cum sit talis secundum quid; & imperfectè, & dicatur semivestitus, ergo non dimississe habitum: cum non sit perfectus habitus dimissio. *Lezana sup. n. 8. & 11. Bonac. q. 2. de claus. punct. 2. n. 8. Bordon. citat. n. 19. & 20.* Et confirmatur, quia verba intelligenda sunt simpliciter, & non secundum quid. *l. hoc legatum. ff. de legatis 3. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum significat. obligatione,* sed nomine depositionis habitus venit totus habitus simpliciter loquendo, ergo non venit dimissio partis, sicut, qui solvens partem debiti, non potest dici solvisse debitum: igitur concludendum, quod ille incurrit censuram, qui omnino habitum occultat, ut non cognoscatur, & alius censeatur. Dicit enim *Regula juris de his, quæ non apparent, & de his, quæ non sunt, idem esse iudicium.*

XIII. Vetat autem Concil. Tridentinum *sess. 25. cap. 19.* dari licentiam cuiquamque religioso occultè ferendi habitum suæ religionis,



& ut religiosus nullum portet habitum vel oc-  
cultè ferat, solus Papa potest dispensare, qui  
cùm hæc observantia non sit de essentia status  
religiosi, ad illum spectat in jure communi  
dispensare. *Suarez. 4. tom. de religione tract. 1.  
lib. 1. cap. 5. n. 15. & 16. Lezana sup. n. 10.*  
Neque hanc licentiam possunt dare Superi-  
ores majores, etiam Generales, quia in lege Su-  
perioris, & maximè juris communis, nullus su-  
perior inferior dispensare valet. *Clement. ne de  
mani, de electionib.* Sed habitus delatio patet  
& manifesta præcipitur jure communi  
*Sanctimonialis dist. 23. cap. vidua 10. q. 1.  
Grassus part. 1. lib. 3. cap. 5. n. 72. Bonacini  
clausura q. 2. part. 1. n. 5. & part. 2. n. 31. Tho-  
don. resol. 35. n. 42.*

XIV. Qui habitum regularem mutat in  
bitum secularem, si seriò id facit, ut pro  
tempore secularis appareat, etiam si tempore  
breve, peccat mortaliter, & adductam excom-  
municationem incurrit, quia talis mutatio  
licèt pro brevi tempore facta, videtur  
materia, & habet notabilem deformitatem  
tuo religioso repugnantem. *Rosella verbo  
communicatio.* Si verò mutatio fiat iudici  
vel ad representandum, fortè non erit peccatum  
mortaliter, nec sic faciens incurrit excom-  
municationem. *Suarez citatus sup. n. 10.  
Lezana sup. n. 10.*

XV. Potest Sacra Congregatio, ratiò

causa subsistente, concedere facultatem alicui religioso existendi extra claustra, deposito habitu regulari & mutato in habitum clericalem, quia præceptum deferendi habitum est humanum. *c. ut periculosa, ne clerici vel monachi in*  
 6. Præcepta autem humana sunt dispensabilia, ac multò magis commutabilia, prout contingeret, quando habitus regularis mutaretur in clericalem: Necessitas autem potest occurrere religioso existendi extra claustra sine habitu regulari, ut non solum id possit, sed & facere teneatur, prout de extrema parentum necessitate fatentur quamplurimi: ut *Corduba in sum. q. 141. art. 2. op. 4. punct. 2.* licet etiam in casu grauis necessitatis dissentiant multi DD. de quo *Sanch. in præcep. decalog. lib. 4. c. 20. n. 15. & seq. Lexana citat. à n. 14.*

XVI. Carceratus, habitu ablato de mandato Superioris, sine ipso fugiens, non incidit in excommunicationem, neque si postea negliget illum resumere, quia talis excommunicatio provenit tantum ex activa, & spontanea habitus dimissione, non verò ex passiva ordinata à Superiore, nec ista expoliatio facta fuit, ut vagaretur, quod requiritur ad hanc incurrendam, & cum iuste denudatus fuerit habitu, debet se abstinere ab usu illius, nec habet obligationem resumendi illum sub illa pœna excommunicationis, quia nullo jure ei præcipitur. Verum tamen est, quòd sub pœna peccati mortalis teneatur

netur illum resumere, quando injustè illo fuit  
privatus. Vide Bonac. q. 2. de clausura, p. 111  
l. n. 6. Sanchez lib. 6. cap. 8. n. 47. Borden, re-  
solut. 35. num. 26. Super quo notandum est,  
quòd malè faciunt Superiores, dum in carce-  
rem aliquem fratrem detrudunt, auferendo illi  
aut caputium aut tunicam, ex usu quodam  
(ut aiunt DD.) indiscreto, nisi eorum status  
hoc permittant, sicut nostra constitutio pre-  
cipit, cap. 9. 4. part. §. 2. quia est de jure con-  
muni, ut continuo habitus deferatur, cap. 2.  
dua 20. q. 1. cap. sanctimonialis, dist. 11.  
Atqui Superiores regulares non sunt Superiores  
commune, cap. quod super his de major. ca.  
quia habitus religionis est annexus officio  
religiosorum ex Joanne Andrea. Et Glossa p.  
2. cap. 17. n. 12. & Gloss. in c. 16. q. 1. in  
substantialia monachatus refert delationem  
habitus sicut continentiam, & nihil habet  
proprium. Sed Superiores, neque ipse Gene-  
ralis, super substantialia religionis nihil con-  
tò tollere possunt cap. cum ad Monach.  
statu monach. Et talis ablatio videtur in-  
cum nullam mortificationem inferat, con-  
trato, aut Superioribus expediat, ideo talis  
est potius abusus, & corruptela contra  
canones, ac proindè irrationabilis. cap. 1.  
de consuetudine, quæ dicta procedunt, quæ  
aufertur habitus sine judiciali sententia  
in pœnam; auferre verò cingulum est bo-

& sen-  
queun-  
sunt c-  
ligios-  
quand-  
quand-  
quand-  
censu-  
grave s-  
XVI  
tus hab-  
excom-  
res, & t-  
non hab-  
non in-  
ponend-  
religios-  
relaxari-  
larem n-  
netur ad-  
cap. 9.  
vita regi-  
mutata  
positio  
non est t-  
dedecus  
propter  
ne relig-  
aurem m-  
facinoro-

& semper deberet auferri, ne illis diabolus laqueum injiciat. *Boránn. sup. n. 17.* Quatuor sunt casus, in quibus potest auferri habitus religioso, scilicet 1º. casus incorrigibilitatis. 2º. quando carceri perpetuo est mancipandus. 3º. quando est seculari justitiz tradendus. 4º. quando est ad triremes damnatus, quia tunc censentur indigni habitum portare, essetque grave scandalum & dedecus religionis.

XVII. Ejectus à religione, si non fuit privatus habitu, potest illum deponere absq; incurfu excommunicationis, quia debebant Superiores, & tenebantur illum habitu privare, ex quo non habet obligationem illum ferendi, proinde non incurret excommunicationem illum deponendo: Etsi enim per expulsionem remanet religiosus quoad substantiam votorum, quæ relaxari non possunt, tamen quoad vitam regularem non dicitur amplius religiosus, nec tenetur ad observantias regulares, *Sanchez. lib. 6. cap. 9. n. 52.* quia mutavit statum. At sub vita regulari est habitus regularis, ergo vita mutata mutandus est habitus. Denique depositio habitus facta ab ejecto etiam sponte, non est temeraria, sed potius bona religioni, ut dedecus apud seculares patiat. Finis enim, propter quem quis exiit, vel damnatur, est, ne religio ulterius opprobriis inficiatur; eo autem magis inficeretur si hujusmodi homines facinorosi cum libertate in seculo manentes

habitum deferrent, si tamen iuste sunt eieci  
vel damnati, iniuste enim eiectus non potest  
habitum deponere sed reditum procurat,  
Bordon. sup. n. 29. & 30.



## CAPUT XI.

De obligatione Concionatorum  
Regularium.

## SUMMARIUM.

- I. Quid sit predicatio.
- II. Ad quem spectet predicare, ex officio.
- III. Concionatores debent esse approbati  
si sint superiores & prelati religionum.
- IV. Possunt examinari ab Episcopo,  
suspendi.
- V. Non possunt predicare invito Episcopo.
- VI. Possunt in propriis Ecclesiis.
- VII. Predicantes sine licentia quibus  
peccent.
- VIII. Predicantes errores, aut scandalosa  
quo puniendi.
- IX. Predicantes facetias aut fabulas  
liter peccent.

- X. Ad predicandum non admittuntur infames.
- XI. Semel approbati & presentati non possunt cogi ut iterum presententur.
- XII. Quibus diebus possunt interdici à concione habenda.
- XIII. Tempore interdicti non prohibetur predicatio.
- XIV. Pradicantes in statu peccati mortalis qualiter peccent.
- XV. Illis prohibetur publicare indulgentias ab Episcopo non approbatas.
- XVI. Illis prohibetur publicare falsas, aut falsa miracula.
- XVII. Illis prohibetur commendare pauperes in propriis ecclesiis sine Episcopi licentia.
- XVIII. Pradicatio interdicitur illis, qui quastores dicuntur.
- XIX. Possunt regulares predicare in viis publicis.
- XX. Quis debeat pradicatoribus mercedem tribuere.
- I. Pradicatio est sermo publicus habens certam formam saltem consuetudine introductam, scilicet, quod concionator habeat

gradum distinctum, quoad locum, sumat textum & invocet Spiritum sanctum. *Sylvester summ., verbo predicatio n. 1.* Unde infert, exhortationes, quæ fiunt in scholis, vel in ecclesiis monialium, januis clausis, vel in refectoriis aut capitulis religiosorum, non esse prædicationem.

II. Prædicare ex officio spectat 1<sup>o</sup> ad Papam *19. distinct. can. in memoriam*, & cui ipse commiserit *de off. de legat. cap. final. 2<sup>o</sup>*, id etiam officio competit Episcopis, etiam in alienis diocæsis, nisi ab Episcopis diocæsanis prohibeantur, unde à *Clemente VIII.* declaratum fuit, posse Episcopum prohiberi prædicare in aliena diocæsi, quod etiam fuit à *S. Congregatione* decisum: Est enim hoc præcipuum Episcoporum munus, ut habet *Concil. Trid. sess. 24. c. 4.* Competit etiam id munus ex officio aliis omnibus prælatis, & quibuscumque habentibus ecclesias parochiales, & curam animarum, ex eodem Concilio, *Tamarius de jure abbatum tom. 1. disp. 11. q. 1.*

3. Committi tamen potest id munus prædicandi viris idoneis, non solum sacerdotibus, & diaconis & subdiaconis. *Sylvester summ. verbo predicatio n. 1.* in sacris constitutis, quia prædicare non est actus ordinis sed jurisdictionis, quæ est delegabilis, & constat ex declaratione Sacræ Congregationis apud *Barbosam in collectan. verbo prædicator.* Laicis etiam id committi se tenet *Navarrus & Suarez*, sed contra

merito sequitur Sylvester supra citatus, & est verius, non solum consuetudine, *Lezana verbo concionari n. 3. & 4.* sed omni ratione.

III. Regulares, quicumque illi sint, etiam prelati, non possunt exercere munus concionatoris, nisi prius de vita, moribus & scientia à Superioribus fuerint examinati, & approbati, ac de eorum licentia; ita enim habetur in *Concil. Trid. sess. 5. c. 4.* Quod dixi supra, (etiam prelati) intelligi debet de licentia Episcopi requisita. Unde regularis predicans sine sui Superioris licentia peccat mortaliter, & secundum *Leonem X. in Concilio Lateranensi*, incurrit excommunicationem Papalem, & privatur officio predicandi. Vide *Bullam. tom. 1. Bullar. inter Bullas Leonis, n. 21.* Peccant etiam mortaliter prelati, qui subditos non examinatos de vita, moribus & scientia, aut non idoneos permittunt predicare, tum ex *Concil. Trid.* tum ex *Leone X.* tum ex scandalis, quæ inde solent evenire. *Peyrinis de subdito q. 1. de obed. cap. 22.*

IV. Potest Episcopus regulares in ecclesiis, quæ non sunt sui ordinis, predicare volentes examinare, juxta declarationem sacre Congregationis apud *Barbosam in collectan. Bullar. verbo predicare & predicatio.* Ordinario autem presentatis, si idonei fuerint, non est deneganda approbatio aut licentia, nec debet Episcopus illam ad libitum & sine causa suspendere; si tamen suspendit, non tenetur causam exprimere quare hoc fecerit.

V. Nec



V. Nec possunt regulares, illo invito & contradicente, prædicare in Ecclesiis quæ non sunt sui Ordinis, & continetur in decreto, verbis sequentibus: *Ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis ecclesiis non suorum ordinum modo prædicare possint* 3 & contra decretum facientes posse puniri ab Episcopo. *Gregorius XV. in constitutione de exemptor. privileg. ann. 1622. 4. tom. Bullar. inter Bullas dicti Gregor. n. 8.* Sed quia dura videbatur hujusmodi constitutionis determinatio, ideo sacra Congregatio Concilij censuit illam nequaquam subire regulares exemptos.

VI. In suis verò ecclesiis regulares prædicare possunt, & sufficit benedictio petita ab Episcopo, licet non obtenta, ita ut, si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non conceperit, sed & prohibuerit, ne prædicent, ab illo contradicente, liceat illis prædicare: Concilium enim dicit, quod tenentur petere benedictionem, nec loquitur de obtentione, sed benedictio jure petita, si injustè negetur, tenetur jure concessa. *Henriq. lib. 6. de pæn. c. 1. n. 4. dicens, hoc censuisse Sac. Congreg. ann. 1597. Peyr. tom. 1. de subdit. q. 1. de obed. c. 1. Gavantus in manuali Episc. verbo reg. j. n. 35. & 36.* Dummodo non habeant aliquam causam ad eam denegandam. *de concionat. c. 20. n. 2. & verb. concionati. c. 1. & idem Lex. t. 3. conf. 40. n. 21.*

VII. Regulares sine suorum Superiorum licentia prædicantes mortaliter peccant, & incurrun excommunicationem & privationem officij prædicandi, ut jam dixim⁹ n. 3. supra, sed addo, posse etiam licentiam prædicandi habentes à suis Superioribus suspendi à dicto munere, causa rationabili existente, quia pendent à voluntate ipsorum ratione obedientiæ. *Peyr. tom. 1. de subdito, q. 1. de obed. c. 22. §. ult.* Sic tamen suspensi, si nihilominus prædicaverint, licet mortaliter peccent propter transgressionem præcepti Superiorum in materia gravi, non tamen fiunt irregulares, quia prædicatio non est actus alicujus ordinis. *Lexan. verbo concionari, n. 10.*

VIII. Prædicantes errores, vel turbas, aut scandala in populo excitantes, ut nec in propriis suis ecclesiis, neque alibi ulterius prædicent, possunt Episcopi, etiam exemptos regulares interdicerere; imò si hereses prædicaverint, possunt contra eos procedere secundum severitatem juris. *Conc. Trident. sess. 25. c. 4. c. 1. de reform. & sess. 6. c. 3. & sess. 14. c. 4. Cabassutius lib. 1. cap. 9. n. 6. Lexana cap. 20. n. 9.*

IX. Fabulas verò & facetias prædicantes, aut aliquid ridiculum miscentes, regulariter loquendo, peccant saltem venialiter, quia abutuntur sacro munere, miscendo sacra profanis. *Caietanus 2. 2. q. 164. art. 2. Navarr. in manual. cap. 25. n. 14.*

X. Non

X. Non admittuntur ad munus concionandi, nec illud possunt exercere infamia juris re facti: quia prædicare & sacrificare parificantes. *Cap. presbyteros qui, distinct. 60.* Indecens enim videtur, ut tantum munus à talibus personis exerceatur. *Peyrinis t. 2. privil. in consuet. Urban VIII. n. 5.* nisi peractâ poenitentia resipuerint, absitque periculum scandali & red dendi.

XI. Notandum, quod prædicatores semel præsentati & approbati Ordinariis, non possunt iterum compelli ut præsententur, benè tamen à successoribus, à quibus possunt iterum examinari, & approbari, seu etiam reprobari. *Pius V. in extravag. Romani Pontificis providentia, anno 1571. & Congreg. Concilij, censuit, regulares ab Episcopo examinatos iterum ab eodem examinandos non esse, potest tamen à successore iterum examinari, juxta constitutionem supradictam Pij V. quandoque si cessi ab illa recessit, si iterum revertitur, non requirere approbationem non tenetur, si præfuit sine limitatione, nisi advenerit novus Episcopus, qui velit illum de novo examinare.* *Lex. c. 20. n. 7. & c. 10. n. 7.*

XII. Quibus verò diebus prohiberi possunt regulares à concione. Dico 1<sup>o</sup> possunt prohiberi tempore & hora, qua Episcopus prædicandum desiderat, aut coram se solemniter vult prædicari.

cari, juxta determinationem Concilii Viennensis in Clement. dudum de sepult. Dico 2. regulares certò die prohiberi posse, ne concionentur, ut totus populus conveniat ad cathedralem. Dico 3. prohiberi posse concionem non solitam extra cathedralem tempore Adventus & Quadragesimæ. Dico 4. posse prohiberi, ne Feria quinta in Cœna Domini fiat concio, ut populus Officio ejus temporis attentius assistere possit, & regulares posse compelli ad id observandum. *Lexana verbo concionari n. 6 & 13.*

XIII. Tempore Interdicti cujusvis prædicatio non prohibetur, quia est actus ordinatus ad correctionem populi, propter cujus peccatum positum fuit Interdictum. Prohibetur tamen fieri ab excommunicato, 1º si sit vitandus propter scandalum, quod posset inde oriri. 2º etiam, si sit toleratus, quia est illi prohibitum cum aliis communicare. Posset tamen in casu, quo propter audientium utilitatem, si ipsis petentibus, & non ipso se ingerente, id fieret. *Lexana verbo excommunicatio, n. 17.* An verò excommunicatus concionando irregularitatem incurrat, affirmare videtur *Navar. in manual. cap. 17. n. 163. §. 8.* si solemniter & ex officio id facit; negat tamen *Suarez disput. 12. sect. 2. n. 3.* quia prædicare, non est alicujus ordinis, sed potius jurisdictionis. Favent *Rodriquez in summ. tom. 2. cap. 24. conclus. 7. Bonacina q. 2. punct. 3. §. 2. n. 11.*

XIV.

XIV. Dicendum tamen, concionatores in statu peccati mortalis, quantumvis oculi essent stentes, peccare mortaliter, nisi præcedat debita contritio vel confessio *Caietanus 3. part. q. 64. art. 6. Navar. in manual. cap. 21. n. 14.* Oppositum verò tenent aliqui, ut *Sorus in distinct. 1. q. 5. art. 6.* ad minus peccant venialiter, quia munus prædicationis est actio summi gravis, & in ea operatur homo ut organum sancti Spiritus. Per accidens etiam peccant mortaliter, vel ratione scandali, si peccatum sit publicum, vel quia inde fit ut verbum dei fiat contemptibile, & nullius æstimatione. *Suarez 3. tom. in 1. part. disp. 16. sect. 3. Lezan. c. 20. de concionat obligat. n. 15.*

XV. Prohibetur à sacra Congregatione Episcoporum & Regularium, ne concionatores publicent indulgentias per ordinarios locos non publicatas. *Concil. Trident. sess. 21. cap. 1.*

XVI. Prohibetur etiam illis publicare seu indiscretas, aliter peccant omnino mortaliter contra præceptum obedientiæ illis adscriptum in *Clement. de privil. cap. religiosi.* non possunt publicare falsa miracula, sine peccato mortali, quia committunt mendacium peccatum, tollentes quantum in se est verum miraculorum fidei, & sunt in causa, quod illis non adhibeatur. *Vide Bonac. circa præceptum decalogi. disp. 10. q. 1. punct. 1. Lezana sup. n. 17.*

XVII. Prohibetur insuper illis pauperes commendare in propriis ecclesiis sine licentia Episcopi, bene tamen intra propria monasteria, *Gavantus verbo concio sacra, n. 42.*


XVIII. Illis etiam prohibetur esse quæstores seu elemosynarii, hoc est, qui quæstum sibi referunt. *Baldus apud Barbosam de potest. Episcop. allegat, 109. n. 6.* Expressè enim habetur in *Concil. Trid. sess. 5. cap. 2.* quod quæstores, neque per se, nec per alium predicare præsumant; & *sess. 11. cap. 9.* talium nomen, usus & officium omninò extinguuntur. Vide *Zerolam in praxi part. 1. verbo quæstores, & Gavantum in manual. Episcoporum verbo quæstores.*

XIX. Possunt tamen regulares, & licitum est illis prædicare in locis publicis, viis & plateis, quia hoc nec divina, nec humana lege est prohibitum, aut intrinsecè malum, *Suarez 4. tom. de religione lib. 9. c. 1. à n. 25.* Unde hoc possunt multi religiosi, etiam sine licentia Episcoporum, exemplo plurium sanctorum, scilicet, Antonii Paduani, Vincentii Ferrerii, & Petri Martyris, id sæpè facientium, ut constat ex ipsorum historiis, sive propter multa eorum privilegia concessa à diversis Pontificibus, quæ non sunt abrogata à Concilio Tridentino; neque à constitutione Gregorii XV. cum solùm in illis habeatur, regulares non posse in suis aut alienis ecclesiis prædicare sine licentia aut benedictione Episcoporum. Numquam tamen  
N uti

uti possunt hac facultate prædicandi, alicubi  
 contradicente Episcopo, tum ex *Concil. Trident.*  
*sess. 24. cap. 4.* id expressè prohibente; Tum  
 quia prædicare verbum Dei est proprium mi-  
 nus Episcoporum, atque ita ad minus exigite  
 ne contradicant. *Rodriquez tom. 3. quest. in-  
 gular. 32. art. 5. Lex an. cap. 20. n. 5.*

XX. Quis verò mercedem tribuere debet  
 prædicatoribus, aut eligere, consulenda  
 consuetudo, tum Ecclesiarum, tum etiam Com-  
 munitatum: illique licitè mercedem pro con-  
 cionibus possunt accipere, quia, etsi concio-  
 nes propter dictam mercedem, tanquam pretium  
 concionis sit simoniacum, eo quod sit traditio  
 vel donatio rei spiritualis pro temporalibus,  
 contra illud Matthæi 10. *Euntes prædicare  
 gratis accepistis gratis date. Sanctus Th. 2. 2.  
 100. art. 5.* tamen accipere dictam mercedem  
 titulo sustentationis nullo jure est prohibita  
 imò est permixtum, tum ex *Concil. Trident.*  
*cap. 2.* ubi titulo mercedis eam vocat, tum  
 usu Ecclesiæ. *Sotus & alii, Lex an. verbo  
 concionari n. 12.* Super hac questione multæ  
 Sac. Congr. declarationes apud *Gavanti-  
 man. Episcop. verbo concio sacra n. 56.* ubi  
 veritates moderentur Episcopi curent,  
 imò potest fieri pactum de tali mercede,  
 deducere in pactum rem licitam, licitum  
*Suarez de simonia lib. 4. cap. 46. n. 4.*

veant concionatores; ne plus exigant pro sustentatione, quam ferat ratio laboris, quia ille excessus esset indebitus, & injustus, vel de simonia suspectus. Neque est culpa, non predicare; ubi non speratur suppeditandum alimentum, sed semper est cavendum scandalum, idque præcipue monachis. *Bonacina de simonia* q. 6. punct. 2. objectione 3.



## CAPUT XII.

### De obligatione confessoriorum Regularium.

#### SUMMARIUM.

- I. *Necessaria est confessio necessitate præcepti.*
- II. *Ut regulares possint audire confessiones secularium, debent presentari, examinari, & approbati ab Episcopis.*
- III. *Regulares possunt audire confessiones, si ipsis presentatis denegetur licentia sine justa & legitima causa.*
- IV. *Presentatio seu approbatio in uno Episcopatu non sufficit pro aliis.*
- V. *Possunt approbati audire confessiones non solum subditorum illius diocesis, sed omnium*

N 2



omnium ad se accedentium, non tamen aliorum religiosorum.

- VI. Approbatio non est perpetua, sed potest successor iterum examinare & approbare. XIV.
- VII. Approbatio restringi & limitari potest ad certum tempus, locum, & personam. XV.
- VIII. An regulares possint suspendi ab Ordinaris, & utrum omnes ejusdem familia. XVI.
- IX. Approbati possunt audire confessiones egrotantium in suis domibus sine speciali licentia, & omnes in morticulo. XVII.
- X. Approbatio non expirat per mortem concedentis. XVIII.
- XI. Regulares etiam ab Episcopis approbati non possunt secularium confessiones audire contra voluntatem Superiorum suorum. XIX.
- XII. Regulares approbati ab Episcopis Superioribus expositi solum pro peccatis puniuntur, si feminas audiant. XX.
- XIII. Regulares approbati ab Ordinaris. XXII.
- XXIII.
- XXIV.

possunt audire confessionem Paschalem  
cujusvis accedentis.

XIV. Quid dicendum de confessariis ex-  
communicatis vel suspensis.

XV. A quibus casibus possunt absolvere.

XVI. An à Papalibus & contentis in Bulla  
Cænæ & decreto Clem. VIII.

XVII. Nomine Ordinarii quis intelligatur.

XVIII. An regulares possint dispensare in  
votis Episcopis reservatis.

XIX. An teneantur absolvere à reservatis  
quando id possunt.

XX. An Prælati regulares possint absolvere  
suos subditos à casibus Bullæ Cænæ.

XXI. Regulares possunt commutare vota,  
quæ propriè sunt Episcopalia, non verò  
vota Papæ reservata.

XXII. An possit confessarius absolvere reum,  
qui juridicè coram judice interrogatus  
noluit crimen fateri.

XXIII. An regulares possint absolvere plena-  
riè suos religiosos saltem in mortis ar-  
ticulo.

XXIV. An possint sibi eligere confessarios  
præter assignatos à Superiore.

℞ 3

XXV.

- XXV. *Quid si regularis habeat casum reservatum.*
- XXVI. *An Confessarius sine peccato possit absolvere aliquem indignum, qui illi comminatur mortem, si non absoluit.*
- XXVII. *An possit fingere absolutionem non proferendo formam essentialem.*
- XXVIII. *An possit proferre formam sine intentione absolvendi.*
- XXIX. *An Confessarius poenitentiam leviorem imponens pro gravioribus peccatis peccet mortaliter.*
- XXX. *An Confessarius, cuius culpa poenitentens non restituit quod debebat, teneatur ipse restituere.*
- XXXI. *An Confessarius teneatur in conscientia absolutionem dare illi, qui voluit confiteri, sed amissa loquella, vel aliàs, non potest amplius confiteri, veniente Confessario.*
- XXXII. *An liceat Confessariis elemosinas spontè datas recipere.*
- XXXIII. *Quando committatur simul Confessariis.*
- XXXIV. *An teneatur Confessarius ad orationem consuetam post absolutionem*

- XXXV. An possit confessarius pœnitentiam imponere pro defunctis, pœnitenti sub titulo satisfactionis.
- XXXVI. An confessarii possint excusari ab officio recitando.
- XXXVII. An qui obtinuit facultatem absolvendi à sodomia passiva, possit absolvere etiam ab activa.
- XXXVIII. Quam pœnam incurrant confessarii audientes confessiones sine licentia.
- XXXIX. Quam pœnam incurrant secretum violantes.
- XL. Quam pœnam incurrant absolventes à censuris potestatem non habentes.
- XLI. An Episcopi possint sibi reservare omnes excommunicationes.
- XLII. Incertorum reservatio non afficit regulares.
- XLIII. Pares debent esse casus regularium ac secularium circa reservationem.
- XLIV. An omnes confessarii teneantur habere transumptum bullæ cœnæ domini.
- I. Pro hujus capituli fundamento sciendum est, Confessionem sacramentalem institutam fuisse jure divino in statu novi Testamenti, &c

ti, & esse necessariam necessitate præcepti, et  
impetrandam remissionem peccatorum com-  
missorum post Baptismum, secundum id, quod  
ait Dominus. Ioan. 20. Accipite Spiritum  
Sanctum, quorum remiseritis peccata remittantur  
eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Iustus  
autem iudicium expostulat plenam causa  
ognitionem circa peccata, vel remittenda,  
vel retinenda; Igitur necesse est, ea per confes-  
sionem eius, qui cupit absolvi, manifestari; *Joan.*  
*1. Si confiteamur peccata nostra; fidelis est & i-*  
*ustus Deus ut remittat nobis peccata nostra, & i-*  
*cobi 5. Confitemini ergo alterutrum peccata vo-*  
*stra, & c. 19. Actuum, Multique credentium*  
*niebant confitentes & annunciantes actus suos.*  
Vide de necessitate confessionis antiquo  
temporum scriptorem & testem omni ex-  
tione majorem Tertullianum. *lib. de patientia*  
*Adeone, inquit, existimatio hominum*  
*Dei conscientia comparantur? An melius*  
*damnatum latere, quam palam absolvi.*

II, Hoc posito, dico, quod ad hoc, ut regu-  
res confessiones secularium possint audiri,  
quiruntur præsentatio, examen & approbatio  
Episcoporum. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 15.*  
Illum enim istis temporibus extat privilegium  
aliquibus religiosis concessum, quo possunt  
secularium confessiones audire, non præter  
examine Ordinarii & approbatione, nec  
sinit approbatio parochi pro subditis illius  
parochi.

rochiz, quia Concil. requirit approbationem  
Episcopi. *Bonacina de Sacramento penitent.*  
*disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 12.* Idem etiam re-  
quitur, ut graduati regulares in sacra Theo-  
logia, aut lectores &c. possint munus confessa-  
riorum exercere, quia, licet contrarium videat-  
ur insinuari verbis Concilii: *aut alias idoneus*  
*judicetur*, tamen determinatum fuit à Paulo V.  
in Bulla *Romani Pontificis, Providentia*, anno  
1571, decretum Conc. debere observari ab om-  
nibus regularibus per hæc verba: *Etiamsi sint*  
*Doctores, aut in Theologia de Superiorum suorum*  
*licentiæ graduati vel promoti, vel a Generalibus*  
*aut Provincialibus pro secularium confessionibus*  
*expositi.* Idem dicitur de Superioribus religio-  
sorum, quia non habent beneficium parochiale  
super seculares, prout requirit Conc. *Suar. t.*  
*4. in 3. p. disp. 28. sect. 4. n. 21. Lez. c. 29. n. 2.*  
*& 6.*

III. Nonobstante hoc Concilii decreto, mul-  
ti tenent, quod, si Episcopus mala voluntate  
aut odio, aut absque causa legitima, (quod ab-  
sit fieri) regularibus præsentatis coram ipsis &  
aliis idoneis renuerit licentiam concedere au-  
diendi confessiones, posse tamen audire, quia  
per Concil. quoad hoc, non fuit revocata Cle-  
mentia illa, *dudum de sepulturis*, quæ hoc sta-  
tuit, & non est credibile Concilii decretum  
procedere in hoc casu, *Navarr. in manual. c.*  
*27. n. 264. Miranda in manual. t. 1. q. 45. art. 6.*

N 5

Le.

*Lezana cit. n. 3.* verum Doctoris Sotbonici præstantissimi & eruditissimi iudicio, illorum Doctrina, nec sana iudicatur, nec rita.

IV. Præsentatio seu approbatio facta in uno Episcopatu non sufficit pro aliis, & colligitur ex Concil. Tridentino his verbis: *Nisi ab Episcopis approbationem accipiat.* Verbum enim illud (*Episcopis*) in plurali positum satis indicat non sufficere unum aut alterum Episcoporum approbasse, sed debere omnes, in quorum diocesis regulares volunt confessiones audire. *Suarez 4. tom. ad 3. part. disp. 28. sect. 7.* & est praxis curiæ, majori Theologorum consensu recepta, uti probabilior & securior. *Lezana tom. 4. consulto 40. n. 65. & cap. 19. cit. p. 4.*

V. Possunt etiam confessarii regulares approbati in aliqua diocesi excipere in illa diocesi confessiones quorumcumque; ad se accedere tium, quamvis non sint de diocesi Episcopatus probantis, sed forenses, & advenæ, quia potestates utuntur jure suo, quod habent accedere ad quemcumque confessarium regularem etiam extra suam diocesim ex privilegio pontificio immediate concessio confessariis regularibus ad utilitatem personarum secularium, qui volunt confiteri, & in hoc confessarii regulares differunt à confessariis non regularibus, quibus cum tale privilegium concessum non sit; idcirco non possunt audire forenses, & advenæ, quia non possunt deditâ operâ ad illos accedentes, quia regulares, 6.

res, cum immediatè habeant jurisdictionem à Papa, qui est omnium diocesium ordinarius, sequitur, illos fieri proximè aptos, non solum audiendi subditos Episcopi approbantis, sed etiam quoscumque forenses. Quo jure non possunt gaudere confessarii non regulares, qui per eorum approbationem jurisdictionem recipiunt immediatè ab Episcopo, qui subicit illis tantum proprios subditos, & non forenses, cum de illis, qui foris sunt, curam habere non debeat; & licet in *Clementina dudum* Papa illos pres fecerit quoad potestatem absolvendi à peccatis à jure utrisque concessam, in ordine tamen ad personas Papa indulget regularibus, quod possint audire confessiones quorumcumque volentium sibi confiteri, quod nullibi conceditur curatis. *Bordonus resoluit. 6. q. 3. n. 3. c. 4. & resoluit. 36. q. 5. n. 3. §. septima. Rodrig. 9. 59. art. 1. ad finem cum suo compend. resoluit. 32. num. 2.* Audire autem confessiones aliorum regularium, sive suar, sive alterius religionis, non possunt ex vi prædictæ concessionis, nisi religiosi, qui volunt audiri in confessione, licentiam habeant suorum Superiorum: quia Confessores religiosorum solum sunt prælati ipsorum, sive ab eis delegati: unde non comprehenduntur in illa generali concessione, quia non est credendum, Pontifices concessisse hoc privilegium alicui religioni cum præjudicio prælatorum alterius, *Sylvester. verbo Confess. 2. num. 6. Lezana cap. 19. 1. part. n. 11.*

VI. Ap<sup>ta</sup>



VI. Approbatio pro Confessariis requiritur non est perpetua, sed semel approbati ab uno Episcopo possunt à successore iterum examinari & approbari, vel reprobari.

VII. Hæc verò approbatio Confessariorum regularium potest ab Ordinariis, iuste, & rationabili causa subsistente, restringi & limitari ad certum tempus, locum & personas, quia in determinatur in *Clement. dudum de sepulchris*. Nec revocatum fuit per Concil. Trident. *Sess. 4. tom. in 3. part. disp. 28. sect. 7. dub. 6.*

VIII. Confessarii regulares, semel ab Ordinario liberè approbati, non possunt ab ipso suspendi ab audiendis confessionibus, nisi in nova causa eaque ad confessiones ipsas pertinente. Similiter nec possunt omnes Confessarii unius conventus simul privari ab Ordinariis facultate audiendi confessiones, ita est fuit determinatum à sacra Congregatione Novembris, cujus decretum refert *Peyrinus tom. 3. de privilegiis, in constit. 2. Sixti IV. num. 45. & Gavantus in manual. Episc. Confessarius, num. 23. & 24.* Quod si hoc decretum Confessarii regulares suspenduntur ab audiendis confessionibus, excedunt hoc casu Episcopi limites suæ authoritatis *Peyrinis sup.*

IX. Approbati regulares possunt sine licentia parochi audire confessiones infirmorum eorum domibus, relinquentes tamen fidem

parcho, quòd tales infirmi confessi fuerint; *Gavantius in manuali Episcop. verbo confessarius n. 12. & seqq.* Et in articulo mortis quilibet sacerdos, etiam non regularis à quovis peccato & censura potest absolvere, *Concil. Trid. sess. 14. cap. 7.* In presentia tamen parochi debet confessarius abstinere ab audienda confessione infirmi, quia tunc temporis (præsertim) curatus debet & tenetur agnoscere vultum pecoris sui. *Bordonus part. priori resolutionum, resolut. 6. de confessariis n. 6.*

X. Approbatio confessariorum regularium non expirat per mortem concedentis, quia hæc approbatio conceditur nomine dignitatis, quæ nunquam perit, imò videtur supponi à Sacr. Congreg. dum dicit, *posse iterum examinari,* non tamen dicitur, *debere.* Unde si successor non revocat, approbatio semper tenet. *Navar. cap. placuit de pœnit. dub. 6. n. 151. Suar. lib. de legibus cap. 32. n. 9. & tom. 4. in 3. part. disp. 26. sect. 3. n. 9.* Hæc verò approbatio non requirit, quod detur in scriptis, hoc enim non requirit Concilium, nec est necessarium ad rationem privilegii. *Lezan. c. 19. 1. part. n. 10.*

XI. Notandum, quod regulares etiam approbati ab Episcopis ad audiendas sæcularium confessiones, si contra suorum Superiorum voluntatem confessiones audiant, peccant contra votum obedientiæ, quod, sic faciendo, transgrediuntur. *Navar. in cap. de pœnit. disp. 6. n. 73.*

Validè

Validè tamen absolvunt, quia reverà habent potestatem ordinis & jurisdictionis, si tamen in ordine esset receptum Breve *Julij III.* concessum Generali Prædicatorum, videtur nec validè absolvere, quia in prædicto Brevi (quo possunt uti cum illis communicantes) Pontifex vocavit licentias concessas religionis illius ordinis quas Generalis judicaverit revocandas. *Miranda in manual. tom. 4. q. 45. art. 12.* Minus certum est, Confessarios regulares, ab ordinariis approbatos, rationabili de causa, potest à suis Superioribus reprobari, suspendi & cunctari; quæcumque enim auctoritas regularibus confessariis concessa, semper intelligitur quoad exercitium & usum, pendere à voluntate prælatorum ratione voti obedientiæ. *Sed in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 3. Grassi in conclus. lib. 5. de pœnit. & remiss. consil. 4.* Et possunt eos privare, ita, ut absolutiones sequentes sint nullæ, quia, etsi sint approbati ab ordinariis, non tamen sunt exempti, sed subjecti remanent correctioni suorum Superiorum Provincialium aut Generalium: Atque hanc privationem illis aufertur potestas jurisdictionis, sine qua nulla est absolutio. Rõritur autem ad hoc privatio formalis & simplex prohibitio. *Bordonus resolut. 9.*

XII. Quæritur nunc: an approbatus regularis confessor ab Episcopo & à suis Superioribus expositus solum pro viris, puniri possit?

fœminas audiat tempore Jubilæi? Respondent aliqui, ut *Diana resolut. 93. & ex eo Tamburin. rom. 2. disput. 6. q. 4. & Lezana cap. 19. 1. part. n. 19.* confessarium ab ordinario approbatum pro viris tantum; & non fœminis, posse eligi à fœminis illius diœcesis, habente privilegium virtute Jubilæi ad eligendum confessorem ab ordinario approbatum, cum verè talis confessarius sit approbatus ab ordinario, & favores sint ampliandi. *Henriquez lib. 6. de pœnit. c. 6. n. 8. & lib. 7. cap. 12. Bonacina de lib. pœnit. disput. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 12.* Nec propterea posse confessarium puniri: quia opinio est probabilis, quæ docet, sic limitatè expositos pro confessionibus, posse audire confessiones tempore Jubilæi, non obstante statuto in contrarium. Et hoc sentiunt multi DD. à supradictis citati, quia, cum in eo casu prudenter se gerat confessarius, nulla ratio suadere potest Superiorem posse punire talem confessarium, cum nullo modo peccaverit, & ex amplissima summi Pontificis liberalitate videatur derogatum fuisse statutis regularibus per clausulas; in Bullis Jubilæi apponi solitas, ac quorumcumque Ordinum & Congregationum sive institutorum regularium juramento & confirmatione &c. His tamen non obstantibus, prælatus regularis, juxta sui Ordinis statuta, potest suum subditum regularem ad virorum solum confessiones admittendum punire, & fœminarum confessiones excipiat

cipiatur vigore Jubilæi plenissimi: quia, cum de  
 reat potestate, respectu illarum temerè se expo-  
 nit, nec potest ab illis eligi: Pontifex enim  
 per suum Jubilæum, licet amplissimum, non  
 censetur præjudicare, & maximè statutis reli-  
 gionum, illis verò non censetur derogare, nisi  
 de illis faciat mentionem expressam, *cap. de  
 constitut. in c.* & privilegia in dubio nulli præ-  
 judicant, *l. 1. §. si quis a principe, ff. ne quid  
 loco publ.* licet contineant verba generalia, quæ  
 ita semper sunt explicanda, ut tertio non de-  
 ceant, *Gloss. fin. cap. cum olim de consuetud. de  
 ex tunc de auctorit. cap. licet de off. ordinarij  
 cap. 2. de religios. domibus juncta gloss. fin.* Non  
 Papa umquam intendit juri quæsito alteri  
 rogare, quibuscumque verbis utatur & clau-  
 lis, etiamsi addat, *Ex certa scientia, motu proprio  
 vel de plenitudine potestatis.* At in Jubilæo  
 nulla reperitur clausula derogativa statuto-  
 rum: Præterquam quòd, quæ in Bullis Jubilæo-  
 rum sunt posita, intelliguntur ad favorem penitenti-  
 arum, quibus directè confertur gratia, non in  
 præjudicium confessariis. *Bordonus resolutione 70.*  
 Quod autem non possit eligi à fœminis, præ-  
 judicatur; quia Privilegium datum pro electione  
 confessarii, est intelligendum juxta dispositio-  
 nem juris seu statuti, *l. si quando C. de institutio-  
 ne testament. cap. ex parte de verborum signifi-  
 catione.* Gratia enim facta eligendi confessarii  
 intelligi debet, de approbato & idoneo:

ergo iste non sit approbatus, aut idoneus respectu foeminarum, sine dubio non potest eligi ab illis: Nec dicendum est; Favorabilia esse amplianda, quia hic jus & ratio obstant, & verba in dubio sunt intelligenda simpliciter, & non secundum quid *l. hoc legatum in fine ff. de legatis 3. l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verborum significatione.* Quod item mortaliter peccet confessarius; probatur; quia est transgressor precepti in re gravi & in præjudicium animarum, eo, quod in administratione hujus sacramenti subjiçatur dispositioni suorum Superiorum, ex *Clement. dudum*, illudque sanctè & ritè administrare debeat, & idcirco puniri posse, eùm sit in culpa gravi & transgressor suorum ordinum; quali autem poenâ debeat puniri, certe ad minus suspensione à confessionibus. His positis, non dubitatur de invaliditate absolutionis, quia per Episcopi approbationem religiosus obtinuit solum jurisdictionem erga viros, non autem foeminas: Tum, quia licentiatu s fuit à Superiore pro masculis tantum; & non potuit illi concedere Superior plus, quam illi compete bat: at omne jus, quod habet Episcopus in religiosos quoad factum approbationis, eorum dependet à Superiore: ergo Episcopus non potest approbare præsentatum nisi juxta præsentationis formam, quæ est pro viris & non pro foeminis: Ergo nulla absolutio; Quod factum approbationis dependeat



XIV. Confessarii excommunicati aut suspensi, si sint publici per sententiam (vel per notorietatem facti in casu publicæ percussionis clerici) nec validè, nec licitè absolvere possunt: Et omnes admittunt, propter *Extravagantem Martini V. ad evitenda*, secùs verò, quando tales censuræ sunt occultæ, tunc enim, licet peccent sic faciendo, cum hoc illis prohibeatur, validè tamen absolvunt, eo, quòd pia Mater Ecclesia tunc tribuit jurisdictionem, supplendo defectum illius propter existimationem communem, juxta legem *Barbarius ff. de officio prætoris, Navarrus in manual. cap. 9. n. 7. Lèzan. cap. 19. n. 13. l. part.*

XV. Regularium confessarii primò absolvere possunt ab omnibus casibus, qui summo Pontifici, Episcopis aut aliis Superioribus non sunt reservati, quia, ut habetur in regula juris in *cap. nuper de sent. excommunicationis, & cap. & ff. clerici de judic. quæ specialiter non reservantur, jure concessa censentur. Miranda in Manual. tom. 1. quest. 45. art. 2.* Possunt etiam absolvere ab omni excommunicatione, etiam majori non reservata, quia eo ipso, quòd non reservatur, videtur remitti jurisdictionem habenti: non possunt tamen dispensare in aliqua irregularitate, secluso speciali Privilegio, quod non invenitur alicui religioni concessum respectu sæcularium, quia omnis irregularitas de jure communi solum tollitur Papæ dispensatione.



spensatione, exceptis illis, quæ Episcopis  
 pralatis regularium pro suis subditis con-  
 duntur. *Sylvester verbo dispensatio q. 9. 10. 11.*  
*Suarez 5. tom. de censuris, disp. 41. de*  
*regul. sect. 2. Lezan. c. 19. n. 20. 1. part.*

XVI. Quoad casus autem seu censuras  
 pales seu Papæ aut Sedi Apostolicæ reser-  
 post tempora *Clementis VIII. ex decreto*  
*dem 1601. sub gravissimis pœnis prohibet*  
 omnibus etiam regularibus per universam  
 liam extra Urbem degentibus; ne quis sub  
 textu Privilegiorum indultorum, aut facul-  
 tum &c. possit absolvere ab ullo ex casibus  
 re, aut dubiè in Bulla Cœnæ Domini con-  
 vel aliis quomodocumque Sedi Apostolicæ  
 servatis, aut in futurum reservandis, neque  
 à casibus, quos ordinarii locorum sibi re-  
 verunt, vel reservabunt, sine licentia ab  
 scriptis obtenta, excepto mortis articulo.  
 cretum autem istud fuit moderatum à  
 Congregatione de mandato ejusdem *Cla-*  
*vis VIII. 1602. videlicet, sub ejusdem pro-*  
*sione illos tantum imposterum comprehen-*  
*sus, qui in Bulla Cœnæ Domini continentur*  
*præterea (quinque sequentes casus) videlicet*  
 1<sup>o</sup> Violationis immunitatis Ecclesiarum  
 minis constitut. *Gregor XIV. qua incipit*  
 alias nonnullis. 2<sup>o</sup> Violationis clausu-  
 zialium ad malum finem. 3<sup>o</sup> Provo-  
 aut pugnantium in duello juxta Consilium

& constitut. Gregor. XIII. incipientens, Ad sol-  
 lendum, 4<sup>o</sup>. Injicientium violentas manus in  
 clericos juxta Canon. Si quis suadente 17. q. 4.  
 5<sup>o</sup>. Simonie realis scienter contracta aut confi-  
 dentia beneficalis. Item omnis casus quos sibi  
 Episcopi reservarunt. Quibus omnibus excep-  
 tis, mandat dictum decretum in sua firmitate  
 permanere, sublatâ etiam inhabilitatis pœnâ in  
 eo appositâ, & ex decreto Pauli V. 7. Januar.  
 1617. non solum absolutio à casibus, sed & à  
 censuris fuit prohibita regularibus, in supradic-  
 tis, de quibus sermo supra, videlicet, casibus  
 Bullæ Cœnæ & quinque enumeratis. Unde  
 colligitur, 1<sup>o</sup>, ab aliis casibus seu censuris Sedis  
 Apostolicæ reservatis, præter annumeratos,  
 posse confessarios, qui Privilegio Pauli III. ut-  
 untur, suos pœnitentes absolvere: hoc autem  
 Pauli III. Privileg. referi Peyrinis tom. 2. privi-  
 leg. in constitut. dicti Pauli III. Colligitur 2<sup>o</sup>,  
 posse eosdem confessarios extra Italiam absol-  
 vere ab omnibus casibus Papalibus, à quibus alii  
 absolvere poterant ante illud decretum,  
 quod non se extendit extra universam Italiam,  
 & hoc expressè declaratur à Sacra Congreg. 17.  
 Novembris 1628. ab Urban. VIII. confirmata,  
 in qua dicitur: Ab aliis verò casibus (præter ex-  
 pressos in Bulla Cœnæ & alios ibi, & Episcopis re-  
 servatos,) imò, & censuris Sedis Apostolicæ reser-  
 vatis facultatem hanc extra Italiam non fuisse  
 sublatam per supradicta Clement. VIII. 3. Con-  
 firma-

firmatur, quòd nec intra, nec extra Italiam possunt confessarii regulares absolvere à casibus Bullæ Cœnæ Domini, aut ordinariis reservatis *Lex ana dicto cap. 19. num. 15. 16. & 17.* Concludendum igitur nullum confessorem, etiam regularem, posse absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, quòd clarum est: neque ab illis quibus expressis in decreto Sedi Apostolicæ reservatis neque à casibus quovis modo reservatis locorum ordinariis, quia verè, & de facto omnium regularium privilegia circa hæc fuerunt abscissè revocata, & annullata per tres summos Pontifices *Gregor. XIII. Clem. VIII. & Urban. VIII. Bordonus resolut. 6. à n. 36. ad 45.* ibidem rationem affert. 1<sup>o</sup>. ex fine reservationis, qui fuit, ut Christi Fideles à culpis prioribus se abstinere: illos enim reservatos coërceret & retrahit à peccatis, considerans pro eorum absolutione accedendum esse ad quemlibet confessarium indifferenter, ad majores, quorum accessum formidant, et ita facile in peccatis labuntur. 2<sup>o</sup>. ex periculo, quòd per illa privilegia inferebatur ordinariis locorum, quorum reservatio quædam que reddebatur vana, inutilis, & frustranea eo, quòd omnes recurrebāt ad confessarios privilegiatos, & pro nihilo habebatur reservatum decori & indemnitati provisum fuisse ab usu non parum convenienti confessariis

qui indifferenter sua privilegia nimia liberalitate in poenitentes exercebant, unde illis abutentes meruerunt illis privari, *cap. ubi ista 7. dist. 74. cap. privilegium 60. 11. q. 3.* Ubi gloss. refert diversos modos, quibus privilegium perditur.

XVII. Nomine Ordinarii proprie & communiter intelligitur Episcopus: unde confessorius, approbatus ab ordinario respectu secularium, intelligendus est ille, qui est approbatus ab Episcopo illius loci seu diocesis, in qua est audienda confessio: Et inde sequitur, quod approbatus ab Archiepiscopo Lugdunensi, v. g. non dicitur approbatus ab ordinario vel Archiepiscopo Viennensi, & ita iudicavit sacra Congreg. Respectu vero regularium ordinarius potest intelligi prelati regularis sub benigna nominis ordinarii interpretatione. Quod si additur hæc particula (loci aut locorum) tunc numquam potest interpretari nomine ordinarii prelati regularis.

XVIII. Tenent multi, posse confessarios regulares dispensare cum secularibus sibi confidentibus in votis reservatis Episcopis propter multa privilegia illis concessa ab *Eugenio IV. Innocent. VIII. & Martino V. Rodriguez tom. 1. q. 63. art. 3. Miranda in manual. tom. 1. q. 48. art. 3.* qui hoc limitat *art. 4. ad vota solum iure communi Episcopis reservata.* Verum tamen non bene constat, an hæc privilegia

habeant solidum fundamentum, aut sine vi  
voci oracula: quidquid sit, habent hanc limi  
tationem, quod prædicti regulares non possunt  
uti hac concessione, nisi in suis ecclesiis, & con  
alibi, ut bene advertit *Rodriguez, sup. & Casp.*  
*vrbius in compend. privilegiorum Mendic. ver*  
*bo absolutio quoad saculares 2 n. 16. & limi*  
*tatur etiam ad tres aut quatuor confessarios tan*  
*tum. Vide Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 8. n. 1.*  
*S. 4. Lexana, cap. 19. 1. part. n. 22.*

XIX. Confessarii regulares confessiones sa  
cularium audientes, tenentur absolvere, et  
etiam à reservatis, si ad id facultatem habeant  
nisi forte propter justam aut legitimam causam  
eos ad Superiores suos remittere sit convenien  
tius, quia, licet unusquisque possit renuntiare  
proprio privilegio, id tamen facere non potest  
in casu, quo id vergit in damnum & præjudi  
cium alterius, prout in proposito contingit  
*Henriquez c. 28. lib. 7. de indulgent. c. 28. n. 1.*

XX. Prælati regulares nullatenus possunt  
absolvere suos subditos à casibus Bullæ Cœ  
Dòmini pro quovis foro, quia hi casus expressè  
& distinctè non exprimuntur in eorum privile  
legiis, & Bulla Cœnæ est tantæ authoritatis  
efficaciæ, ut illi non derogetur sine speciali  
ius mentione. *Bordon resolut. 3. q. 2. n. 4.*  
que hoc possunt prælati regulares ex vi iuris  
còmmunis, quia nullus inferior potest contra  
voluntatem summi Pontificis suam iuris  
dicere

ditionem exercere, neque etiam ex vi facultatis concessa Episcopis à *Concil. Trident. sess. 24. cap. 6.* extensa postea à Pio V. ad prælatos ordinis Prædicatorum, eo, quod talis facultas revocatur omni anno per Bullam Cœnæ Domini. *Sanchez lib. 2. decalog. cap. 11. n. 17. Suarez 4. tom. de religione tract. 8. lib. 2. cap. 20. n. 10. Lexana cap. 18. 1. part. n. 31. & n. 38.* Videtur, quæ diximus n. 16. præcedenti, in fine.

XXI. Regulares possunt commutare vota, quæ propriè Episcopalia sunt, in omnibus casibus, in quibus eis licet votorum Episcopis servatorum dispensatio; modo votorum commutatio in alterius præjudicium non fiat, & in alia pietatis opera talia vota commutentur, quia per hanc voti commutationem obligatio voti non tollitur, sed & aliam materiam transfertur. *Cajetan. 2. 2. q. 88. art. 10. notab. 1.* Et probatur, quia omne votum proprio arbitrio factum commutari potest in id, quod spectatis omnibus manifestè melius & præstantius est. Est enim communior D.D. sententia apud *Sanchez lib. 4. moral. cap. 49. n. 4. Suarez lib. 6. cap. 18. n. 4.* Promissum enim non infringit, si illud in melius convertit; constat enim, quod, quanto melius & præstantius est opus, tantò est Deo gratius & acceptius: igitur qui opus promissum in melius commutat, is obligationi suæ abundantius satisfacit. Unde commutatio in æquale fieri non potest, nisi auctori.

toritate praelati, puta Episcopi, vel Papæ, vel  
 ejus, qui ab ipsis commissionem seu delegatio-  
 nem habet. *Layman, lib. 4. tract. 4. cap. 8. n.*  
*18 & q. 1. n. 19.* Non autem vota Papæ refer-  
 vata, veluti votum religionis, peregrinationis  
 ad Romam, aut Hierosolymam, vel Compostel-  
 lam *ex extravagant.* Et si Dominici 2. de penit.  
 & remiss. quia nec dispensari, nec commutari  
 possunt à confessariis, eo, quod nullum extra  
 privilegium neque pro iis, quæ Papalia sunt  
 id est, quæ per accidens tantum ob urgentes  
 necessitatem, & moralem impotentiam adve-  
 di Papam, ad Episcopos, tanquam ordinarios  
 post Papam Pastores, devolvuntur, sicut docet  
*Rodericus tom. 1. qq. regularium q. 51. art. 1.*  
 & *Miranda in manuali pralat. tom. 1. quest. 4.*  
 & alii *Layman. sup.*

XXII. Quæritur, an confessarius possit  
 debeat reum juridicè interrogatum absol-  
 qui non vult crimen confiteri. Resp. cum  
*Th. quest. 69. art. 1. & Cajetano ibid. sententia*  
 tiam approbatione digniorem, & communi-  
 rem esse in praxi sequendam, scilicet reum  
 neri, quæcumque pœna imminet, judici ju-  
 dicè interroganti confiteri veritatem, sub  
 tali: quilibet enim obedire tenetur Superi-  
 legitimè interroganti & præcipienti, & n-  
 diffitens peccat mortaliter, quia ei non licet  
 ridicè interrogato diffiteri: unde confessarius  
 illum sic malè affectum absolvere non pot-

nec debet, utpote indignum: nam ut habetur Ecclesiastici 24. *Pro anima sua nemo debet confundi dicere veritatem.* Dicunt tamen *Panormitanus*, in cap. *cum super*, de confess. *Sylvest.* verbo *confessio delicti*, q. 1. *Angelus* eodem verbo num. 2. juridicè interrogatum, non peccare plusquam venialiter, si crimen neget, quando pœnâ temporali est plectendus; peccare verò mortaliter, si pœna spiritualis sit illi infligenda, ut v. g. excommunicatio. Debet igitur confessorius reum, crimen suum coram iudice confiteri renuentem, exhortari, & operam adhibere, quoad poterit, ut reus crimen manifestet. Sed si hoc illi non valet persuadere non absolvat; licet *Lessius* lib. 2. cap. 21. dub. 2. dicat, reum nihilominus esse absolvendum, eo, quod iudicat illum probabiliter non peccare mortaliter. 1<sup>o</sup>. quia secundum *Panormit.* & *Angelum* sup. citat. reus ab hac obligatione eximitur, si spes affulgeat posse diffitendo, condemnationem evadere: videtur enim (inquit) eum qui sperat evadere gravis pœnæ, aut mortis condemnationem, sua confessione illi addicere. 2<sup>o</sup>. si nemo ad testimonium contra sanguineum ferendum cogi potest. l. 4. de testibus. Ergo multò magis contra se ipsum, 3<sup>o</sup>. neque quis tenetur contra alium testificari, si ex hoc incubat ei aut suis grave damnum: at reus certus est extremi mali, si is fatetur crimen: ergo non tenetur; idem *Lessius* lib. 2. cap.



cap. 30. dub. 6. n. 6. 4<sup>o</sup>. lex nimis grava, C. de  
 estibus, decernit, neminem teneri contra se ex-  
 hibere id, per quod sibi negotium fiat: nihil  
 autem durius esse potest, quam ut qui aliunde  
 sperat evadere incolumis, cogatur arma iudicis  
 proferre quibus eum jugulet. 5<sup>o</sup>. Est receptis-  
 sima & communis DD. consensus, reum crimi-  
 nis, sive ante, sive post condemnationem capi-  
 talem, posse de carcere effugere, & ita se subtra-  
 here condemnationi: Et hoc docet D. Thom.  
 2. 2. q. 67. art. 4. Cajetan. ibid. Sotus lib. 5. de  
 just. q. 6. art. 4. Less. lib. 1. cap. dub. 5. Ergo  
 multo magis licitum erit reo apud iudicem  
 men inficiari, eodem modo, quo posset, si iudicem  
 dicere non interrogaretur, cum agatur de pe-  
 supplicio vitando. Hæc Lessius. Verum op-  
 posita sententia certior est & sequenda.

XXIII. Possunt confessarii regulares ordi-  
 Prædicatorum & Minorum, & cum ipsis con-  
 municantium in privilegiis, semel in vita  
 solvere plenarie religiosos tui ordinis ex privi-  
 legio Sixti IV. quod refert Casarubius in  
 pendio privilegiorum Mendicant. Verbo abso-  
 luto extraordinaria quoad fratres n. 6. de pe-  
 denter tamen à voluntate Superiorum & ali-  
 aliter. In articulo etiam mortis id possunt  
 tute ejusdem privilegii: peccata autem vicia  
 dicti privilegii in articulo mortis confessari  
 absoluta, etiamsi sint reservata, non teneantur  
 iterum infirmus confiteri si non moriatur.

quo differt hic modus absolutionis per ista privilegia in articulo mortis, ab eo; qui fieret à quocumque sacerdote seu confessario illa non habente. *Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. Lexanã sap. 19. l. part. n. 27. & 28.*

XXIV. Nullus, cujuscumque sit ordinis, potest sibi eligere confessarium præter designatos & approbatos à prælatis suæ religionis, quia absolutio est actus jurisdictionis, sine quo non potest exerceri: hanc autem jurisdictionem non habet ex vi suæ ordinationis, ratione cujus habet tantum potestatem ordinis, sed hanc acquirit ex licentia & approbatione sui Superioris. Unde unaquæque religio designat suis subditis proprios confessarios, & habet sua statuta, per quæ religiosi debent confiteri suis prælatis vel sacerdotibus ab illis deputatis, *Extravag. inter cunctas de privileg.* Et summi Pontificis intentio est, ut regulares quoad sacramentum poenitentiae remaneant subjecti dispositioni suorum prælatorum. *Pius V. constitut. 12. Romani Pontificis Clem. VIII. constit. 64. Romani Pontificis Urban. VIII. constitutione in specula militantis.* Illa autem designatio, approbatio, seu licentia est facultas jurisdictionis delegatæ, qua confessarius potest audire confessiones religiosorum sibi à prælato designatorum. Hæc delegatio verò est duplex: 1<sup>o</sup>. quando prælatus jubet vel committit ad audiendas confessiones fratrum; & dicitur communiter jurisdictione dele-

delegata. 2º. quando pœnitenti immediate facultas conceditur, & fit gratia, ut eligat sibi confessarium: Et hæc dicitur delegata jurisdictione mediata perviam electionis: Et quando hæc delegatio fit à Generali simpliciter absque limitatione, tunc confessarius potest audire quoscumque religiosos Generali subiectos, sive in suo conventu, sive etiam in omnibus aliis etiam si sit in illis advena, aut per modum transseuntis: Et sic dicendum de Provinciali & Prioribus, qui non dant licentiam extra suos limites *Bordonus resol. 4. n. 1. & seq.* Admissum tamen à Provinciali tantum vel à Superiore locali, possunt audire confessiones eorum, qui non sunt de familia, vel etiam advenarum, non ex vi delegationis, quam habent à proprio Superiore, sed ex vi electionis quam Pontifex, aut Superior, ex licentia, quam fecit ad peregrinandum, dedit saltem præsumptivè & tacite conferendum cum sacerdote sui ordinis in monasterium, ubi reperitur. Vide *Rodrig. 1. q. 21. art. 3. Bordon. citat. n. 6.*

XXV. Confessarii regularium possunt religiosos absolvere à casibus reservatis prelati regularium, si ad id faciendum facultatem habeant. Unde, si quis à Generali habet auctoritatem absolventi à reservatis pro toto ordine, absolvere potest ab illis omnes fratres ordinis; & si habet illam à solo Provinciali, absolvere potest omnes fratres provinciæ; & qui à Priore locali

Omn  
99.  
2. di  
4. qu  
fellar  
de &  
neru  
tione  
inter  
operã  
tare  
tis, h  
& con  
contra  
Lex  
Quod  
alteri  
tenu  
possit  
design  
confite  
ut grav  
pollin  
latus g  
Suarez  
Peyrini  
24. Si  
in aliqu  
laris co  
vendun  
omn

omnes fratres illius Conventus. *Rodrig tom. 1. q. 9. regul. q. 21. art. 3. Vincentius Candidus tom. 2. disquisition. moral. disquisit. 4. art. 57. dub. 4.* qui etiam dicit *dub. 6.* posse prædictos confessarios absolvere etiam hospites, qui bona fide & ad aliquod negotium peragendum advenerunt, quia casus reservati cessant per mutationem domicilii vel quasi domicilii, præsertim inter regulares. Dixi (bona fide,) quia, si datâ operâ quis veniret eo solo fine, ut proprium vitaret Superiorem, non posset absolvi à reservatis, hoc enim fieret in fraudem reservationis, & contra intentionem prælatorum, & aliquid contrarium bono communi ipsius religionis. *Lexana, verbo confessarius regularis, num. 19.* Quod si subditus, habens casus reservatos, perit alteri confiteri, quàm deputatis à Prælato, non tenetur Superior illi facultatem concedere, ut possit confiteri cuicumque voluerit, sed potest designare aliquem, vel aliquos, quibus solum confiteatur, reservatio enim casuum ad hoc fit, ut graviora delicta gravius corripi, & melius possint emendari: & ad hoc requiritur, ut Prælati graviore & doctiores personas eligat. *Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 30. sect. 4. n. 11. Peyrinis tom. 1. privileg. in constit. 2. Julij II. §. 24.* Si verò pœnitens pro secunda vel 3. vice in aliquem casum reservatum incidit, & prælati confessario petenti licentiam ad absolvendum dare noluerit, si pœnitens habeat necessita-

cessitatem celebrandi vel communicandi, quibusdam volunt, habità contritione, posse celebrare vel communicare, non præmissa confessione, tanquam is, qui non habet copiam confessionis, hocque est admittendum, quando timet, quod prælatus abuteretur confessionis scientia, & quando timet aliquod malum ex sigilli fractione, non autem quando ob verecundiam, & roborem non vult confiteri prælato, quia in primo casu habet sufficientem excusationem, non in secundo: Imò in prædicto casu potest, & debet confiteri alicui confessario, confitendo illi aliqua peccata non reservata, & sic celebrare, quia tunc confessarius poterit illum absolvi ab omnibus non reservatis directe, à reservatione verò indirectè, cum onere tamen confessionis postea reservata cuicumque confessario habenti facultatem absolviendi directe à reservatione. *Tolet. lib. 3. summ. c. 13. n. 8. Suar. 4. tom. de oblig. tract. 8. lib. 2. cap. 13. Lez. c. 18. 1. part. n. 17. & c. 19. eiusd. n. 37.*

XXVI. Queritur, utrum liceat confiteri absque peccato absolvere aliquem indignum mortem sibi comminantem nisi absolvat? Respondetur spondeo contra Bonacinam, & alios; quod licet, non licere, quia metus mortis non excusat, in his, quæ sunt intrinsecè mala, & nulli circumstantiâ possunt cohonestari, & fieri licita, & in hoc casu confessarius non habet obligationem tuendi vitam propriam, verum potest

mittendi sui ipsius mortem, ut peccatum evitet, & magnum meritum est mori, ne injuria fiat sacramento.

XXVII. Excusabitur verò à peccato, si fingat absolvere, non proferendo tamen formam essentialem, quia fingere propter causam rationabilem nullum est peccatum, juxta illud Jesu Christi, *Finxit se longius ire*, quia tunc nec verba absolutionis profert, neq; ullo modo absolvere intendit, sed tantum purè & simpliciter periculum mortis effugere.

XXVIII. Si verò confessarius verba formæ essentialis profert, quamvis intentionem non habeat absolvendi indignum, tamen non excusatur à sacrilegio, quia hæc absolutio attentat irritum facere sacramentum, & illud irreverenter & imprudenter dispensat contra divinum præceptum naturale, quo præcipitur, ut dispensator Domini sui debeat se prudenter & fideliter gerere. *Becan. cap. 5. quest. 8. num. 2. & 4. Suarez de Eucharistia disput. 67. sect. 1. ad finem §. ex quibus. Bordon. resolut. 56. quest. 4. numer. 11. ad 14.*

XXIX. Confessarius imponens pœnam levem, aut parvam pœnitentiam pœnitentibus pro gravioribus & magnis peccatis sine causa, & pro mero suæ voluntatis arbitrio, nullam facièndo differentiam inter peccata levia & gravia, sine dubio peccat mortaliter, & hoc deduci videtur ex *Concil. Trident. sess. 14. cap. 8. his*  
P  
verbis;

verbis: Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggerit, pro qualitate criminum, & poenitentium facultate, convenientes satisfactiones injungere, ne, si forte poenitentis conniveant, & indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravibus delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Quia vere imprudenter levem satisfactionem imponendo pro gravibus culpis. Est que communis DD. opinio. *dominus resolut. 70. n. 15.*

XXX. Quæritur, an confessarius, cui poenitens non restituit illud, quod restitui tenebatur, teneatur ipse restituere, vel quod monuit, aut non adstrinxit poenitentem, quod multi affirmant absolute, quod confessario incumbit poenitentem de hoc admittendo alioquin peccare contra suum officium, & spondetur, confessarium, cui ex officio incumbit cura animarum, ut sunt parochus, & hanc curam habentes, teneri ad restitutionem non autem alij, quibus hæc cura non incumbit. Sunt qui negant de quocumque confessario etiam paracho, teneri restituere, si non adstrinxerint; omnes tamen conveniunt, quod confessarios teneri ad restitutionem, non tamquam non restituendi suo influxu dederint, dissuadendo vel malè consulendo. *Leff. 2. cap. 23. dub. 10. numer. 77. & 78. Bonac. tractat. de restitut. in gen. dispus. 1. quæst. 1. in cap. 2.*

Ratio est, quia nullus confessarius tenetur ex officio & iustitia prospicere bonis aliorum temporalibus, sed solum spirituali bono sui pœnitentis: Unde, licet confessarius non admonendo peccet contra proprium officium, non tamen peccat contra officium per ordinem ad eos, quibus est restitutio facienda, sed per ordinem ad spirituale pœnitentis bonum: ergo ex hac omissione, licet culpabili, non oritur obligatio ad restituendum: obligatio enim, qua ex lege iustitiæ obstricti sunt populo, est tantum in ordine ad spiritualia: Et colligitur ex *D Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. ad 3.* neminem ratione damni non impediti teneri ad restitutionem, nisi obligetur ex officio ad illud impediendum. *Cabassius lib. 6. cap. 13. n. 11. Suarez tom. 4. disp. 32. sect. 6. & Bordonus resol. 9. q. 1. n. 32.*

XXXI. Difficultas (inter multos) satis celebris proponitur, utrum confessarius in conscientia teneatur absolutionem dare illi, qui voluit confiteri, sed amissa loquelâ, aut mente, vel sensibus repente fuerit destitutus, ita ut adveniente confessario non possit amplius confiteri? Resp. Aliqui negant posse absolvi, ut *Sotus in 4. distinct. 18. q. 2. art. 5. Lopez 1. part. cap. 18. & alii.* Contrâ, absolvi posse, affirmant *Sanctus Antonius. 3. part. titul. 10. cap. 2. circa medium. Sylvester verbo confessio 3. q. 3. Navarra cap. 26. n. 27. Bellarmin. lib. 2. de pœnitent. cap. 7.*





cap. 7. ad finem. Suarez de pœnit. disp. 23. s. 1.  
 I. n. 5. Bonacina de pœnit. disput. 5. q. 5. s. 1.  
 punct. 1. n. 7. & alii. Ratio est, quia impos-  
 titia dispensat ab integritate materiali confes-  
 nis, hic autem æger confessus est ut potius  
 genere se habere peccata, & de his signa deli-  
 ctis exhibuit dum confessarium petiit. Postea  
 ergo confessarii adveniens intentione, & tractu  
 absolutionis, validum est Sacramentum. Et  
 generica illa accusatio per signa precedens  
 ægroti, qui mox loquelam aut sensum agni-  
 scit, cum sit materia sufficiens ad absolutionem  
 tuit & debuit absolvi in conscientia; necesse  
 est tamen sub conditione. Ita Concil. Carthagen-  
 sium quartum, cui Sanctus P. Augustinus in  
 canon. 7. & Arausicanum primum canon. 11.  
 verbis: *Subito obmutescens, prout statim  
 baptisari aut pœnitentiam accipere potest, si  
 luntatis præterita testimonium aliorum  
 habet, aut præsentis in suo nutu;* Licet enim  
 non solum agnoscatur ut peccator, tamen ille  
 sed agnoscitur ut peccator se accusans per  
 titionem confessarii, aut per signa conscientie  
 vel præsentia, vel attestata à circumstantibus.  
 Verum, ubi nulla moraliter signa proxima  
 cesserunt petitiæ confessionis aut conscientie  
 neque à confessario perspecta, neque à circum-  
 stantibus attestata, nullatenus debet impedi  
 absolutio, quia tunc nulla profus exi-

sacramenti materia. *Bonacina supra citatus, n. 10. Cabassut, lib. 3. c. 11. n. 7. & seq.*

XXXII. Licitum est confessariis regularibus elemosynas, à pœnitentibus datas, & spontè oblatas, recipere, non ratione confessionis, nec absolutionis, sed per modum simplicis elemosynæ: in hoc enim nulla deformitas reperitur, quin potius rationi consentaneum est, ut, quàm in sacrario operatur, quæ de sacrario sunt, edat, ut inquit Apostol. 1. Corinthior. 9. *Laur. de Peccatis rom. 1. de subd. q. 1. de obed. cap. 11.* Injungere verò Missas pro pœnitentia, licet res appareat in differens; fieri tamen non decet à confessariis, ne suspicetur pœnitens ex avaritia injunctam fuisse sibi hanc pœnitentiam. *Lex. c. 19. 1. part. n. 39.*

XXXIII. Quicumque verò pro sacramentorum administratione, pretium aliquod recipiunt sunt simoniaci. *c. cum in Ecclesia, c. non satis de simonia. D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. Sylvestri verbo simonia, n. 8.* Et licet in jure specialis pœna non sit illis designata, generales tamen pœnas simoniacorum incurrunt & deponuntur, *cap. sicut de simonia.* Simonia autem committitur dando vel accipiendo pecuniam pro levi pœnitentia injungenda in sacramento confessionis, nam impositio pœnitentiæ est actus clavium. *Bonacina de simonia, q. 4. §. 16. n. 5. Lex ana citatus supra n. 40.*

XXXIV. Confessarius tenetur ex rituali

P 3

Pauli

Pauli V. post absolutionem sacramentalem adhibere orationem deprecatoriam sequentem *Passio Domini nostri Jesu Christi, &c.* Et, qui ea obmittit sine causa, peccat saltem venialiter, cum sit de præcepto à Papa addita, ut dicitur pro pœnitente, & per eam admoneatur bona opera facere, & malum aliquod sustinere patienter; quæ si fecerit & sustinuerit, iudicatur non habi- tum esse remissionem peccatorum, quæ ad pœnam: igitur hæc oratio prodest pœnitenti, & nullo modo confessario, ut non excuset à peccato mortali, quando levem pœnitentiam pro gravioribus peccatis imponit de quo, §. 29. præcedenti tractavimus. Quæ illius orationis recitatio non est medium aptum neq; ordinatum ad excusandum à peccato mortali, quod committitur à confessario prudenter injungendo pœnitentiã levem pro gravioribus peccatis: neque hoc potest colligi seu ex contextu verborum, seu intentione ecclesiæ *Bordon. resolut. 70. part. 2. resolutio 9. §. 13.*

XXXV. Confessarius nullo modo imponere potest pœnitenti pro satisfactione, ut recipiat aliquod officium, vel aliquam orationem in animabus Purgatorii sub titulo satisfactionis & pœnitentiæ, quia opus satisfactorium est sacramento pœnitentiæ præcisè institutum pro delendis pœnis debitis pro culpis de peccatis jam remissis: Et hoc ex primaria intentione

tionem Domini nostri Jesu Christi, & non ad alium finem, quam intentum à Domino Jesu Christo, quia Sacramentum tantum prodest recipienti & non alteri. Tum, quia confessorius non habet aliud jus super poenitentem, nisi in ordine ad salutem ejus animæ: ergo illi non potest præcipere, ut orationibus impositis loco poenitentiae satisfaciat & profit aliis; neque poenitens, quatenus poenitens est, simpliciter habet debitum orandi pro mortuis hinc & nunc: ergo neque à confessorio cogi potest, in tantum enim poenitens subditur confessorio, quatenus poenitens est, sub ratione autem poenitentis nihil debet mortuis, sed tantum sibi ipsi; consequenter confessorius in poenitentia injungenda non potest recedere à natura Sacramenti, cujus finis est, ut totum opus, tam ex parte operati, quam operantis, solum profit ipsi poenitenti; opus enim operantis tanquam quid minoris conditionis, uti accessorium, dependet ab opere operato, & per ipsum regulatur: ergo soli poenitenti potest prodesse, sicut opus operatum. *Bordon. ref. 70. q. 4. n. 16.*

XXXVI. Confessorius, qui tota die occupatus fuit in confessionibus audiendis, non est propterea exemptus ab officii sui recitatione, maxime autem regularis, qui voluntarie, & ex charitate operatur: nam ad officium tenetur ex debito, & nequaquam ad confessiones audiendas, cum illud sit voluntarium. Deinde

Sacramentum pœnitentiæ de die administratur, nec expedit de nocte illud exercere: igitur de nocte adest tempus sufficiens recitandi officium, cum nulla sit obligatio continendi tota die in hoc ministerio, & habeat horas opportunas ad corpus reficiendum, quare horam non inveniet ad recreandam animam per recitationem officii? Sed de concionatore videtur loquendum aliter, si quotidianus sit, ut in Quadragesima, & ad improvisam concionem utatur, ne geatur sine temporis mora.

XXXVII. Quæritur, utrum confessorius, à suo prælato obtinuit facultatem absolventis pœnitentem à sodomia passiva, si pœnitentem subjungat, se etiam partes egisse agentis in peccato, possit eum absolvere ab utraque, in virtute prioris licentiæ obtentæ in ordine ad passivam? & dico quod non, quia limitata facultas limitatum producit effectum, ex vulgaribus, & uno concessio, censetur negatum aliorum. *cap. qualis 4. dist. 25. gloss. verbo negatio cap. de præsumptio.* Tùm, quia concessio specialis strictè est interpretanda. *l. 1. C. de præmissis.* Ergo pro uno peccato concessio debet extendi ad aliud peccatum, & qui sentit, errare non potest. Nec dicas, confessorium posse absolvere pœnitentem ab utraque virtute primariæ facultatis, eo, quod supponatur prælati intentionem fuisse, ut pœnitens absolveretur etiam à reliquis reservatis, cum in

dine ad absolutionem peccata omnia sint essentialiter connexa, quoad sui destructionem, & sic debere intelligi, quod supra dictum est, quod uno concessio censetur negatum alterum, quando [scilicet] non habent connexionem ad invicem, quia concessio uno censetur reliqua concessa, sine quibus expleri non potest illud. *cap. praterea, de offic. delegat.* Sed (dicit) Confessarius non potest absolvere poenitentem, si facultas interpretetur ita strictè ut fuit petita: ergo ut aliquid operetur, intelligenda est habere effectum quoad utrumque casum, quia facultas adhuc remanet intra suos limites, & strictè interpretatur, cum restringitur ad idem peccatum specie, licet numero duplex, quod extra speciem suam non vagatur. Esto, volo credere istam opinionem esse aliquo modo probabilem: Tamen ubi agitur de re adeo gravissima, utpote de salutis poenitentis, dico, quod magnum periculum est eligere probabilem opinionem, & relinquere probabiliorem opinionem & tutiorem, & maximè certam; Atqui prima opinio certior est & tutior, asserens debere facultatem peti pro utraque, nec posse poenitentem absolvi virtute primariæ facultatis: ergo absolute sequenda. Totum hoc confirmatur, quia in confessione non sufficit dicere se commississe peccatum Sodomie, non explicando activam & passivam, quæ sunt circumstantiæ aggravantes: ergo qui petiit facultatem

cultatem absolventi ab activa, absolute non  
petit absolutionem a toto peccato secundum  
substantiam; & consequenter ab utraque non  
petit absolvi.

XXXVIII. Confessarius regularis audiens  
confessiones sine ordinarii facultate, præter  
quam quod confessio est nulla ex *Coment. Trid.*  
committit crimen depositione dignum, *cap.*  
*placuit, de pœnit. disp. 6. Rodríguez tom. 1.*  
*q. 37. art. 1.* Regularis etiam audiens sine  
Superioris licentia, præter particulares pœnitentias  
in statutis religionis designatas, gravissimum  
obedientium pœnâ est plectendus. *Sorus tom. 1.*  
*dist. 18. q. 4. art. 3. Rodrig. supra, quia licentia*  
*Superiorum semper fuit necessaria regula-*  
*ribus ad audiendas confessiones, ut patet*  
*Clement. dudum de sepult. Lexana cap. 1. q. 1.*  
*part. n. 41. & verbo confessarius, n. 2.*

XXXIX. Secretum confessionis detegere  
olim perpetuo depositus, omnibus diebus  
sua ignominiosè peregrinari cogebatur, *cap.*  
*sacerdos de pœnit. dist. 6. Hodie vero ex Co-*  
*cil. generali sub Innocent. III. perpetuo de-*  
*pendendus est, & ne in ordinis sacerdotalis legi-*  
*miniam, peregrini vagentur, in arctum muni-*  
*sterium detrudi præcipiuntur, ut ibi usque ad*  
*mortem agant pœnitentiam, Narrois tom. 1.*  
*cap. Sacerdos, num. final. Alavet lib. 1. dist.*  
*discipl. cap. 19. n. 2. Barbosa de offic. pœnit.*  
*cap. 19. n. 55. Non tamen hujusmodi*

notes sunt irregulares. Suarez. 4. tom. in 3. part. diff. 32. sect. 8. Aldrete sup. n. 3. Lezana sup. n. 42. Secretum igitur violans non solum peccat mortaliter, sed sacrilegium committit contra jus naturale, quia jure naturæ tenemur custodire famam proximi, & secretum occultum tenere jure divino, quia confessarius vices Dei gerit, qui peccata regit jure ecclesiastico, cap. omnis 12. de pœnit. & cap. Sacerdos sup. de pœnit. Hoc peccatum est contra justitiam, quia lædit famam proximi, & contra religionem, quia infert injuriam sacramento. Vide Bordonum resolut. 7. q. 11. n. 30.

XL. Absolventes à casibus in Bulla Cœnæ Domini contentis, & potestatem non habentes excommunicationis sententia innodantur in prædicta Bulla §. 23. Et religiosi præsumentes absolvere excommunicatos à canone, nisi in casibus à jure expressis aut gratia sedis Apostolicæ concessis; vel excommunicatos à sententiis per statuta provincialia vel synodalia, sunt ipso facto excommunicati, & absolutio Papæ reservatur, ut habetur in Clementina de privilegiis cap. religiosi D. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 54. Cajetan. in summ. tit. excomm. cap. 64. Religiosi verò absolventes ab excommunicatione, lata ab homine, non incurrunt in excommunicationem, nisi talis excommunicatio sit lata etiam contra absolventes: peccant tamen mortaliter & invalidè absolvunt: igitur con-



concludendum, certam esse DD. sententiam quòd nullus confessarius, sive regularis, sive secularis, vel ex se, vel ex electione, potest absolvere seculares à casibus Papalibus aut Episcopalibus, ita quod præsumentes absolvere incurrunt excommunicationem, & privationem officiorum, & beneficiorum ac dignitatum cum inhabilitate ad quæcumque officia & dignitates in posterum obtinendas ipso facto incurrendâ absque alia declaratione cum inhabilitate attentatarum absolutionum, omnibus in Apostolicæ reservatis. *Bordonus resolut. 6. lib. 42. Lezana cap. 19. 1. part. num. 43.*

XLI. Quæritur, utrum Episcopus possit reservare omnes excommunicationes communis nulli reservatas? Et dico, Episcopum licitè & validè posse sibi reservare omnes excommunicationes, quia habet amplam potestatem sibi reservandi quoscumque casus peccatorum & censurarum, neque sequitur excommunicationem & non in destructionem animarum. Quòd si dicas cum *Suarez & Megalio, lib. 1. de pœnit. cap. 11. num. 5. & 9.* sacram. Congreg. monuisse Archiepiscopum Neapolitanum promiscuè sibi reservaret illas excommunicationes, quæ in jure communi nulli sunt reservatæ. Verum est, quod sac. Congreg. prohibuit Episcopos, non tamen prohibuit Episcopos talium reservationem; Et ad rationem

Megalii, quod non potest Episcopus omnia peccata sibi reservare, quia esset privare & annullare confessarios sine causa rationabili: potest tamen omnes excommunicationes reservare, quia per hanc reservationem non auferitur illis penitus potestas jurisdictionis, ac proinde non sequitur, quod non possit reservare excommunicationes, nec propterea confessarii privantur facultate, quam habent à jure communi, *cap. nuper, ut sentit. idem Megal. de cens. lib. I. cap. 7. n. 36.* Quia illa juris concessio semper intelligitur dependenter à voluntate Episcopi respectu confessarii. *Bordon. resol. 6. num. 17.*

XLII. Reservatio incertorum, quæ sæpè fit ab aliquibus Episcopis, non afficit confessarios regulares; habent enim privilegia disponendi cum suis penitentibus de incertis, etiam ad usus monasterii, & Ecclesiæ: bona autem incerta sunt illa, quæ habent proprium dominum, sed post diligentem inquisitionem adhuc ignoratur. Ita omnes, & cum illis, *Sorus, l. 4. q. 7. art. I. col. 6.* Pœnitens igitur juxta consilium confessarii restituendo vel donando religioni illa incerta, non peccat, nec ullam incurrit Episcopi reservationem, quæ sine peccato mortali incurri non potest. Præterea confessarius potest absolvere pœnitentem, quoties de factò restituit incerta pauperibus, quo nomine venit religio, cum sit fundata in paupertate & sit verè pauper.

pauper. Sanchez lib. 6. cap. 11. n. 59. Eadem  
tem intelliguntur, modò illi, quibus restituendum  
esset, nesciantur vel non inveniuntur,  
alioquin proximo magna fieret injuria. *Bor-*  
*donus resolut. 6. n. 18.*

XLIII. Non debet Episcopus sibi reservare  
plures casus respectu regularium, quàm le-  
gularium, tum, quia diversitas circa eandem res  
inducenda non est, *l. eum. qui ades ff. de usufructu*  
Ergo neque circa numerum reservatorum re-  
spectu dictorum confessariorum, quia aliter  
videtur acceptio personarum, quæ reprobat  
*regul. 12. in 6. cap. novit. de jud.* Justitia  
distributa postulat, ut æqualiter utriusque  
generis confessarii tractentur, cum multum  
difficile sit, imò odiosum, asserere unum genus  
confessariorum esse doctius & prudentius alio.  
*Clementina dudum de sepulturis. §. hujusmodi*  
*paræ omnino facit Confessarios regulares pa-*  
*rochis.* Et ita non debent Episcopi confessarios  
regularium plures casus reservare quàm re-  
servant parochis. Tamen Episcopus facit  
aliquam gratiam suis parochis, aut alicui  
aliquibus Festivitatibus, Pascharis v. g.  
alii, non censetur eandem gratiam velle  
confessariis indulgere. *Bordon. sup. n. 21.*

XLIV. Tenentur confessarii omnes, qui  
auctoritate deputati, ad confessiones audi-  
das, sicut & Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi,  
pi, aliique locorum ordinarii & ecclesiarum  
pra-

pralati & rectores, & animarum curam exercentes ac presbyteri seculares, & quorumcumque ordinum regulares habere penes se transcriptum Bullæ, quæ vocatur in Cœna Domini, eamque diligenter legere & studere: ita enim præcipitur in eadem Bulla, ut pater in ea, quæ est Urbani VIII. tom. 1. Bullarij inter Bullas ipsius num. 41. Barbosa de off. parochi cap. 19. num. 67. Unde patet, intentionem Papæ talem esse, ut hæc Bulla in toto orbe Christiano recipiatur, acceptetur, & observetur; finis enim summi Pontificis est, ut tanquam pius Pater conservet animarum salutem, rem publicam Christianam, libertatem Ecclesiasticam, auctoritatem Apostolicam & unitatem à Deo sibi commendatam, quæ sunt bona Sedis Apostolicæ: propterea derogat Summus Pontifex quibuscumque privilegiis, etiam per viam contractus, aut remunerationis, aut alia quavis causa concessis, consuetudinibus immemorabilibus, præscriptionibus etiam longissimis. Sic loquitur in eadem Bulla, *Lexana cap. 19. n. 44. & verba Bullæ Cœne, num. 59.*

\*\*\*  
CAPUT XIII.  
De casibus prohibitis à jure,  
Conciliis, & Summorum Pontificum,



tificum, & Sacrae Congregationis decretis erga Regulares.

## SUMMARIUM.

- I. Religiosi non possunt esse executores testamentorum sine licentia.
- II. Illis prohibetur eligere sepulturam.
- III. Non possunt comparere in iudicio, ut rei, neque ut actores, sine licentia.
- IV. Non possunt advocati aut procuratores munus exercere.
- V. Quomodo possunt esse iudices & arbitri.
- VI. Illis prohibetur artem chirurgiam exercere cum incisione vel adustione.
- VII. Possunt esse testes.
- VIII. Prohibentur suscipere tutelam cuius.
- IX. Non possunt facere testamentum.
- X. Quomodo prohibeantur venari.
- XI. Non possunt inducere aliquem, ut sepulturam eligat.
- XII. Prohibentur lineis uti.
- XIII. Prohibentur baptizare, esse patrones, & aliqua sacramenta ministrare.

- XIV. Prohibentur arma tenere intra septa  
monasterii.
- XV. Prohibentur monasteria erigere, nisi  
12. fratres in his possint sustentari.
- XVI. Prohibentur vinum purum bibere.
- XVII. Prohibentur mercaturam exercere,  
etiamsi pharmaciam habere possint.
- XVIII. Quis ludus sit illis prohibitus.
- XIX. Habere debent carcerem.
- XX. Pœna falsorum testium, latronum, &  
homicidarum.
- XXI. Tenentur observare festa ab Episcopis  
indicta.
- XXII. Non debent pulsare campanam die  
Sabbathi Majoris hebdomadæ ante Ca-  
thedralem.
- XXIII. Tenentur interesse processionibus.
- XXIV. Bona religionis alienare non possunt.
- XXV. Fœminas introducere prohibentur.
- XXVI. Non possunt interesse agitationibus  
taurorum, nec spectaculis aut comediis:
- I. Nullus religiosus potest esse executor te-  
stamenti, sive ad causas pias, sive ad pro-  
phanas, nisi obtenta à suo Superiore licentia,  
quam quilibet Superior etiam immediatus potest

Q

est concedere, *cap. 1. de testam. in 6. expressis verbis*: quia nec velle, nec nolle habet; Sufficit autem tacita licentia, cum textus non dicat expressam esse necessariam, *Sylvestor verbis testamentum, q. 2. distinct. 3. Sanchez lib. 6. decalog cap. 11. n. 11.* Et hoc prohibetur specialiter Minoribus de Observantia, ita ut illi que eorum prælati dispensare, seu licentiam dare possint. *Clementin. Exivi. §. proinde vir sanctus, de verborum significatione, Verum etiam.* Ubi tamen adjungitur, quod in exequendis testamentis consilium dare, si prælati jurisdictio, sive actio in iudicio, sive dispensatio advenit. Unde, si statuerit testator, aut prælati perit executoribus, ut aliquod legatum in pauperes distribuant cum consilio fratrum minorum, eorum consilium requirere ex qua ratione morali æquitate debent, ex necessitate verum qui non tenentur illorum fratrum directione. *Bordon. decis. 200. miscellan. Layman. lib. 1. just. tract. 5. c. 11. de ultimis voluntatibus.* 3. Ordinum verò aliorum prælati executoribus testamentorum esse non prohibentur, quia in statutis eisdem uti possunt, quas eis subdistinguitur, nec concedere, nisi obstet prohibitio à Superioribus, nisi majori aut religionis statuto. Porro regulares claustrales, si fuerint executores testamentorum, rationem reddere debent locorum ordinum, quibus etiam puniri poterunt, si in executione, sine

is officio deliquisse repertantur, etiamsi ab illorum jurisdictione sint exempti *Clementin. unic. de testam. Lezana c. 9. 1. part. 8.* Utrum verò religiosus testamenti executor legatum inter pauperes distribuendum, monasterio, vel sibi ipsi applicare possit? Dicitur quòd sic, 1.<sup>o</sup> quoad monasterium certum est posita monasterii necessitate, 2.<sup>o</sup> quoad seipsum, præsumitur voluntas testatoris, qui, si scivisset executoris paupertatem, actualem aut supervenientem, non minus illi, quàm aliis subvenisset. *Sanctus Thom. 2. 2. quest. 32. art. 9. ad 3. Layman. supra n. 7.*

II. Non possunt religiosi eligere sibi sepulturam, nisi sint ita remoti à suis Monasteriis cum moriuntur, ut ad ea non possint commodè portari, quia ita deciditur in *cap. final. de sepult. in 6. Sylvester verbo sepultura q. 6.* Religiosi enim nec velle, nec nolle habent, ergo neque sepultura sibi deligendæ libertate gaudent: Quòd si in tali loco, qui à Monasterio nimis remotus est, religiosus moriatur, non electa sepultura, in ecclesia parochiali sepeliendus erit, nisi vicinum sit monasterium sui ordinis. *Sanchez l. 1. moral. c. 14. n. 4. Layman. supra c. 12. de sepult. n. 6. Lezan c. 9. 1. p. n. 10. sepult. num. 6.*

III. Religiosi non possunt stare in iudicio, neque ut actores neque ut rei ad se defendendum, sine sui Superioris licentia, quia, cum religiosus

Q 2



Religiosus sit veluti mortuus, comparatur seruo  
 servus autem in iudicio neque agere, neque  
 conveniri potest. *l. lis nulla, l. vix, de iudicio*  
*l. servus, C. eod. cap. Cum dilect de rescriptis*  
*& authentica causa quæ sit cum monacho, C.*  
*Episcopo. & cleric.* Undè neque pro libi  
 injuria, sive in persona, honore & bonis, po  
 sunt in iudicio comparere, sed hoc compe  
 prælato *Sylvester verbo religios. 8. q. 4.* Al  
 quæ tamen occurrunt exceptiones. 1<sup>o</sup>, qu  
 do religiosus est extra monasterium cum  
 dencia, & Superior est ita absens, ut comm  
 non possit haberi responsio absque periculo  
 mora, tunc potest in iudicio comparere & ag  
 re ratione præsumptæ licentiæ. 2<sup>o</sup>, quando  
 religiosus vult agere contra aliquem prælatu  
 suum regularem ob rationabilem causam,  
*ex parte de accusat.* In quo casu ei expensæ  
 cessariæ ad litigandû à monasterio præberi  
 debent, uti docent *Glossa & Abbas n. q. eod.*  
*Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 12. num. 18.*  
 quando beneficiatus est religiosus cum  
 administratione, *Navarr. comment. 2. de m.*  
*num. 64.*

IV. Religiosus non potest esse advocatus  
 vel procuratoris munus exercere in iudicio  
 si cum licentia sui prælati, & cum utilitate  
 monasterii saltem indirecta. Ita habetur in  
*monachi 2. causa 16. q. 1. cap. 2. de postulante*  
*Clementin. religiosus, Sylvester verbo advocatus*

q. 4. Et hæc prohibitio extenditur ad quoscumque religiosos, sive sint monachi, sive canonici regulares, mendicantes, &c. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 13. num. 4. Lugo de justit. & jure 2. tom. disput. 41. sect. 1. n. 3. Consilium verò dare, seu voce, seu scripto, quid in causa qualibet secundum jura agendum aut respondendum sit, non est prohibitum religiosis, cum id non sit advocatum esse, aut procuratorem agere. Lex c. 9. t. p. n. 11. Laym. lib. 4. tract. 5. c. 1. de statu religionis assertione 2. pagina 674. n. 2.

V. Religiosus nec potest esse judex, nec arbiter, nisi de licentia sui prælati, & in causa concernente utilitatem sui monasterii, quia ita habetur in cap. Monachi supra citat. Sayrus clavis regia lib. 12. cap. 21. n. 3. cap. de presentium 15. q. 1. & cap. 1. de postulando, Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 13. an. 55. Possunt tamen esse arbitratore cum sui prælati licentia, etiamsi de monasterii utilitate non agatur: differunt enim arbiter, & arbitrator, quod ille à partibus constituitur, ut secundum juris terminos sententiam ferat, ideoque veluti judex se habet juxta l. ff. de arbitris. Sed arbitrator, tanquam amabilis compositor à partibus eligitur, ut pro bono pacis servandæ unius juri domere, & alteri retribuere possit, vitata tamen læsione magna, sicut explicat Sylvest. verbo arbiter q. 2. differ. 20. & q. sequenti & ideo, cum arbitratoris munus

nus ad partium concordantiam, ideoque pietatem principaliter referatur, non est aliter a religiosis, ut illud præstare possint, modum licentiam prælati habeant, sine ea autem illi te, quantum ad se præstabunt quamvis validum Arbitrium verò religiosi, quod instar iudicis est, si fiat sine Superioris autoritate, irritum cenferi debet, & sicut servi arbitrium nullum est *l. pedius §. in servum ff. de receptis qui ad arbitrium §. c. Layman. lib. 4. tract. 5. de statu religionis cap. 1. n. 6.*

VI. Nullo modo possunt religiosi exercere artem Chirurgiæ cum incisione vel adustione, ut habetur ex *cap. tua nos de homicidio*. Et tenditur, ut neque causa pietatis id liceat, de oppositum facientes sunt irregulares, si mors sequatur, quamcumque diligentiam præbeant ne sequatur, quia dant operam reprobata ratione periculi homicidii *Com. tom. 2. in 2. part. tract. 5. de irregularitate*. Verò possunt religiosi hanc artem exercere adustione, aut incisione, res est in dubio, si prohibitus id prohibeat expressè, implicite tamen prohibetur in toto titulo, ne clerici vel Monachi ubi sæpius habetur hoc esse illis maxime prohibens. Curare tamen hoc modo, etsi sit prohibitum ratione homicidii, non erit irregulare, si sit tantum prohibitum ratione indecentiæ, nus autem chirurgiæ semper est indecentum illis. *Sanch. lib. 6. in decal. c. 14. n. 18.*

VII. Nullus textus prohibet religiosi esse testes, tam judiciales, quam cujuscumque instrumenti, imò potius illis permittitur, *cap. nuper de testibus, Sylvester verbo testamentum l. q. 5. dict. 1.* Quod extenditur ad testamentum, in quo aliquid relinquitur monasterio religioso, qui est testis: quia, quando aliquid non est speciale alicujus commodum, sed Universitatis vel Collegii, potest quilibet ex illa Universitate testificari. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 13. n. 102.* Ad hoc tamen, ut religiosus possit esse testis causæ judicialis, requiritur licentia Superioris, quia, cum judex secularis non sit Superior religiosi, non potest ab illo exigere testimonium, nisi religiosus se illi subiiciat, ad quod requiritur licentia sui Superioris, si tamen testis esset sine tali licentia, testimonium valeret, cum nullibi sit irritatum, & potius sit interpretanda res ut valeat, quàm ut pereat. *Sylvester verbo testis q. 1. dict. 1. Lezan. cap. 9. l. 1. part. n. 17.*

VIII. Tutelam alicujus personæ suscipere interdicitur religiosi, quia ita habetur *cap. final. q. 86. & authent. de sanctissimis Episcopis, §. Deo autem amabilis collat. 9. & leg. regia. 14. tit. 16. p. 6.* Sylvester in *summ. verbo tutela.* Adde etiam ex licentia Superiorum, quia in prohibitione juris non possunt dispensare, siue tutela sit testamentaria, id est data in testamento, siue sit dativa, hoc est à judice designata: Tutela

tela verò legitima, quæ ex lege defertur con-  
 sanguineis successuris ab intestato, potest so-  
 scipi à religiosis, de licentia tamen prælato-  
 rum, *præfato cap. final. distinct. 86. Azorius*  
*tom. I. instit. moral. lib. II. cap. II.* Tutela  
 quoque miserabilium personarum posse admi-  
 ti à religiosis concedit *Grassius 1. part. decisio-*  
*lib. 3. c. 5. n. 112.* modò tamen, negotiis im-  
 dictis regularibus, nullo modo se immisceant  
 aut extra claustra pernoctent, aut quidquid  
 aliud à sua professione alienum peragere præ-  
 mant. Ita declaravit *sacra Congregatio de*  
*January 1631. & die 16. Novembris 1640*  
*puđ Lezan. sup. n. 17.*

IX. Testari verò, nec licitè, nec valide  
 sunt, *Canon. ingredientibus 19. q. 3. cap. 1.*  
*testament. & aubent. ingressi, C. de sacrosan-*  
*Ecclesia:* Neque ullatenus dispensari possunt  
 nisi sub sit, & gravis, & justa causa, nec ab alio  
 nisi à Papa, quia non habent proprium domi-  
 nium. Cum itaque religiosus proprio casu  
 ratione voti paupertatis, testari non potest  
 nec jam factum ante professionem revocare  
 mutare professione peracta, quia eadem pro-  
 fectas requiritur ad revocandum vel mutandum  
 quæ requiritur ad illud condendum; potest  
 tamen religiosus facere schedulam, qua rogat  
 prælatum, ut det alicui ea, quæ ad illum con-  
 dendum, quia hoc non est testamentum, nec con-  
 dendum, nec est alibi prohibitum, nec derogatum

paupertatis: Item potest testamentum à se factum ante professionem interpretari & declarare, si necesse fuerit, quia hoc non est disponente de aliquibus bonis, sed solum declarare dispositionem à se factam, quando potuit illam facere. *Lezana, cap. 9 sup. n. 19. Bordon. resol. 54. n. 8. Cabassutius lib. 1. cap. 23. num. 1.* Novitius verò potest facere testamentum quovis tempore sui novitiatus, & jam factum ante ingressum revocare, mutare, & variare pro libito absque Superioris licentia, quia ad hoc perinde se habet, ac si esset secularis, est enim sui juris & dominus suorum bonorum: ergo potest de illis disponere quoties sibi videbitur; testari enim est actus proprietatis, & domini, quod non est prohibitum novitiis. *Sanchez lib. 7. c. 3. n. 3. Bord. citat. sup. n. 9.*

X. Prohibitum est religionis, sicut & clericis, venari, aut interesse venationibus. Creditur autem, quod hæc prohibitio, facta religiosis aut clericis, non sit sub peccato mortali, cessante scandalo, & aliis pravis circumstantiis extrinsecis, quando venatio sit solum honestæ recreationis gratia. *Navarr. comment. 4. de r. gul. num. 26. Suarez, tom. 4. de relig. tract. 8 lib. 1. cap. 11. n. 2.* neque Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. Interdicit venationem clericis præcise, sed tantum venationem illicitam, quando scilicet, cum armis, tumultu, canum clamore instituitur, quia talis venatio per se dedecet statum

tum religiosum & clericalem, eo, quod à gra-  
 vioribus spiritualibus occupationibus eos  
 vocat & scandalum præbet populo, præsertim  
 si frequenter fiat. *Clement. 1. de stat. monach.*  
 S. porro *Layman. lib. 3. de justit. tractat. 1. c. 1.*  
*Lezana cap. 9. 1. part. num. 10.*

XI. Religiosi, qui aliquos ad vivendum seu  
 promittendum inducunt, ut sepulturas apud  
 eorum ecclesias eligant, vel jam electas non in-  
 tent, incurrunt excommunicationem ipso facto  
 fedi Apostolicæ reservatam. *Clement. capitulum  
 de pœnis. Miranda 2. tom. 9. 38. art. 10. Simplex  
 tamen inducentes ad hoc non compre-  
 henduntur, nec etiam, qui prædicto modo in-  
 ducunt alios ad sepulturam in alia ecclesia  
 gendam, *Tolet. in summ. l. 1. c. 37. Lezana  
 tatus sup. cap. 9. n. 25.**

XII. Est etiam prohibitum religiosi, lineis  
 uti, *cap. cum ad Monasterium de statu monach.*  
 Proprius enim religiosorum habitus etiam in-  
 ternus laneus esse debet; sed hoc tantum est vo-  
 niale, regulariter loquendo; imò nullam po-  
 eatum, si communis usus sit religionis, & ma-  
 tō magis, si est aliqua corporalis infirmitas,  
 in hoc sunt attendendæ Ordinum constitutio-  
 nes & regulæ, quia Fratres Minores lineis com-  
 feis utentes peccant mortaliter, uti tenet *Pon-  
 Marchant. in expositione regula D. Francis-  
 2. 9. 5. Lezana sup. n. 21. Sylvester verborum  
 giosus 7. Grassis part. 1. decision. lib. 3. cap.  
 n. 69. & 70.*

XIII. Illis est etiam prohibitum baptizare, nisi in casu necessitatis, & de licentia parochi cap. placuit 2. 6. q. 1. Hoc enim est proprium officium ordinarii, nec possunt esse patrini, seu levare aliquem de fonte cap. non liceat de consecrat. distinet. 4. Nec possunt sacramenta Unctionis extremæ vel Eucharistiæ ministrare, vel matrimonia solemnizare, non habitâ prius parochi speciali licentiâ; alioquin incurrunt excommunicationem Papalem. *Clement religios. in principio, Sylvest. verbo excommunicatio, Conc. Trid. sess. 24. cap. de matrim.* Parochus etiam regularis, qui alterius parochiæ sponso, sine illorum parochi licentiâ, ausus fuerit matrimonia conjugere aut benedicere, ipso jure tandiu suspensus maneat, quandiu ab ordinario ejus parochi, à quo erat suscipienda benedictio, absolvatur. *Rodrig. 2. tom. 9. 62. art. 11. Barbosa de off. parochi cap. 12. à num. 3.*

XIV. Religiosi, intra septa monasterij sine licentiâ suorum prælatorum arma tenentes, excommunicationis sententiam ipso facto incurrunr, *Clement. ne in agro de statu monach. Miranda in manual tom. 2. 9. 35. art. 18.* Ista tamen excommunicatione non afficiuntur habentes arma extra septa monasterij, neq; religiosi venientes ad monasterium cum armis non animo ea retinendi. *Lezana, c. 9. 1. part. n. 27.*

XV. Erigere seu construere nova monasteria regulares non possunt, nisi observato decre-



to Concil. Trid. sess. 25. de regularib. cap. 3. Sci-  
 licet, quod non recipiantur nova loca sine Epi-  
 scopi diocessani licentia in scriptis obtenta:  
 praterea observetur constitutio Clem. VIII.  
 103. qua incipit, quoniam ad instauram, 3. 100.  
 Bull. inter Bullas hujus n. 9. Locorum orb-  
 narios non posse licentiam ad novos conventus  
 impetrari, nisi vocatis & auditis aliorum co-  
 dinum, in dictis locis existentium, Superioribus  
 & aliis interesse habentibus. Similiter ob-  
 servetur decretum sacrae Congreg. sub Grego.  
 XV. quo cavetur, ne aliqua monasteria de novo  
 erigantur, nisi in illis saltem duodecim fratre-  
 inhabitare & ex redditibus aut consuetudinibus  
 mosynis sustentari valeant; & ab aliis (si qua  
 sint) quatuor millia passuum distent, Pape-  
 tom. 2. de privileg. circa constit. 6. Greg. XV. ad-  
 dens, quod non dicitur acquiri novus conventus,  
 quando fit mutatio in eadem civitate  
 uno ad alium locum, quia tunc nullum fit pro  
 judicium aliis, nisi forte per accidens ratio  
 majoris propinquitatis. *Lex. sup. n. 15.* No-  
 mirum Concilium, summos Pontifices, & sa-  
 cram Congregationem consensum Episcoporum  
 postulasse, quia jure communi est requiritum  
 Canon. quidam & seqq. 18. q. 1. *Miranda*  
*manuali tom. 1. q. 3. art. 1.* Imò omnia  
 monasteria essent Episcopis subjecta de jure com-  
 muni, si non obstarent religiosorum privilegia  
 cap. qui vere 16. q. 1. cap. cum dilectus de  
 regul. j.

gijs domib. declaratum fuit à Sacra Congregatione, licentiam ad novum monasterium dari non posse à Vicario capitulari, sede vacante. *Barbosa in collectan. Bullar. verbo Monasteria;* Neque à Vicario generali Episcopi, nisi ad id habeat speciale mandatum. *Navarius in Luncerna regularium. verbo Monasteria n. 2.* Constitutio autem *Clementis VIII.* de vocandis & audiendis aliorum Ordinum praelatis nullo modo est necessaria, quando aliqua religio vult intrare in aliquem locum cum obligatione non querendi elemosynas, nec faciendi aliquid, ex quo aliquod detrimentum aliis religiosis obveniret, non est enim necessarium citare alias religiones interesse habentes, quia tunc cessat finis dictæ Constitutionis, *cap. cum cessante de appellat. dummodo habeat redditus sufficientes pro sustentatione duodecim religiosorum.* Deserere etiam Monasteria semel accepta sine licentia summi Pontificis non possunt religiosi, *cap. unico de religiosis domibus & cap. cum ex eo de excessibus pralat. lib. 6.* Et est lata excommunicatio contra oppositum facientes. *Sylvestri verbo casus q. 1. casu 8.* Monasterium etiam, seu ecclesia semel Deo dicata, non potest fieri habitaculum seculare, seu converti in usus prophanos, nisi in casu magnæ necessitatis & consensu Episcopi, *cap. qua semel 19. q. 3. & est regula juris cap. quod semel dicatum; de regul. juris in 6. Lex. sup. n. 36.*

XVI. Debent regulares vinum aqua temperatum bibere, ita ut si vinum purum bibant, cum ebrietatis periculo mortaliter peccent, Concil. general. Lateranen. sub Innocent. VIII. & cap. a crapula de vit. & honest. clericor. Ubi etiam prohibetur religiosis in conviviis alio ad bibendum incitare. *Armilla verbo ebrietatis n. 7. Peyr. tom. 2. privileg. in constit. 6 Pauli V. num. 5.* Pluries etiam quam ter bibere prohibentur *e. quando*: quamvis hoc non sit peccatum mortale, imò nec veniale, si necessitas exigit. Prohibentur etiam tabernas ingredi, nullus, nec convivari, nisi sub certis conditionibus *cap. convivium & horum transgressio erit tabernam ad minus peccatum veniale.* Ebrios etiam puniuntur subtractione à communione per triginta dies, vel pœna corporali *ex cap. distinct. 33. & ex cap. à crapula aut pœna suspens. ab officio & beneficio si à Superioribus muniti non abstinnerint. Barbosa de off. & parochi cap. 6. à num. 11. Lezan. sup. n. 38.*

XVII. Religiosis prohibita est mercatura seu negotiatio merè lucrativa, qua aliquid committitur, ut carius vendatur, sub pœna excommunicationis, suspensionis, & depositionis, *cap. extra ne cler. vel monach. & cap. consequenter distinct. & cap. sed nec. extra ne clerici vel monachi*: Istæ pœnæ non sunt latæ sententiæ, sed ferendæ: & quamvis licitum sit regularibus pharmacias habere, non tamen illis licet mercaturam

amenta vendere per se, sed vendi debent per  
secularem aliquem ibi assistentem, sicut & emi;  
nec attendatur ad lucrum temporale, sed so-  
lum, ne aliquando corrumpantur, & carius non  
vendantur quam fuerint empta, &c. Privatis  
autem religiosis non licet ullo modo, nec per  
se, nec per alios huiusmodi negotiationem aut  
mercaturam exercere, hoc enim est illis prohi-  
bitum per citata capita propter magnam inde-  
centiam periculumque peccandi contra pau-  
pertatem, quod in hoc reperitur. Unde sic fa-  
cientes peccant contra paupertatem, & sunt  
propriarii, quia utuntur pecuniis modo sibi  
prohibito, & sine Superiorum licentia, quam  
etiam dare non possunt, quia status religiosi  
exigit, non implicari negotiis secularibus, sed  
Deo vacare & fugere pericula. Religiosis ta-  
men licet emere necessaria ad proprium & suo-  
rum usum, quod vocatur negotiatio Oecono-  
mica, quæ nullo modo est prohibita; imò jure  
naturali concessa. Contrarium verò dicen-  
dam est de negotiatione politica, qua emuntur  
necessaria exercitui, civitati, &c. Et hæc est re-  
ligiosis prohibita *cap. Episcopus 88. dist. cap. 1.  
& seq. 21. q. 3. & Pauli 2. ad Thimotheum 2.  
Nemo militans Deo implicat se negotiis secula-  
ribus. Lezana cap. 9. sup. n. 39.*  
XVIII. Sciendum est primò, quid sit ludus,  
& secundò quis ludus sit religiosus prohibitus.  
Dico ergo, ludus est quidam contractus, quo  
ludca-

ludentes res suas periculo exponunt propter  
 spem acquirendi res alterius. Ita communiter  
 DD. Bonacina de contract. disp. 2. q. 3. p. 1.  
 1. num. 1. Bordonus res. 33. num. 1. Lexan  
 verbo Ludus n. 2. Sayrus in clavi regia lib. 1.  
 cap. 12. n. 1. §. quia vero. Non est illicitus  
 natura sua, potest enim esse actus virtutis, si sit  
 cum debitis circumstantiis ob honestam recrea  
 tionem, vel ob finem honestum. Ita D. Tho.  
 2. 2. q. 168. art. 2. Aristoteles 2. & 4. Ethic.  
 eum & Bordon. sup. Hoc posito, dico, dupli  
 cem esse ludum; unum, qui industria & in  
 dudio exercetur, ut ludus scacchorum, duodecim  
 calculorum, vel tabulæ, pilæ, & quibus homines  
 etiam graves, animi gratia, ludere solent, & in  
 jussimodum non dedecent religiosos, si quando  
 in his recreantur. Alterum, qui dicitur ludo  
 alearum, seu taxillorum & cartarum, qui magis  
 fortuna quam arte reguntur, seu in quibus pro  
 valet magis fortuna quam ars. & isti ludi  
 solum regularibus, sed omnibus ecclesiasticis  
 sunt prohibiti, can. 41. Apostol. qui res  
 dist. 35. cap. inter dist. de excessibus prelati  
 cap. clerici 2. de vita & honestate clericorum  
 Concil. Trid. sess. 2. de reform. cap. 1. Est autem  
 hæc prohibitio sub mortali, ut colligitur ex  
 re citato, præcipue si ludatur notabilis pec  
 quantitas, quia est contra votum pauperum.  
 Notabilis autem quantitas ex Panormitano  
 cap. clerici & ex eo Grassis part. 2. lib. 3. c. 1.

dicitur esse, quando religiosus exponit unum aureum in eodem ludo eodem die, non solum in ludo cartarum, sed etiam in aliis ex ingenio; hæc enim summa est satis notabilis religioso sub voto paupertatis militanti, quia, quando conceditur ludus religioso, fit solum ob animi relaxationem & honestam recreationem; tanta verò pecunia lucrum & avaritiam sapit, & recreationem excludit. Vide quæ diximus *cap. 5. de voto paupertatis, n. 49.* Colligitur item, dictam prohibitionem omnibus esse sub mortali, quia *cap. 1. distinct. 35. & cap. inter dilectos. 11. de excessibus prelat.* prohibetur ludus alearum sub pœna privationis, communionis, & publicus aleator privatur beneficio; sed hæc sunt pœnæ gravissimæ, quæ consequenter supponunt peccatum mortale, *cap. clerici 19. de vit. & honestat. &c.* Præterea clericus aleator indignus est, cui beneficium concedatur, & si est publicus, collatio est ipso jure nulla, & si est occultus, est irritanda; sicut electio religiosi publicè aleatoris est ipso jure nulla, & quomodocumque facta sit electio, debet ab officio deponi, seu beneficio saltem, si monitus non desiterit. *Lezana verbo Ludus, num. per totum, & alij.* Neque licet religiosis ludere cum laicis & clericis secularibus etiam ludis honestis; quod probat *Grassus part. 1. lib. 3. cap. 9. num. 12. per Glossam 2. in cap. continebatur, de homicidio.* Debent enim Ecclesiastici abhor-

R  
rere

rere commercia & familiaritates laicorum, *cap. his igitur, distinct. 23.* quia laici semper sunt infesti clericis, *cap. laicos 2. q. 7.* & inde non nisi scandalum, & contemptus oriri potest, maxime in religiosis, qui mundo, cui mortui sunt, abrenunciaverunt, ut viverent cum Christo; sed erubescit dicere *cum Bordon. resolut. 33.* quod nostri temporis regulares, quam plurimum volunt vivere cum mundo ut Christo mortui; Non erit tamen peccatum mortale, si ex prava consuetudine extra conventum cum secularibus ludatur cum aliorum scandalo, tamen de ludens una aut altera vice non damnetur peccati mortalis: quia una aut altera non est consuetudinem. *Bordon ibidem.* Sunt etiam multi alij ludi regularibus prohibiti, licet omnis ludus, qui fit cum armis, *cap. contentur de homicid. & cap. clerici de vit. & honest. clericorum Sylvester in summ. verbo Ludus.* Idem dicitur de hastiludiis, *Barbosa de iur. ecclesiastico lib. 1. cap. 40. n. 46.* Item Ludus strionalis, *can. donare, dist. 86. cap. cum de vit. & honest. clericorum.* Item Ludus simulationis, chorizationis, & huiusmodi, *cap. dilectione de consecrat. distinct. 2. & Sylvester in summa.* Interdicitur etiam aspectus talliarum dorum maxime religiosis & Ecclesiasticis, *cap. clerici 15. de vit. & honest. cleric. praecipue locis publicis, & si talis aspectus sit notabilis erit mortalis; quod si non sit notabilis &*

Kandalum, creditur esse solum venialis; quid-  
quid sit, & quomodocumque fiat, hoc multum  
videtur indecens statui religioso. *Bordon. sup.*  
*num. 11. q. 10.* Sunt quoque plures ludi per-  
missi tempore, loco & circumstantiis debitis, ni-  
si obstant religionis statuta, v. g. ludi trochi, pi-  
la, globorum, damarum, schacorum; ut di-  
ximus n. 18. supra. Hi enim jucundi sunt, a-  
nimam sublevant, corpus exercent, & fors in  
eis non pravalet, sed industria sola innituntur.  
Quæritur tamen, utrum, & an religiosi possint  
ludere inter se res aliquas spirituales, videlicet  
orationes, psalmos aut alias preces dicendas à  
victo pro victore. Respondeo secundum ali-  
quos, hoc non debere fieri; Oppositum tamen  
est verius, quia talis est usus plurium piorum,  
tum, quia in hoc nulla est irreverentia erga res  
sacras, cum potius sit signum devotionis & pie-  
tatis erga illas, Deum, & sanctos: & si quæ est  
irreverentia, est per accidens, cum possint, &  
debeant dictæ preces recitari devote, & reve-  
renter. Potest etiam religiosus ludere ludo  
aliis licito cum seculari, hoc pacto, ut, si secu-  
laris vincet, teneatur religiosus dicere Rosa-  
rium aut Missam, si vero vincatur, teneatur sol-  
vere religioso aliquid, & in hoc nec est irreve-  
rentia, nec simoniæ species, quia non intervenit  
ratio pretii, prout ad simoniam exigitur: ete-  
nim simonia in utroque contrahente ponit ali-  
quid lucri, quod accidere non potest in ludo, in  
quo,

R 2



quo, si unus acquirit, alter perdit; *Bordonus resolut. 33. n. 8. Lezana verbo Ludus num. 13. Bonac disp. 2. de restitut. q. 3. part. 2. n. 8.*

Nota pro supradictorum intelligentia, nomine alearum intelligi ludos omnes fortuitos id est, in quibus res innititur casui & fortuna *Sayrus Clavi regia lib. 11. cap. 12. de Ludo cito vel illicito. n. 4. Vide super his citatos DD.*

XIX. Debent monasteria regularium habere carcerem ad eorum custodiam, cum in poenam delictorum, sive ad tempus, sive perpetuam juxta eorum qualitatem, & ne ex religione fugiant, ita habetur ex juris dispositione *cap. ab abates 18. q. 2. gloss. & DD. in cap. si clericus sentent. excom. lib. 6. Lezan. cap. 9. 1. par. num. 41.*

XX. Falsus testis religiosus perpetuo deponitur, & in arctum monasterium recluditur *cap. si Episcopus 50. distinct. perjurium etiam est de depositione dignum cap. presbyter 81. distinct. cum non ab homine de Judic. Alarico de relig. discipl. lib. 2. cap. 28. n. 3. Religiosus fur etiam perpetuo deponitur. cap. presbyter. & cap. in sum non ab homine citatis. Et in arctum monasterium detrudendus, attenta ramentis & qualitate furti: Similiter homicida perpetuo deponitur *cap. presbyter citat. cum non ab homine, sup. c. sicut dignum 1. 5. Alarico de homicidio. Similiter, qui venenum parant, et si homicidium non fuerit sequutus**

nihilominus non minori pœna quam homicidæ plectuntur. *Lezana sup. n. 42. Aldrete sup. cap. 25. per totum.*

XXI. Dies festi, quos in sua diœcesi servari Episcopus præceperit, ab omnibus regularibus, etiam exemptis, debent observari, *Concil. Trid. cap. 12. de regular. sess. 25.* Non tamen tenentur ad recitationem officii aut Missæ illius Sancti, aut diei festi, qui ab Episcopo indictus est, *in Bordon. resolutione 124. n. 17.* Tenentur etiam ad observationem festorum ex consuetudine, vel devotione populorum introductorum, si tales festi sunt ab Episcopo approbati; illa namque approbatio facit Episcopum authorem festi *Bord. ibid.*

XXII. Prohibetur Regularibus pulsare campanas in suis Ecclesiis die Sabbathi Majoris hebdomadæ, antequam campana cathedralis, vel matricis Ecclesiæ pulsaverit, in aliis autem diebus non possunt ordinarii impedire fratres pulsare campanas ad Matutinum, Horas, & Missam antequam pulsetur campana majoris Ecclesiæ *ex Decreto sac. Congregationis apud Quarantam in summ. Bullar. verbo Confessio pag. 435. Barbosa de off. parochi cap. 11. n. 21. Gavantus in comment. in rubric. Missal. part. 4. titulo 10. Lezana cap. 19. 1. part. n. 45.*

XXIII. Exempti omnes, tam clerici seculares, quam regulares quicumque, etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere

compelluntur; iis tantum exceptis, qui in stri-  
 etiori clausura perpetuo vivunt. *Concil. Trid.  
 sess. 25. cap. 13.* Tamen Sacra Congregatio  
 Concilii declaravit, regulares monasterii, ultra  
 medium milliare à civitate distantes, non posse  
 ab Episcopis compelli accedere ad processio-  
 nes. *Flavius Cherubinus in Compend. Bullar.  
 tom. 2. in Bulla. 41. Pii V.* Vocati autem debent  
 non per edictum publicum, sed personaliter per  
 clericos *Peyrinis tom. 1. privileg. in consuet. 2. Sec-  
 ti IV. § 11. n. 57.* Processiones autem publica  
 ad quas compelli possunt ab ordinario, regula-  
 res sunt in festo Corporis Domini, Litanias  
 Iubilæis publicis faciendis, in plebibus, in quibus  
 ipsi habent monasteria, dummodo processio-  
 nes sint illius generis, quod in Bulla *Pii V.  
 mendicantium concessa, quæ incipit: Ex-  
 mendicantium. 1567.* comprehendantur,  
 dummodò regulares non sint ex illis conventibus  
 nuncupatis collegia, quæ in eadem Bulla  
 excipiuntur, *Peyrinis tom. 2. Privileg. in consuet. 2.  
 7. Pii V. §. 19. Lezana supra n. 47.* attamen non  
 possunt per censuras ad id compelli, quia, quod  
 Concilium voluit Episcopos processiones  
 contra regulares, per censuras id expresse  
 videre est *sess. 22. in decreto de observ. & visitat.  
 dis in celebrat. Missa sess. 25. cap. 5. & 16.* Ergo  
 ubi non exprimitur, Episcopus non potest pro-  
 cedere per censuras, *Sanchez lib. 7. de dispensat.  
 n. 23.* Ubi adducit etiam *cap. 1. de privileg.*

in q  
 sura  
 vileg  
 pœn  
 ne  
 amo  
 etian  
 fo, n.  
 n. 9.  
 quia  
 hoc n  
 fori e  
 cujus  
 rz, q  
 siasti  
 deneq  
 quod  
 censu  
 quibu  
 furis  
 natur  
 matu  
 strâ e  
 nel. in  
 1. &  
 fidei  
 stas p  
 ra rei  
 cent  
 cap.

in quo prohibetur Episcopis procedere per censuras contra religiosos, qui omnes habent privilegium, ut non possint censurari, quia aliis pœnis possunt eos compellere, scilicet, deponendo Superiores, incarcerando, à monasterio amovendo, privando munere prædicandi, seu etiam pœnis pecuniariis. *Lex ana verbo processo, n. 2. Bordonus tamen decisione miscellanea 92. n. 9. & sequentibus*, contrariæ est opinionis, quia, sive exprimat species pœnæ, sive non, hoc nihil refert, eo, quod habens potestatem fori externi contentiosam, potest uti electione cujuslibet pœnæ, & maxime spiritualis censura, quæ est principalis pœna, qua prælati ecclesiastici procedunt contra subditos: ergo non est deneganda Episcopis contra regulares ex eo, quod Tridentinum non facit mentionem de censuris, quando sunt subjecti Episcopis in aliquibus casibus, & in aliis exprimit, quod censuris cogantur inobedientes; quando enim ex natura rei aliquid inest, parum refert, sive exprimat, sive non, quia nihil hoc operatur, & frustra exprimitur, quod tacite subintelligit. *l. Cornel. in ff. de hered. instit. l. hæc verba ff. de legat. 1. & pro expresso habetur, quod tacite inest, l. fidei commissa §. si filii ff. de legat. 3.* Sed potestas procedendi in causis per censuras, ex natura rei inest Jurisdictioni spirituali, ut omnes docent; ergo Episcopis *cap. cum ab ecclesiarum & cap. irrefragabili de off. ordin.* Ergo Episcopi possunt

R 4

possunt procedere per censuras contra regulares.

XXIV. Alienatio, licet propriè & stricte sumpta importet solum actum illum, per quem directum dominium transfertur *C. de fund. dist. 1. l. 1. & 2. gloss. in cap. cum nulli liceat, de rebus Ecclesiast. non alienand. Lexana 160. alienatio n. 2.* large tamen sumitur etiam pro actu per quem dominium utile transfertur, ut colligitur ex *extravaganti Ambitiose Pauli 11. de rebus ecclesiast. non alien.* Hoc posito, dicitur quod nullus Episcopus, neque Abbas, nec ipsi summus Pontifex potestatem habet res ecclesiasticas alienandi *Canon. monemus Canon. quis Episcopus, Canon. non licet Papa 12. q. 2. placuit 12. q. 2. & cap. 1. de his qua sunt a potestatis sine consens. Capituli. Cabassur. cap. 19.* Alienantes regulares bona monasterii incurunt excommunicationem ipso facto, & omnium officiorum privationem, vocisque activæ & passivæ ac perpetuæ inhabilitatis absque declaratione, sublata etiam Generali, & Provinciali facultate moderandi aut relaxandi talium poenas; Alienationes verò, & pacta, census, hypothecas, locationes, conductiones & confectiones quascumque contra prohibitionem faciendas, nullas & irritas esse docet Sacre Congregationis Concil. decretum, jussu Urbani VIII. editum 1624. die 7. Septemb. abrogatum omnibus indultis & privilegiis quomodolibet

concessis religionum Superioribus apud *Leza-*  
*nam* 1. part. cap. 10. n. 1. & seq. Prohibentur  
etiam bonorum Ecclesiasticorum alienationes  
in *Concil Trident. sess. 22. de reformat. cap. 11.*  
& *sess. 25. de reformat. cap. 11.* Adco, ut res  
alienatae cum fructibus restitui debeant *cap. si*  
*quis.* quia res ecclesiasticae dissiparentur ipsa-  
que Ecclesia suis spoliaretur, & quod est semel  
Deo dicatum, non est ad humanos usus transfe-  
rendum: *cap. semel Deo de regul. juris in 6.*  
Tres tamen iustae alienandi causae recensentur,  
scilicet, Ecclesiae aut monasterii utilitas vel ne-  
cessitas evidens, ut si fructus non sufficiant im-  
pensis Ecclesiae aut sustentationi, aut debitorum  
solutioni, pretium vero alienationis hunc defe-  
ctum compenset, *canon. hoc jus porrectum 10. q.*  
*2. secundo ad subsidium pauperum in gravi*  
*necessitate, vel ad redemptionem captivorum,*  
*vel ad sepulturam fidelium ex Sancto Gregor.*  
*magna lib. 5. epist. 17. & lib. 7. epist. 4. quibus*  
*ex causis Sacra vasa frangere & distrahere ap-*  
*probat; aurum enim habet Ecclesia, non ut fer-*  
*vet, sed subveniat necessitatibus. Canon aurum*  
*12. q. 2. 3º. ad evitandum damnum, quando*  
*scilicet praedia ecclesiae sterilia & inculta ma-*  
*neant Canon sine exceptione, & cap. ad aures, Ca-*  
*bassatum cap. 18 lib. 2. n. 4.*

Solemnitates autem in Gallia necessariae ad  
validam rerum Ecclesiae alienationem sunt, 1º.  
ut interveniat capituli consensus in scripturam

R 5

reda-

redactus, cui singuli subscribant dicto *Con-*  
*sine exceptione* 12. q. 2. 2<sup>o</sup>. ut consentiat Abbe  
 seu Prælati religionis, imo accedat licenti  
 summi Pontificis, adeo, ut nec ipsa Superiori  
 Generalis licentia aut Provincialis sufficiat,  
 ut publicè per parochos, tùm illius, tùm vicin  
 norum locorum, & per affixas locis publicis  
 schedulas denunciatur futura alienatio, ut  
 amplius satis dederit, rem habeat; ex defectu  
 quarum conditionum multæ rescissæ sunt ali  
 nationes hujusmodi in variis Parliamentis Gal  
 liarum: *Cabassutius sup. n. 9*. Requiritur etiã  
 justa causa, quæ est quadruplex, scilicet neces  
 tas, pietas, utilitas, & incommoditas: Neces  
 tas alienandi licita est, quando ecclesia grav  
 tur debitis, quæ alio modo solvi non possunt  
 vel quando fundus vel monasterium minatur  
 ruinam, & est necessariò restaurandum *cap. 10*  
*habenti* 49. 12. q. 2. *cap. placuit* 50. *ead.*  
*mentin. de rebus eccles. non alien. cap. hoc juri*  
 9. 2. *de restauratione*: Pietas alienationem  
 citam faciens in tribus consistit, scilicet, in  
 lendis pauperibus, *cap. aurum* 12. q. 2. in  
 dimendis captivis *cap. Apostolicos* 13. *cap.*  
*errorum* 15. *cap. aurum cit.* 68. 12. q. 2. & in  
 paganda Religione christiana *cap. si Episcopus*  
 71. *cap. bona* 72. *cap. religiosam* 73. 12. q. 2.  
 Utilitas evidens dat licitam alienationem  
 casu, in quo monasterium fiat locupletius  
*sine exceptione* 51. 12. q. 2. *causa* 12. *cap. 10*  
 titul. Deniq  
 tititas  
 tai, *fn*  
 tuor  
 & dieu  
 in sum  
 nand.  
 natur,  
 aut mo  
 stolicæ  
 ciat lic  
 quod n  
 cessitas  
 tribus,  
 bus jur  
 contra  
 gatum  
 gibus, c  
 induct  
 minuti  
 stamen  
 siliter  
 creta P  
 in favo  
 non ve  
 tunc ne  
 eã alien  
 tur, se  
 n ejus  
 verbo.

titul. in 6. *Clementin. 1. de reb. eccles. non alien.*  
Denique incommoditas aut damnum, seu inutilitas est sufficiens causa alienationis, *cap. citat. sine exceptione*: Et unaquæque harum quatuor causarum sufficit ad validè alienandum, & dicuntur casus à jure permitti; *ut dicit gloss. in summa 12. cap. 2. de rebus eccles. non alienand.* Nota etiam, quod, quando res, quæ alienatur, est damnosa vel præjudicialis ecclesiæ, aut monasterio, non est necessaria Sedis Apostolicæ licentia, eo, quod urgens necessitas faciat licitum, quod aliàs non erat licitum *cap. quod non est licitum de regul. juris*, & quia necessitas non habet legem *si quis propter C. de patribus, qui filios suos distrax.* Et ex axiomatibus juris habetur, quod adducta in favorem contrarium effectum non debent operari, *l. legatum ff. de adimpl. leg. l. quod favore C. de legibus, cap. quod ob gratiam de regul. juris in 6.* & inducta ad augmentum non debent operari diminutionem; *l. si à milite §. 1. ff. de militari testamento l. si Rufinus C. eodem tit. l. legata inutiliter ff. de legatis. 1.* Certum est autem, decreta Pontificia, superius relata, fuisse inducta in favorem & augmentum bonorum Ecclesiæ, non verò ad detrimentum, & damnum: ergò tunc non est necessaria talis licentia. Præterea alienatio rei litigiosæ in jure non reprobat, sed tantùm præcipitur substitutio alterius in ejus locum. *Bord. resol. 27. num. 9. Lezana verbo alienare n. 37.*

Nota



Nota etiam, quod, quando diximus requiri Capituli consensum, & singulorum subscriptionem, ita hoc intelligi debere, ut major pars congregati Capituli consensum dare debeat, quia, ex majoris partis consensu decretum, confertur id a capitulo decretum, modò duæ partes in loco præsentium sint congregatæ, nam duæ partes in urbe positæ totum conventum representant; & si pars major præsentium consentiat, sufficit, ut universitas consensisse dicatur, neque opus est in hoc absentes vocare aut expectare. *Layman. disput. canonica de Ecclesiastica alienat. cap. 2. n. 12. fol. 73.* Subscriptionem autem sufficit, si fiat à Notario, inserendo nomina religiosorum in instrumento alienationis.

Nota insuper, quod potest vendi domus, & fundus & ex pretio emi census, quia evidens est utilitas census, quam domus & fundus: census enim non est subjectus tot eventibus fortis, quot domus & fundus, domus comburitur, vel cadit, aut non habitatur, & fundus incultus sæpissimè remanet, census autem semper existit. Potest item vineola, petiola terræ utilis & separata, inutilis & longe posita, solemnitatibus prædictis vendi, & alienari, sed quando talium pretium non excedat valorem viginti quinque aureorum. Boves tamen, & equi, & cetera bestia vendi non possunt, quia sunt accipienda ad agros, & tanquam bona stabilia reputantur, sicut grex ovium; permutari tamen possunt.

debiliores in fortiores, *Bordonus resolut. 62. n. 1. & 15.*

De alienatione bonorum Ecclesiæ satis fuse tractarunt *Lexana cap. 10. 1. partis n. 1. & 4. & verbo alienare. Bordonus resolutione 27. resolut. 62. & resolut. 126. Cabassutius cap. 29. & Layman. disputat. Canonica in fine.* Et ad illos Lectorem brevitatis causa remittendum censeo, ne contrā intentionem nostram hoc speculum nimium repleamus.

XXV. Fæminas, cujuscumque status & conditionis existant, admittere intra clausuram monasterii prohibitum est viris religiosis: *ita Pius V motu proprio adito anno 1570. qui incipit, Regularium personarum: & Gregor. XIII. constit. qua incipit, Ubi gratia, idem Pius constit. de anno 1570. qua incipit, Decet Romanum Pontificem;* in qua declarat mentem suam & intentionem esse, & fuisse, comprehendere non solum mulieres habentes, & prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi monasteria, sed etiam omnes alias quascunque, tam in genere, quam in specie: exceptis puellis parvulis, quia in illis cessat occasio impuditiæ. Idem dicitur de Imperatricibus aut Reginis, quando intrant monasteria non occultè, sed magno comitatu, & ex bono fine, quod etiam extenditur ad illarum filias.

Fundatrices autem Monasteriorum, quantumvis sint nobiles, & excellentes, sub illa prohibi-


hibitione comprehenduntur, & Pius V. idem suo Decreto eas nominavit, & expressit, quas vis ducissas, & similes, *Rodriquez in expositione dicti motus proprii n. 3.* Ingredi tamen potest foemina monasterium causa medendi morbum gravi morbo laborantem, si infermitas tantum per ipsam curari possit, nec religio possit extrahi foras, quia lex humana non accipienda in tam gravi necessitate, *Rodriquez tom. 1. qq. regular. q. 46. art. 7. Sanchez 6. in decalog. cap. 7. num. 30.* Nomine autem Monasterii ea omnia intelliguntur, quae intra septa monasterii, ut hortus, viridarium vinea, &c. quia ea sunt proprie monasterii, aut pars monasterii, etiamsi habeant portam per quam absque claustrorum ingressu intrari possit; monasteria verò nondum fabricata, seu fabricari incepta, ubi non est communitas, sed solum aliqui pro fabrica, comprehenduntur sub prohibitione, quia non sunt verè monasteria. *Lexanac. 10. l. par. 10. & 11.*

Licitum est foeminis ingredi claustra Religioforum, quando in illis Missae, Officia, & Processiones celebrantur, aut in illis fidelium corpora sepeliuntur, aut concio habetur, quando talis est concursus populi, ut per ecclesiam transiri non possit, modo recto tramittant, & exeant per portam communem. *Pius V. in dicta constituit, decet Romanum*

*visum.* Pœnæ verò, quas incurrunt religiosi  
admittentes forinas intra monasteria, sunt  
privaciones officiorum, quæ in præfenti obti-  
nent, & inhabilitatis impostero ad illa, & alia  
omnia, & suspensionis ipso facto sine alia de-  
claratione. *Idem Pius V. Gregor. XIII. addit*  
*ultra hac excommunicationem Papa reserva-*  
*tam.* Pœnæ tamen istæ in Decretis appositæ,  
non solum obligant in foro exteriori, sed etiam  
in interiori conscientia, ita, ut ante iudicis sen-  
tentiam teneantur transgressores illas subire,  
quando vero sunt solum comminatoriæ, ut,  
quando dicitur pure sub pœna &c. incurrer-  
da, non incurruntur, nisi data sententia à iudi-  
ce, aut declaratione; probabilior tamen, & sa-  
nior sententia est, quod semper & ubique re-  
quiratur iudicis iudicium, & declaratio, non  
obstantibus illis verbis, absque declaratione  
aut sententia, quia reus numquam tenetur  
exercere in se pœnam sui delicti. *Idem Lexa-*  
*nanum. 29.*

XXVI. Pius V. in Bulla, quæ incipit *De sa-*  
*lute gregis*, 1567. præcipit omnibus clericis,  
tam regularibus, quàm secularibus, beneficia  
obtinentibus, vel in sacris constitutis sub pœna  
excommunicationis, ne agitationibus tauro-  
rum, aliarumque ferarum bestiarum intersint,  
& *Clemens VIII.* hoc expressè prohibet mona-  
chis, & fratribus mendicantibus, cæterisque  
cujuscumque Ordinis, & Instituti regularibus,  
& ob-

& obligat hæc constitutio etiam in casu, quod religiosus posset interesse simili spectaculo in scandalo aut nota; quando enim lex est de iusta, & honesta, etiam secluso scandalo, obligat ad sui adimplerionem *Rodriguez, tom. 3. regul. q. 68. art. 1.* Hæc autem excommunicatio est tantum comminatoria, & non incutitur, nisi post declarationem, & sententiam peccant tamen mortaliter clerici, & religiosi transgressores, etiam si non sint in sacris constituti.



## CAPUT XIV.

*De bonis & possessionibus, quarum capacia sunt Regularium monasteria.*

## SUMMARIUM.

- I. *Monasteria regularium possunt possidere bona stabilia.*
- II. *Quando monasteria possunt possidere feudum.*
- III. *Quomodo emphitefim.*

IV. *Monasteria sunt capacia jurisdictionis temporalis.*

V. *Etiam & majoratus, & quando.*

VI. *Possunt habere jus patronatus.*

VII. *Quibus modis monasteria bona illa, & jura acquirant.*

VIII. *Monasteria sunt capacia hereditatis, & legatorum.*

IX. *Legatum factum alicui religioso transit ad monasterium.*

X. *Legatum factum monasterio ad certum usum potest converti ad alium.*

XI. *Applicari possunt monasteriis egenis bona inventa, & incerta.*

XII. *Non prescribitur contra bona regularia nisi spatio quadraginta vel sexaginta annorum.*

XIII. *Non possunt bona unius monasterii ad aliud monasterium transferri.*

XIV. *Administratio bonorum monasterii ad quem pertineat, & quot actus includat.*

XV. *Quanam bona monasteriorum possint alienari.*

I. **C**ertum est, omnia monasteria, & domus regularium, seu virorum, seu mulierum, etiam

S

etiam

etiam mendicantium posse, bona stabilia seu immobilia possidere, & multò magis mobilia ita declarat *Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de regularibus*, exceptis tamen domibus Caponorum, & fratrum Minorum, qui de Observantia vocantur: per bona autem stabilia non solum intelliguntur ea, quæ fixam habeant radicem, ut sunt fundi, prædia, domus, vineæ, præta, &c. sed etiam jura fructifera, ut sunt census annui redditus, servitutes, & similia bona, quæ incorporalia dicuntur, ut feuda, & jurisdictiones, &c. *Abbas in cap. nulli de reb. eccles. non alien. Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 27. n. 16. n. 7.*

II. Capacia sunt eadem monasteria possidendi feudum, quando servitium petendum feudo est tale, quod possit à monasterio exhiberi, secùs autem quando est tale, quod exhiberi nequeat; pro cuius intelligentia sciendum est, feudum esse jus habendi rem aliquam immobilem quoad dominium utile, cum omnino obsequii vel servitii exhibendi primario seu principali, habenti dominium directum talis rei. Hoc posito, si obsequium, vel servitium exhibendum est ejus naturæ, ut à monasterio possit exhiberi, tunc monasterium capax esse possidet feudum, secùs vero si non possit exhiberi, quia feudum habet annexum illud omnino. *Lessius 2. de justitia c. 41. dub. 10. n. 84. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 15. num. 36. erit autem*

rem semper monasterium capax hujus oneris, quando servitium seu obsequium est reale, consistens in pecunia vel alia re tradenda patrono directo feudi: vel, si sit personale, non deceat religionem illud subire, vel casu, quo deceat, possit per substitutum exhiberi *Sanchez supra*. Unde nota, quod si servitium est incertum, & possit postulari ad libitum, eo, quod possit postulari à domino aliquid indecens, pro tunc monasterium non esset capax feudi; neque etiam si feudo esset annexa dignitas aliqua suprema aut regni, vel ducatus, marchionatus, aut comitatus, non enim capacia sunt monasteria istarum dignitatum, ergo neque feudi, cui annexæ sunt. *Azorius tom. 1. instituti. moral. lib. 12 cap. 8. q. 5.*

III. Capacia sunt etiam monasteria emphitevsis, quoties pensionis solutio non repugnat, aut non est indecens monasterio. Emphitevsis enim est jus habendi rem aliquam immobilem quoad dominium utile cum onere solvendi realem aliquam pensionem domino in recognitionem directi domini. Quoties igitur pensionis solutio non erit indecens, aut non repugnabit monasterio, capax erit emphitevsis, quia inter bona immobilia emphitevsis numeratur. *Azor. sup. q. 4.* Possunt etiam regulares dare bona immobilia monasterii in emphitevsum seu in feudum, servatâ solemnitate requisitâ pro alienatione bonorum Ecclesiæ. *Lezana 6. 19. tom. 1. 2. part. n. 5.*



IV. Sunt quoque capacia monasteria temporalis jurisdictionis, ut colligitur ex cap. cum dilectus de ordine cognit. ex cap. Abbate sane de sentent. & re judicat. in 6. Quia nihil est in jurisdictione temporali, quod impediatur, quo minus monasteriis convenire possit: si enim dicitur, indecens esse religiosos secularia negotia tractare, aut jurisdictionem criminalem exercere. Respondeo, quod hoc solum indicat talem jurisdictionem exercere non immediate per se, sed mediate per substitutos aut delegatos, & hoc verum est, ut in cap. finali ne clerici vel monachi in 6. Rodriguez tom. 2. q. 99. vel q. 78. art. 12. §. neque obstat alia decretalis.

V. Majoratus possunt possidere monasteria sive jurisdictionem annexam habeant, sive non, quia capacia sunt quorumcumque bonorum immobilium: colligitur ex Authent. in gressis C. de Sacrosanct. eccles. & Concil. Tru. sess. 25. c. 3. quia nihil est in majoratibus quod repugnet statui religioso: hoc intelligitur de majoratibus inferioribus, non autem de illis, quæ summam dignitatem annexam habent, ut sunt regnum, ducatus, marchionatus, comitatus, &c. quia ea munera, & ministeria non possunt exerceri per substitutos personarum sunt enim dignitates personales, ad quas institutio personarum est de jure gentium, & ex institutione earum requisita, rex enim personaliter debet adesse curiæ, cæteri debent assidue

bello, & exercitui. *Gloss. cap. scripsit verbo dignitas 27. q. 2. Rodriguez tom. 2. qq. regular. sup. cet. §. praterea licet.*

VI. Præfata etiam monasteria capacia sunt habendi jus patronatus, quod nihil est aliud, quam potestas præsentandi instituendum ad beneficium ecclesiasticum in Ecclesia, eo, quod eam fundavit, construxit, vel dotavit: quia in tali jure patronatus nihil est, quod repugnet religiosis domibus, vel sit illis indecens. *Lambertinus de jure patronatus lib. 1. part. 1. q. 8. art. 9. num. 7. Rodrig. tom. 2. qq. regul. q. 122. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 14. n. 5.*

Ad hoc autem, ut aliquis sit patronus, seu habeat jus patronatus in monasteriis, aut Ecclesiis regularium, requiritur, quod illud acquirerit uno ex modis assignatis, (scilicet) fundatione, constructione, vel dotatione: Fundatione, quando assignavit fundum, ubi construi deberet *cap. nobis de jure patronat. Construtione, quando fecit expensas pro construenda de novo ecclesia. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 11. q. 10.* Dotatione autem, quando eam fundatam, & constructam dotavit sufficienter arbitrio ordinarii, *hinc versus: Patronum faciunt dos, edificatio fundus. Rodriguez tom. 2. qq. regular. q. 49. art. 7. Layman. lib. 4. tractatu 2. cap. 13. n. 1.* Ex quibus prædictis tribus causis acquiritur jus patronatus, in-  
ter veniente autoritate, & consensu Ordina-  
rii,

rii, & non aliter, ex cap. nobis de jure patronatus. Nota autem, quod dotans insufficienter ad arbitrium ordinarii non acquirit jus patronatus, sed dicitur tantum benefactor; Nota etiam, quod plures possunt esse patroni, nempe si alius fundavit, alius ædificavit, & alius dotavit. Layman. citatus supra n. 2.

VII. Acquirunt autem monasteria hæc jura seu bona tribus modis, donatione scilicet, translatione facta ab eo, qui illud habebat, & erat patronus dum facultate donandi; non est autem jus patronatus vendibile, esset enim materia simoniæ. Cætera jura & immobilia acquiruntur donatione, emptione vel successione; hisque modis monasteria posse acquirere constat ex jure communi, ex praxi Ecclesiæ, & ex multis religionum privilegiis. Praxis Ecclesiæ nota est apud omnes; Jus commune habetur in cap. nullum 18. q. 2. Suarez tom. 1. de religion. lih. 2. cap. 26. Privilegia quoque multa afferri possunt, de quibus Casarubbius in compendio privilegiorum mendicantium verbo benevolentia, verbo elemosina, verbo hereditas, verbo legatum, verbo possessiones fratrum. Excipitur ab ultimis acquirendi modo per successionem religio civitatis Jesu, quoad collegia; sicut patres Carmelitani Discalceati Hispaniæ in suis collegiis. Prædicta namque collegia, quantum ad hoc punctum succedendi, intelligi debent excepta in bonis scilicet suorum religiosorum. Lecan. cap. 19. tom. 1. 2. parte n. 13.

VIII. Acquirere etiam possunt monasteria quævis bona temporalia jure hæreditario, seu ut hæredes *l. finali §. hoc etiam C. de Episcop. & cleric.* quia id non repugnat voto paupertatis, cum non sibi religiosi, sed monasterio acquirant. Extenditur etiam hoc ad collegia Societatis, & ad domos professas; etsi etenim prædicta collegia in suorum bona non succedant, possunt tamen institui hæredes. Similiter, licet domus professæ immobilia possidere non possint, hæredes tamen possunt institui, siue bonorum mobilium siue stabilium, non ut ista retineant, sed ut vendant, *Sanchez lib. 7. in decal. cap. 27. n. 1. & 15. Lexana sup. n. 44.* Hoc tamen non extenditur ad Minores de Observantia, & Capucinos, quia hoc est illis expressè prohibitum ab Ecclesia *in cap. exiit de verborum significatione in 6. Rodriguez tom. 2. qq. regular. q. 78. art. 2.* legari tamen illis potest sicut cæteris omnibus, quamvis illorum monasteria institui hæredes nequeant *ex eod. cap. exiit*, quia legatum est quædam donatio à defuncto relicta ab hærede præstanda *§. Legatum instituit. de legat. & hered. & l. regia 1. tit. 9. part. 6.* At prædicti, & eorum cœnobita sunt capacia ut sibi donentur; ergo, & ut sibi legetur, & extenditur ad domos professas, esto bonorum immobilium non sint capaces sicut hæredes institui possunt. *Rodriguez tom. 2. qq. regul. q. 125. art. 6. Lexana sup. num. 45.*

IX. Legatum relictum alicui religioso particulari transit ad monasterium, cum monasterio acquirat quicquid acquirat; quod, si religiosus acceptat donationem aut legatum ab eoque sui Superioris licentia, peccat, quia vel acceptat sibi, vel monasterio; si sibi, est propriarius, si monasterio, & non habeat consensum suum implicitum, usurpat auctoritatem illius. Talis tamen acceptatio, si est in favorem monasterii, tenet, quia semper præsumitur voluntas monasterii, & Ecclesie in his, quæ cedunt illius utilitati. Veruntamen legatum factum religioso ea conditione, ut ad ipsum, non vero ad conventum spectet, maxime si testator dicit se velle, ut dominium illius pertineat ad religiosum, & quod, si secus fiat, pertineat ad extraneum, valebit tale legatum, talisque conditio habenda est pro non adjecta, quia conditiones turpes adjectæ legatis non vitiant, sed potius vitiantur, ac proinde habentur pro non adjectis: Hæc autem conditio turpis est & scelerata, utpote contra votum paupertatis: ergo pro non adjuncta censetur, quia adjectio pœnæ actui interdicto est ipso jure nulla, *in fine C. de his quæ pœnæ nomine relinquuntur.* legatum vero erit validum pro conventu.

X Legatum factum monasterio ad certum usum, v. g. pro indumentis fratrum aut alio posse converti à Prælati ad alium v. g. ad panem, & vinum emendum, tenent *Rodriguez*

*tom. 2. 99. regular. 9. 1. 85. art. 9. & Peyrinis tom. 1. privilegiorum in constit. 2. Iulii 11. §. 26. n. 72. 74. & 75.* Causa tamen legitima talis commutationis necessario requiritur, neque enim id fieri potest jure communi sine urgenti & maxima necessitate, solus enim Papa potest ultimam testatoris voluntatem alterare. *Lezana cap. 19. 2. part. tom. 1. n. 47. & part. 1. tom. 1. cap. 18. n. 93.*

XI. Monasteriis egenis regularium possunt applicari bona inventa, quorum dominus ignoratur, facta diligentia sufficienti. Idem dicendum de bonis incertis male acquisitis ex contractu, furto, aut alia defraudatione, quorum, facta diligenti inquisitione, dominus ignoratur, quia, cum omnia supra dicta possint applicari pauperibus, possunt etiam applicari monasteriis indigentibus, non tamen divitibus *Bonacin. de contract. disp. 1. 9. 3. part. 4. n. 8. & Lessius lib. 2. de justitia cap. 14. n. 49.*

XII. Contra bona regularia, cum sint vere ecclesiastica, non praescribitur, nisi spatio quadraginta annorum; & hoc de jure communi *cap. de quarta, de praescription. ex privilegio vetero Eugenii IV. Bulla 7. n. 7. ejusd. Eugenii. dicta praescriptio extenditur ad annos sexaginta. Rodriguez tom. 1. Bulla 7. hujus Lezana supra n. 61.*

XIII. Prohibetur regularibus, bona monasterii, sive mobilia pretiosa, sive immobilia sint,  
S 5 in

in aliud monasterium transferre, quia talis translatio est aliqua species alienationis. *Bonacina de alienat. bonorum ecclesia disput. unicus punct. 2. n. 9.* Alienatio autem bonorum immobilium, vel mobilium pretiosorum monasterii est prohibita, ut diximus precedenti cap. n. 24. Ergo &c. per bona verò mobilia pretiosa intellige vasa aurea, & argentea, vestes pretiosas, gemmas, copiosam librorum bibliothecam, greges ovium, & armentorum, multitudinem arborum fructum ferentium, & similia quæ quoad æstimationem immobilibus comparantur, *Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 27. n. 18.* De cæteris verò mobilibus superiores possunt disponere, alienare, & vendere in utilitatem monasterii, juxta leges & consuetudinem religionis, ut colligitur ex *cap. 1. lam 18. q. 2. Lezana sup. n. 56.*

XIV. Secundum antiquam religionum institutionem tota administratio bonorum monasterii erat apud Abbates seu Superiores, hæc maxime convenit Prelato, ut debitas honores, & reverentia in omnibus servetur. *Suarez 4. tom. de relig. tractat. 8. lib. 2. cap. 26. n. 1.* Talis autem administratio intelligitur, ut quoad acquisitiones, receptiones, conservationes, quàm quoad alienationes; super quibus omnibus est attendendum ad leges seu constitutiones vel consuetudines particularium religionum, in quibus limitatur vel declaratur

periorum auctoritas. Sciendum verò, quod administratio bonorum monasterii tres præcipue actus includit, scilicet receptionem, sub qua comprehenditur omnis actus acquisitionis; conservationem, sub qua comprehenditur omnis actio, quæ pertinet ad gubernationem, augmentum, custodiam, & usum bonorum; & alienationem, sub qua comprehenditur omnis consumptio, distractio, seu alienatio. *Suarez supra citat.*

XV. Quæ vero bona monasteriorum possint alienari, jam superius diximus *precedenti capite n. 24. S. nota insuper, C. n. 13. hujus capituli in fine.*



## CAPUT XV. De familiaribus Regularium eorumque Privilegiis.

### SUMMARIUM.

- I. Quis dicatur familiaris regularium, & quid requiratur.
- II. An sint familiares personæ regulares aut ecclesiasticæ.
- III. An possint omnia Sacramenta recipere & quomodo.

IV. An



IV. *An possit illis sepultura concedi.*

V. *An possint excommunicari ab Episcopis.*

VI. *An fruantur privilegiis religiosorum in articulo mortis.*

I. **F**amiliaris, seu ervitor regularium dicitur ille, qui illis inservit, & cum illis cohabitatur, ita, ut sit ipsorum quasi commensalis. *cap. ultimo de verborum significatione in 6. Suarez, tom. 4. de relig. tractat. 10. lib. 9. c. 4. n. 34.* sive propter stipendium, sive gratis inserviat. Requiritur tamen, ut dicatur vere familiaris, quod continuò vel quasi continuò in regularium domo cohabitetur, quia aliàs non vocaretur familiaris, ac per consequens nec familiaris. *Et si pro aliquo tempore absens, sive ad propria, sive ad monasterii peragenda negotia, familiaris nomen non perdit.* *Gloss. in cap. ultimo de verborum significatione in 6. Suarez, Sup.*

II. Regulares personas non esse constatur, quia vota solemnia non emittunt; an vero personarum ecclesiasticarum sint dicendæ, quia ad ecclesiasticas personas pertinent, & sint quasi ipsarum bonorum aliqui dubitant. Tamen esto, quod secundum quid ecclesiastici juris dici possint, absolute nomen & simpliciter dicendi sunt seculares, & laici: & quia aliàs clerici non sunt. *Lex. ana cap. 1. tom. 1. 2. part. n. 2.*

III. Familiares præfati, qui actu monasterii

inerviunt, & intra septa eorum ac domos ressi-  
dent, & sub obedientia, servili tamen, vivunt,  
possunt à prædictis regularibus sacramenta re-  
cipere, scilicet sacramentum Pœnitentiæ, mo-  
do sit Confessarius approbarus ab Ordinario,  
*Concil. Trident. sess. 23. cap. 15.* item sacramen-  
tum Extremæ Unctionis & sacramentum Eu-  
charistiæ. Pro administratione autem istorum  
sacramentorû, familiaribus non requiritur ali-  
qua approbatio Ordinarii cum jure communi  
pro illis non requiratur: Excipitur nihilomi-  
nus ab istis privilegiis sacramentum Matrimo-  
nii, quia ad hoc requiritur parochus, *Concil.  
Trident. sess. 24. cap. 1.*

IV. Sepultura pariter potest concedi à re-  
gularibus suis familiaribus conditiones supra-  
dictas habentibus ex concessionibus *Alexand.  
IV. Sixti IV. & Leonis X. Rodriguez tom. 2. 99.  
regular. q. 67. art.*

V. Familiares præfati, durante eorum obse-  
quio, intra regularium septa residentes, & sub  
eorum obedientia viventes, non possunt ab  
Episcopis excommunicari, aut interdicti, nisi  
causam dederint excommunicationi, aut con-  
siliium dederint vel auxilium & favorem præ-  
stiterint.

VI. Fruuntur prædicti familiares in eorum  
mortis articulo privilegiis & indultis ipsis fra-  
tribus concessis, *ita Julius II. in Bulla dudum,*  
quæ non extenduntur, nisi ad ea, quæ pertinent  
ad

ad ipsorum salutem. Pro indulgentiis verò ca-  
veri debet, ne sint vivæ vocis oracula ab Urba-  
no VIII. revocata: familiares verò, qui parti-  
cularibus tantum religiosis intersunt, nisi  
Prælati sint designati, non fruuntur dictis pri-  
vilegiis. Quod si item fratres perdidierint ta-  
lia privilegia per non usum vel revocationem  
aut alio quovis modo, etiam familiares illa per-  
dent, quia dependent à fratribus ipsis com-  
municantur. *Rodriguez tom. I. qq. regulæ  
q. 55. art. 21.*



## CAPUT XVI. *De Beneficiis Regularibus.*

### SUMMARIUM.

- I. *Quid sit beneficium, & quotuplex.*
- II. *Regulares sunt capaces beneficiorum.*
- III. *Debent provideri regulares ejusdem  
Ordinis & non alterius.*
- IV. *Debent esse professi vel professuri.*
- V. *Religiosus unius monasterii non est capax  
beneficii alterius monasterii.*
- VI. *Beneficia regularia non sunt simpliciter  
beneficia.*

- VII. Provisio beneficii regularis electiva pertinet ad capitulum Conventus.
- VIII. Pro beneficiis regularibus, curam animarum habentibus, requiritur examen & approbatio Episcopi.
- IX. Subsunt immediatè Episcopi jurisdictioni, visitationi & correctioni in his, quæ ad curam & administrationem sacramentorum pertinent.
- X. Cogi possunt regulares à Prælato ad acceptandum beneficium regulare.
- XI. Religiosi beneficiarii tenentur ad omnium statum religiosum spectantia, quæ beneficio non contradicunt.
- XII. Quidquid acquirunt, Ecclesiæ, cui serviunt, illud acquirunt.
- XIII. Quando dicatur vacare beneficium regulare.
- XIV. An possint tolli & amoveri sine causa.
- XV. An possint eidem Religioso conferri duo beneficia.
- XVI. Quas expensas possunt facere beneficiarii regulares.
- XVII. An possint bona acquisita in beneficio deferri ad monasterium.

I. Beneficium Ecclesiasticum, aliud est seculare, & aliud est regulare: De beneficiis regularibus hinc agimus, & in genere definitur (id est, prout abstrahit à seculari & regulari) Jus perpetuum recipiendi redditus ex bonis Ecclesiæ, ratione spiritualis officii, ecclesiasticæ auctoritate constitutum. *Layman lib. 4. tract. 2. cap. 1. n. 1.* Duæ namque res in beneficiis comprehenduntur, scilicet fructus temporales & ecclesiasticum ministerium, cujus exercitio causa fructus assignantur, unde regula: *Beneficium datur propter officium: cap. ultimo de scriptis in 6.* & in ratione beneficii duo ista sunt ab invicem inseparabilia, ut docet *Canon. quis objecerit 1. q. 3.* Istique redditus & emolumenta annua sub nomine beneficiorum prestare solet ecclesia cum obligatione strictius militandi Deo, & certæ Ecclesiæ obsequia prestandi, sicut olim à Romanis Imperatoribus agrorum portiones sub nomine beneficiiangebantur, ut hoc quasi vinculo strictiori principis obsequio & militia addicerentur: de quo meminit *Lampridius in Alexandro Severo.*

II. Capaces sunt regulares beneficiorum regularium, quod ex ipsis terminis est manifestum, cum ista beneficia non nisi regularibus concedantur & conferantur, *cap. Cum super de prebendis in 6. & Clement. 1. de electione.* & eis solum administrantur: Unde sequitur, quod sunt ipsorum capaces. *Sylvester verbo regis*

Quia nihil est in religioso, quod repugnet beneficii regularis administrationi: etenim voluntate superiorum conceduntur, nec repugnat obedientiæ votum, nec castitas, nec paupertas, quia habet tantum usum & administrationem seu dispensationem bonorum beneficii. *Lexana cap. 18. 2. part. 2.*

III. Debent provideri beneficia regularia ipsismet ejusdem ordinis regularibus, & non aliis alterius Ordinis, ita enim habetur *cap. Cum singula 32. de prabendis in 6. & Concil. Trident. sess. 14. cap. 10.* Unde non possunt duo religiosi diversi Ordinis permutare beneficia regularia, quæ ab ipsis possidentur, etiamsi interveniat suorum Superiorum licentia, quia neuter est capax beneficii alterius Ordinis, nec Superior unius habet auctoritatem supra beneficium alterius, *Sanchez in decalog. lib. 7. cap. 29. n. 31.*

IV. Religiosi, quibus conceduntur beneficia regularia, debent esse professi vel saltem habitum suscepturi, & in ea religione professuri, scilicet intra certum tempus, *Concil. Trident. sess. 14. cap. 10. & ita sacr. Congr. declaravit.* Ad quod intelligendum, nota, quod, si isti religiosi professi non sint, beneficia regularia ipsis non conceduntur, nisi conventionem factam, ut intra certum tempus ad professionem emittendam teneantur. *Sanchez lib. 7. cap. 4. n. 24. in decalog. Addit Rodriguez tom. 1. qq. regul. 9. 34. art.*

T

34. art. 3. Tales debere esse expressè professio  
vide declarationem sacre Congregationis a  
pud Gonzal. ad regul. 8. Cancellarie gloss. 8. n. 71  
Barbosa in collect. bullar. verbo Abbatis.

V. Similiter Religiosus unius monasterii  
non est capax beneficii regularis alterius mo-  
nasterii ejusdem Ordinis, cap. *Cum singula*,  
*prohibemus de prebend. in 6.* Rodriguez tom. 1.  
qq. regular. 9. 34. art. 8. Sanchez lib. 7. in  
cal. cap. 29. n. 29. & ideo non possunt de  
Religiosi ejusdem Ordinis, diversi tamen mo-  
nasterii, permutare beneficia regularia, qua  
licentia suorum Superiorum possident, qui  
neuter est capax beneficii alterius, & Superi-  
orius non habet auctoritatem supra benefi-  
cium alterius: Unde nec Papa solet concedere  
facultatem regularibus assequendi beneficia  
alterius religionis, nisi transferendo illorum  
monasterium, ad quod spectat beneficium  
Barbosa de jure ecclesiastico, lib. 3. c. 13. n. 11.  
Lezan. de beneficiis c. 18. tom. 1. 2. part. n. 1.

VI. Beneficia regularia, regulariter loquendo,  
non sunt dicenda beneficia simpliciter, sed  
solum manualia: ratio est, quia regulariter  
sunt firma, & perpetua, qualia sunt secularia  
sed sunt amovibilia ex voluntate Superioris  
eo, quod regularis, cum beneficium accipit,  
non eximitur à sui Superioris obedientia, &  
potest illum amovere. Rodriguez tom. 1.  
regul. 9. 34. art. 2. Sanchez lib. 7. in decalog. 35.

29. n. 106. Dixi regulariter, quia aliquando beneficia regularia non sunt manualia seu amovibilia, & sunt tunc simpliciter beneficia, quando scilicet, vel ex eorum institutione, vel ex recepta consuetudine, vel ex privilegio Papæ fuerint perpetua, vel quando beneficii regularis collatio non spectat pleno jure ad Superiorem, vel ad ipsum monasterium, sed simul ad Episcopum, vel alium Prælatum; Et tunc erit perpetuum & non manuale aut amovibile, sed simpliciter beneficium, ita *Suarez* 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. n. 20. & 23. Ut autem beneficium regulare transeat ad seculare, aut è contra, requiritur possessio quadraginta annorum, cap. cum de beneficio de præbend. in 6. juncta gloss. in verbo legitimas, quæ tamen possessio debet esse bonæ fidei, quia malæ fidei possessor numquam præscribit, *Sanchez* sup. n. 16. *Lezan*. sup. n. 6.

VII. Provisio beneficii regularis, quæ electiva dicitur, id est, quæ fit per electionem canonicam suffragiorum, pertinet ad Capitulum conventus, accedente confirmatione Superioris. Provisio verò, quæ collativa vocatur, & confertur auctoritate Superioris, spectat vel ad solum Superiorem, vel ad ipsum cum Capitulo, juxta varia statuta & consuetudines religionum. Ubi vero de his non constat stando in jure communi, pertinet ad Superiorem cum consensu majoris partis conventus. *Sanchez*





lib. 7. in decalog. cap. 29. n. 108. Suarez tom. 4. de relig. tract. 3. cap. 19. n. 4. Sacra Congreg. apud *Barbosam* in collect. bullar. verbo cura animarum.

VIII. Pro beneficiis regularibus, curam animarum habentibus, semper requiritur examen & approbatio Episcopi. *Barbosa de off. & potest. Episcop. allegat. 74. n. 18. & 24.* & dicitur declaratum à sacrâ Congregat. Concil. quoties denuo religiosi ad curam animarum exercendam deputantur, esse iterum ab Episcopo examinandos & approbandos. *Barbosa in collect. bullar. verbo Abbas 1. §. ultim. utrumque colligitur ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 11. de regularib.*

IX. Et in hoc casu beneficiarii regulares sub sunt immediatè jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum in his, quæ ad curam & sacramentorum administrationem pertinent. *Concil. Trid. sup. & sacr. Congreg. apud Barbosam in collect. bullar. verbo fratres 5. §. 2. annis:* Loquendo tamen de regularibus inferioribus beneficiis simplicibus de suorum superiorum licentiâ; cum talia beneficia sunt membra monasteriorum seu religionis, non possunt ab Ordinariis visitari. *Barbosa in collect. bullar. verbo regulares 1. Concil. Trident. eodem cap. 11. supra citato, excepto monasterium Cluniacense cum suis limitibus & alia monasteria seu loca, in quibus Abbates*

generales aut ordinum Capita sedem ordinariam principalem habent, & alia, in quibus regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem & temporalem in parochos & parochianos exercent, salvo tamen jure eorum Episcoporum, qui majorem in prædicta loca vel personas jurisdictionem exercent; hæc sunt ipsa Concil. verba *Regulares verò electi vel nominati ad beneficia regularia servienda non debent vocari ad concursum, sed sufficit ut examinentur & approbentur ab ordinariis.* Et ita fuit determinatum à sacr. Congreg. Concil. ut testatur *Sixtus V. in Bulla ex invicto: Barbosa in colle-ctan. bull. verbo examen.*

X. Cogi possunt regulares à suis Prælatibus ad acceptandum beneficium regulare, est enim justum præceptum, neque excedit latitudinem religiosæ obedientiæ; gubernatio enim beneficiorum monasterii valdè pertinet ad ejusdem utilitatem, *Suarez tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. n. 23.* & extenditur ad beneficium paucos redditus habens, dummodo possit in illo religiosus sustentari: *Rodrig. tom. 1. qq. regul. q. 34. art. 3.* addit, non posse cogi ad accipienda beneficia, sive sint regularia, sive secularia aliorum Ordinum, aut alterius monasterii etiam ejusdem Ordinis. Sed hoc est limitandum, scilicet cogi posse ad hæc omnia, si ab habente auctoritatem conferantur, & cedat hoc in bonum & utilitatem suæ religionis, quia hoc

concernit regulam quam professus est, & cum dictis conditionibus res est iusta & honesta & licita acceptare. Debet autem religiosi sive conventibus beneficiis, aut Ecclesiis parochialibus congruum salarium assignari pro ipsorum sustentatione, ne ex salarii parvitate aliunde quærere, unde vivant, & animarum curam negligere cogantur. *Cancil. Trid. de reformat. cap. 7. sess. 7. Rodrig. tom. 1. qq. regul. q. 36. art. 1.*

XI. Beneficarii regulares obligantur ad omnia statum religiosum spectantia, scilicet præcepto obediendi suis Superioribus, cum veris illis sint subiecti; præcepto portandi habitum, votis specialibus sui Ordinis, & observantiarum regularibus, & constitutionibus suæ religionis quatenus non repugnant muneri, quod gerunt; eo, quod verè maneant sub iugo religionis, quantum in privatis domibus, & extra monasterium fieri potest. *Suarez 4. tom. de rebus tract. 8. lib. 3. cap. 19. n. 6.* non tamen tenentur solvere officium divinum juxta ritum sui religionis, sed ecclesiæ, cui serviunt. *Lezana cit. sup. n. 14.* Si tamen redditus pro habendo socio non sufficiunt, ab hoc munere sunt immunes, nisi in casu, quo socius alio honesto modo sustentari possit: in his verò, quæ pertinent ad utilitatem beneficii & rectam ipsius administrationem, tenentur obedire illis, quibus subiecta est Ecclesia. *Suar. sup. n. 18. & 19.*

XII. Quidquid acquirunt beneficiarii reg-

lares intuitu Ecclesiæ, cui acquirunt, illi acquirunt; quæ autem acquirunt intuitu religionis, cuius sunt, vel aliunde, religioni acquirunt. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 32. n. 76. Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. num. 8. De bonis verò beneficii, quo potiuntur, debent, sicut boni dispensatores, 1<sup>o</sup>. providere ipsis ecclesiis, deinde pauperibus sibi subiectis, si quid verò superfuerit, licet sit securius Ecclesiam augere, probabile tamen est, posse monasterio suo donare, quia est opus religionis & misericordiæ nullo jure prohibitum, imò permissum, eo, quod sint ipsorum bonorum dispensatores, Suarez citat. n. 10.

XIII. Vacare dicuntur beneficia regularia collativa, quoties Superior revocat collationem, hoc enim est, esse manualia & dependere à nutu Superioris. Federic. in tract. permutationum, q. 16. Sanchez, lib. 7. in decal. c. 29. n. 107. etiamsi beneficium sit collatum à Superiore pro toto vitæ tempore, quia beneficium semper manet sub Superioris potestate, etiamsi promiserit, se non revocaturum, quia talis promissio est irrita, cum sit contra jus & naturam beneficii, quod petit esse revocabile ad nutum Superioris, Sanchez sup. n. 125. nec requiritur aliqua causa, ut talis revocatio sit valida, quia Prælati utitur jure suo erga rem & personam. Sanchez ibid. n. 3. additur ex sac. Congreg. Concil. declaratione apud Barbosam in collect. bullar.

*bullar. verbo Abbas* 1. posse Abbates Ordinum invito Episcopo, revocare absolute ad monasterium Religiosos, exercentes curam animarum in Ecclesiis, quæ sunt unitæ ipsis monasteriis, ad hoc autem, ut hoc licitè, & prudenter fiat, non requiritur culpa beneficiarii, sed quicumque causa rationabilis, ut utilitas vel commoditas religionis aut Ecclesiæ, *Suar. 4. tit. de rel. tr. 8. lib. 3. n. 21. c. 19.* Si verò scandalum vel infamia oriatur beneficiario ex talis vocatione, tunc requireretur major causa; ac si talis revocatio esset facta malo animo, malitia aut odio, posset spoliatus implorare auxilium Superioris prælati contra eum, qui ipsum indobito modo spoliavit. *Lessius de justit. & jur. cap. 41. dub. 12. n. 98. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 29. n. 115.* In aliis verò occasionibus, etiam si sine causa spoliatur, non potest agere contra Superiorem, nisi proponendo aut supplicando pro restitutione. Non tamen vacat prædicta beneficia morte superioris conferentis, quia per solam mortem non inducitur revocatio, *cap. si delegatus de off. delegati in 6. Secus si beneficii concessio esset solum ad beneplacitum Superioris, quia omne beneplacitum cessat morte concedentis cap. si gratiose de rescript. in 6. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 29. n. 113.*

XIV. Beneficia vero electiva absque legitima causa tolli non posse à beneficiariis multum dicitur

dicunt; ac proinde esse perpetua, sed in hoc attendenda est consuetudo patriæ & religionis, multa enim officia, in religionibus per electionem concessa, revocantur à supremo prælato sine alia causa, quam illa, quæ spectat ad bonum regimen Ordinis; si tamen sint perpetua & non manualia, scilicet ex institutione, consuetudine, vel Pontificis privilegio, non possunt sine culpa illa possidentes removeri, quia hæc est qualitas beneficii perpetui, & in hoc casu potest spoliatus agere contra Superiorem spoliantem, utpote contra injustè procedentem. Beneficia item manualia ex natura sua si à Papa immediatè conferuntur cum clausula, ut retineantur toto vitæ tempore, revocari non poterunt, *Innocent. cap. cum inter R. statim in principio de elect. Lexana cit. n. 19. 20. & 21.*

XV. Eidem regulari duo vel plura beneficia à Superiore ordinis concedi non possunt, nisi unum ab illo dependeat, vel ad invicem sint annexa, ita enim deciditur *cap. cum singula in principio de prebend. in 6. Rodriguez tom. 1. qq. regul. q. 34. art. 9. & requiritur sedis Apostolicæ auctoritas, Azorius tom. 1. institut. moralium lib. 12. cap. 12. Layman. libro 4. Theolog. moralis tract. 2. cap. 8. assertione 6. n. 8. etiam si dicta beneficia sint ejusdem Ordinis aut monasterii; Et addunt, quòd neque capellam, vel pensionem, vel portionem monachalem regularis unà cum beneficio habere possit, quia*

qualecumque beneficium est incompatible in religioso cum primo, quin nec Papa dispensare solet, ut duo habeat in titulum, sed unum in titulum, & alterum in commendam. *Layman, sup.* Si verò beneficia sunt compatiblea, eidem poterunt conferri, modò indigeant ad hanc sustentationem. Compatiblea autem dicuntur, quæ vel nullam, vel non impossibilem residentiam exigunt. *Concil. Trident. 24. cap. 17. de reformat.*

XVI. Beneficarii regulares tam liberè possunt impendere de suis redditibus in eleemosynas, & pia opera, sicut & beneficarii seculares; non possunt tamen facere expensas superfluas, aut donationes illicitas, sed eas, quæ necessariae, utiles, & convenientes fuerint beneficiis, quos possident, & statui ipsorum; etenim quantum ad donationes superfluas, & illicitas, eodem modo, ac alii adstringuntur constitutioni Clementis VIII. de largitione munerum, *Bonacini de largitione munerum puncto 2. n. 2. Letan. cit. n. 33.*

XVII. Religiosus, revocatus à beneficio regulari, quod gerebat, potest ea bona, quæ habebat ex prædicto beneficio usui suo applicata ad monasterium deferre, quia, etsi fuerint fructibus beneficii, cum sibi fuerint legitime applicata, sequuntur ipsum quocumque loco possunt ergò ad monasterium cum ipso venisse non ut eorum administrationem habeat, sed

prius, sed ut incorporentur cum cæteris bonis  
monasterii, juxta regulam, & Ordinis statuta.  
Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. n.  
11. Lezan. cit. n. 28.



## CAPUT XVII.

### Quam necessaria sit regulari- bus oratio.

#### SUMMARIUM.

- I. *Necessarium religiosis orationis exerci-  
tium.*
- II. *Oratio est unicum remedium ad perseve-  
randum in perfectione.*
- III. *Oratio monachis seu religiosis maximè  
commendatur à sanctis Patribus.*
- IV. *Quantum inserviat orationis assiduitas.*
- V. *Finis religiosi debet esse jugis orationis, &  
indisrupta perseverantia.*

I. Religionem stare, aut stabiliri non posse  
sine orationis exercitio, omnes conve-  
niunt; & potius crederetur hominem sine ani-  
ma posse consistere, quàm religionem perfe-  
ctam sine oratione; nec minus improprie ca-  
daver



daver hominem, quam religiosum perfectum sine oratione, licet appellare: Necessarium igitur est religioso continuum orationis exercitium; eo, quod per congressum cum Deo familiarem, qui fit in oratione, mens avocatur ab omni prudentia, & fastu mundano: & Deus præsens offertur: quocirca, qui cor suum ab omni sorde expurgare contendit, illud semper accendat jugi orationis exercitatione, & operam nunquam intermittat, qui curiosam peccatorum putrilaginem à se cupit excutere, sed orationi semper incumbat. *ita venerabilis Antistitus monachorum pater.*

Neque per aliam viam religionis perfectionem assequi potest Religiosus, nisi per orationis exercitium, *ita Bernardus in opusculo quod Scala claustralium dicitur.*

II. Joannes Hierosolymorum antistes, dum Religioso remedium unicum ad perseverandum in perfectione præscribit, illi iter orationis ostendit. *Orabis, inquit, si vis in perfectione perseverare & dices: Deus Deus meus ad te luce vigilo.* Ecce remedium unicum perfectionis ab hoc Antistite in exercitio orationis prescriptum.

III. Orationem religiosi maxime commendant Sancti Patres, & imprimis sanctus Basilianus in constitutionibus monasticis cap. 1. ait: *Oratio debet omnibus rebus anteponi; est enim primarius Religiosæ vitæ scopus; & in sermone*

instituit monachorum, dicit: Ad orationem nulla non vitæ pars opportuna habenda est: ac tandem in moralibus pro regula 66. hanc posuit, Vigilate omni tempore, orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione, semper gaudete, sine intermissione orate. 2º. D. Hieronymus in epistol. ad Rusticum, quem de monachatu instruere conatur, sic habet; Oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis cogitationibus patens, corpus pariter, & animus tendatur ad Dominum, egredientes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea occurrat ante sessionem, nec prius corpusculum requiescat quàm animum pascat; & in regula monachorum cap. de contemplatione, & oratione sic habetur. Assuescat, scilicet Religiosus, ad orationes, & psalmos nocte consurgere; manè hymnos canere, tertia, sexta, & nona hora in acie stare, quasi bellatorem Christi, accensaque lucerna sacrificium reddere vespertinum. Sic dies transeat, sic nox inueniat laborantem, Orationi lectio, & lectioni succedat Oratio; & in regula monachorum cap. 26. moniales etiam de eodem exercitio sic admonet: O ineffabilis gloria, in fragili siquidem corpore Deum intreri potestis, hic quæso mens vigeat. Hæc dies diei erudet verbum, & scientiam, hanc nocti Angelicis choris Sanctorum societatibus, die studeatis interesse, ut postmodum in corporis exitu vobis gaudentes lætiantur tanquam

tanquam notis occurrant. Denique ipse Hieronymus in psalm. 115. sic concludit, quod faciunt Angeli in cælis, hoc Monachi faciunt in terris. O felix orationis donum, quod monachos in terra viventes Angelis in cælo de gentibus æquat. 3<sup>o</sup>. Sanctus Pater Augustinus in Psalm. 99. Loquendo de magnis Viris religiosi, dicit, ideo tales esse, id est magnos, qui quotidie in hymnis, in orationibus, in laudibus Dei inde vivunt. Idem de morib. eccles. cap. 31. lib. 1. Sic ab ipso vocantur, perfruente colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt & ejus pulchritudinis contemplationi beatissimi, quæ nisi sanctorum intellectu percipi non potest, & sermone 22. ad fratres in eremo: Servis Dei, & solitariis, necessaria est oratio, per quam Deus pacatur, per quam Deus ad nos inclinatur. Orate igitur fratres mei, orate, & nolite deficere. Sicut enim proprium est canibus latrare, ita proprium est eremi cultoribus orate. Clamate igitur orando, & nolite deficere, clamate non solum voce, sed maxime; Ecce semper auditis in deserto ardeantem & laudantes Deum factorem suum. 4<sup>o</sup>. Sanctus Ephrem Siri, dicit, Scutum Monachi inexpugnabile est hymnus in ore ejus, hymnus vero, si plusquam hymnus diligatur, monachi est. Rursus ait, Admirabilis factus Monachi per orationem redditur. Item, Emissus acutissimus adversus diabolum est psalmus

in or  
ratio  
temp  
niqu  
nach  
glori  
tuo v  
num c  
dus in  
tapho  
oratio  
tur.  
fo, qui  
cepit, d  
xilio ac  
bis, qu  
moveb  
debet.  
IV.  
Nilus A  
exerciti  
semper  
gis. S  
cogitati  
extirpat  
gitation  
pharma  
quæ agi  
plum De  
licet ora

in ore Monachi. Clarius adhuc: Tempus Orationis Monachi indefinitum est, cum omni tempore benedicere Domino bonum sit. Denique ait, Divinas laudes assidue personet Monachus, Seraphin enim incessabili voce Deum glorificant. Canticum ergo spirituale in ore tuo versetur, quo supervenientium tentationum onere subleveris. Concludit *idem Sanctus in tract. de timore Domini*, & eleganti metaphora exponit, qualiter Religiosus continuæ orationi semper debeat insistere, sic vero loquitur. Similis est monachus viro ex alto demisso, qui funem excelso intervallo pendentem accipit, & se illi appendit, & indefinenter pro auxilio ad Dominum clamat. Indicans his verbis, quod, sicut ille numquam à fune manum movebit, sic nec Religiosus ab oratione cessare debet.

IV. Jungitur his sanctis Patribus sanctus Nilus Abbas antiquus, qui religiosis orationis exercitium suadens inter alia scribit, Deum semper præsentem existima in omnibus, quæ agis. Semper recordare Dei, & cœlum sit tua cogitatio; meditatione legis mentem colito: extirpat enim continue frequentata malas cogitationes; in morbis prius quàm medicina, & pharmacia sublevat. Ea igitur utere; omnia quæ agis oratione obsignato, & si vis esse templum Dei, sacrificium assiduitatis, assiduam scilicet orationem assidue ipsi offeras, sancta enim est

est ara oratio; pertrahit enim ad nos sancti  
 Sanctum Sanctorum. *E contra Seraphicus D.*  
*Bonaventura in opusculo de perfectione vite cap.*  
 5. sic loquitur: Revera Religiosus orationem  
 assidue non frequentans non solum est mi-  
 ser, & inutilis, quin imò coram Deo fertur  
 mortuam in corpore vivo. Et alio in lo-  
 co dicit; Vita religiosi sine studio devotionis  
 internæ, sicut favus sine melle, sicut murus abs-  
 que temperamento, & sicut cibus absque con-  
 dimento.

V. Finis igitur veri Religiosi cordisque per-  
 fectionis ad jugem, & in disruptam Orationis per-  
 severantiam intendere debet, & quantum hu-  
 manæ fragilitati conceditur ad immobilis  
 mentis tranquillitatem perpetuamque purita-  
 tem enixè provehitur, & sicut ad orationis per-  
 fectionem omnium tendit structura virtutum  
 ita, nisi hujus culmine hæc omnia fuerint con-  
 ligata, atque compacta, nullo modo firma po-  
 erunt vel stabilia perdurare. *Ita Cassianus in*  
*collatione ergo 9. cap. 2.* Hoc vero adeo sepe  
 ceter primis monachis animo adhaesit, ut orationi  
 diebus ac noctibus, & divinarum scriptura-  
 rum lectionibus incumbentes, nullus eis  
 rum appetitus vel memoria, nisi alia tertius  
 die corporis interpellaret inedia. *Vide*  
*Lezan. cap. 3. & 4. de reform.*  
*regul.*



## CAPUT XVIII.

### De obligatione Novitiorum Regularium.

#### SUMMARIUM.

- I. *Ad quid teneantur novitii tempore novitiatus.*
- II. *An possint recedere & redire ad seculum, & an teneantur ad expensas.*
- III. *Quibus de causis possit expelli Novitius, & à quibus.*
- IV. *An Novitius de facto semel vel iterum vestibus se exuens, tadio affectus vita regularis, vel agrè ferens correctiones & mortificationes, debeat expelli.*
- V. *An debeat ejici Novitius ex eo precisè, quod timet dormire solus in lecto, nec ad hoc potest cogi minis aut castigacionibus.*
- VI. *An, invitis parentibus, possit recipi Novitius, & quale sit peccatum rapientis*  
Novi-

V

Novitium sub custodia & regimine Religionis existentem.

VII. Non licet inducere, seu attrahere ad Religionem aliquas personas contra eorum voluntatem.

VIII. Impedientes ingressum Religionis incurrunt excommunicationem.

IX. Recipere Novitium pertinet ad Praetores simul cum conventu.

X. An Novitius possit recipi, vel professionem emittere, quae sit consensus verum viva voce sine scrutinio.

XI. An vocalis, qui dubitat de idoneitate Novitii, possit exire à Capitulo, & quae agenda.

XII. Recipere aliquem in Religiosum, & dendo illi statum religiosum, est profanum.

XIII. An possit aliquid recipi in ingressu in professione.

XIV. An parentes, qui promiserunt dare filium Religionem, ut facilius ad professionem rei promissa.

XV. An Novitius, qui promisit quoddam

larium, vel Novitia dotem consuetam solvendam in fine anni Novitiatus possit expelli precisè, eo quod casu fortuito non habet unde solvat.

XVI. Negantes suum suffragium Novitio idoneo peccant mortaliter.

XVII. Impedimenta Canonica ad recipiendum Novitium sunt multa.

XVIII. Episcopi non possunt admitti sine Papæ licentia.

XIX. An vestiri possit Novitius extra locum deputatum.

XX. Tempus peractum primo loco Novitiatus computatur.

XXI. Itineris tempus à primo Novitiatu ad secundum computatur.

XXII. Translatio ab uno novitiatu ad alium potest fieri à Provinciali, aut Generali etiam sine causa.

XXIII. An Novitius sit vocandus Religiosus & de familia conventus novitiatus.

XXIV. An debeat in ingressu fieri nominis mutatio.

XXV. An Religionis ingressu Novitii in prima habitus receptione sint verè Clerici



rici & persona Ecclesiastica, an valeat  
ficiantur professione.

XXVI. An sit conveniens & necessarium  
ut Novitii intersint in actibus communi-  
bus, dum Superior arguit, puni-  
corrigit delinquentes.

XXVII. Anzus novitiatus integer absol-  
requiritur ad professionem.

XXVIII. Quando vero incipiat prima  
ra & dies novitiatus.

XXIX. An requiratur gestatio habitus, &  
probatio sit valida simul & profes-  
sionem.

XXX. An debeat Novitius experiri omnes  
Religionis austeritates, an saltem prin-  
cipuas & speciales Ordinis.

XXXI. An Prior Conventus novitiatus  
sit novitios extra Conventum mitti  
ad scholam.

XXXII. An Clericus novitius possit transire  
ad statum conversorum & contra-

XXXIII. An Novitius, mutans primum  
novitiatum, teneatur afferre litteras  
testimoniales ad secundum novitiatum.

XXXIV. An Novitio recedenti à Religione  
sive ejecto sive non, dari debeant litterae  
testimoniales.

XXXV. Novitiatus in multis casibus etiam peractus remanet nullus.

XXXVI. Quomodo novitiatus interrumpitur.

XXXVII. An ex nullitate novitiatus sequatur nulla professio.

XXXVIII. An Novitius, qui petit licentiam dimittendi habitum & obtinuit, sed illa die & sequentibus expectavit parentes, cum aliis Novitiis manens, & cum habitu, interruperit novitiatum, & an novo Religiosorum consensu indigeat.

XXXIX. An Novitius possit manere per aliquot dies vel menses apud parentes, vel amicos, de licentia Prioris localis novitiatus, legitima subsistente causa.

XI. An aliquando novitiatus sit de novo inchoandus.

XLI. An liceat filiis relinquere parentes in extrema necessitate, & Religionem ingredi.

XLII. An Novitii, qui, peracto novitiatus anno, volunt egredi pro suis negotiis, si ultra annum maneat extra Conven-

tum, possint obligari ad novum novitium.

**XLIII.** Novitii gaudent privilegio fori & Canonis.

**XLIV.** An Novitius possit valide confiteri Confessariis extraneis & non deputatis, & valide absolvi etiam à reprobato.

**XLV.** Licitum est voto, vel juramento, se obligare ad Religionis ingressum vel professionem.

**XLVI.** An Novitius in articulo mortis possit profiteri, & an valeat professio.

**XLVII.** An possit ex causa differri professio finito tempore novitatus.

**XLVIII.** Novitius, qui celavit impedimentum Canonicum, invalidè professionem facit.

**XLIX.** Novitius in fine novitatus, voluntariè & sponte professionem emittens, valide proficitur; etiamsi invitè, & etiam per annum in Conventu permanserit.

**L.** Novitius extra Conventum, diu commoratus cum habitu & obedientia Fratrum, validè proficitur.

I. Dicendum (salvis cujusvis Ordinis constitutionibus) quod, etsi non teneantur Novitii præceptis communibus Regulæ, & Statutorum & Superiorum, quia non sunt adhuc partes communitatis, neque in sodalitiū Religiosorum admissi, sed tantum versentur in probatione ad experiendum, an velint aut non professionem emittere. *Corduba lib. 1. q. 3. in 5. probat. prima opinionis. Henriquez lib. 7. de dul. cap. 22. n. 7. & lib. 6. de pœnit. cap. 16. n. 3.* tamen ex gravi decentia ad omnia prædicta obligantur, eo, quod tempore novitiatus sunt aliquo modo subjecti Religioni & participant de bonis spiritualibus ipsius, & insuper, quantum ad ea, quæ specialiter spectant ad bonum regimen & finem probationis ipsorum Novitiorum, tenentur in conscientia obedire Superioribus, quia, quoad ista habent prædicti Superiores potestatem, & jurisdictionem supra novitios, licet non sit tanta, quanta super profectos. *Sanchez lib. 6. in decal. cap. 10. n. 22. Lexana cap. 24. tom. 1. n. 2. de novitiis.*

II. Novitii possunt retrocedere, & ad sæculum redire, quia ad hunc finem fuit institutum tempus novitiatus; in quo casu non tenentur exeuntes solvere expensas, quas fecit monasterium in suis alimentis; etiamsi ipsorum ministeria illis non æquivalent, nisi, quando pactum factum est inter novitium & Conventum pro dictis expensis ab eo solvendis, & tunc sive

perseverent sive nō, tenentur expensasolvere  
*Suarez 3. tom. de religion. lib. 5. capit. 11.* Gignitur nullum sit pactum, non tenentur illasolvere, quia aliās non esset libera professio, saltem in multis, qui sēpius detinerentur ab egressu: ne tales expensasolvere tenerentur, *Rodriguez tom. 3. qq. regul. q. 15. art. ultimo, Azor. lib. 1. institut. moral. cap. 3. q. 6.* Si quis tamen pravā intentione, & animo decipiēdi religionem illam intraret, & postea recederet, teneretur illas expensasolvere, non enim debet quis reportare commodum ex fraude, & malitia sua. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 10. n. 3. & 5.* & ita iudicatum est à *Sacr. Cong. episcop. & regul. Lex. citat. p. 1.*

III. Assignantur quædam causæ graves, propter quas possunt novitii expelli, imò sunt omnino expellendi à religione: & sunt 1<sup>o</sup>. homicidium, seu quælibet gravis percussio. 2. assensus ad rixas, jurgia, & discordia, huiusmodi enim multum præjudicant regulari discipline, ideò extirpanda per ejectionem illorum, qui pacem, & concordiam possent labefactare. Præterea Præter habitus blasphemiarum, multum enim indecens statum religiosum mala colloquia, verba namque religiosorum debent esse orationum sanctorum, verba ædificationis, benedictionis, & non maledictionis, aut destructionis. graves causæ sunt undecim delicta procul reservandis à Superioribus à *Clemente VIII.* descripta in suo Decreto. 5<sup>o</sup>. percussio calce-

nu, pugno, inter novitios est causa levis: in magistro vero aut Superiore est grave delictum, & causa legitima expulsionis. 6. furtum de pane, vino, & cibariis, januis apertis, leve crimen: cum fractione, vel clavibus adulterinis delictum grave dignum expulsionem. 7°. Egressio à loco novitatus intra clausuram monasterii de die levis causa, nocturna vero extra conventum digna expulsionem sunt: Et alii defectus non vitiosi, sed naturales excludentes novitium à religione, præjudicantes statui religioso. v. g. ignorantia excludit pro statu clericali, licet non excludat pro laicali, dementia, illegitimitas, cæcitas, surditas, claudicas. Amentia excludit ingressum & professionem, quia est carentia usus rationis, item furiosus propter eandem rationem, æquiparatur enim amens, & furiosus l. si pater ff. de cur. fur. Sanchez lib. 5. cap. 4. n. 53. Vechius disp. 2. dub. 7. de probatione & professione disput. 13. dub. 1. n. 10. Probatur autem furor aut dementia, ut excludatur professus, & liberetur à religionis jugo per alios religiosos, cum quibus conversatus est stultus, nam vicinis, & cum quibus conversamur, præsumuntur nota facta nostra ex cap. quosdam. 7. cap. quanto 8. de præsumpt. & n. 24. & dicitur dementia probandam adfuisse tempore professionis, quod censetur probatum, si constet de dementia ante, & post professionem, quia, probatis extremis, præsumitur de mediis, & qui aparet

paret demens, post præsumitur talis fuisse ante  
 Vitiati vero corpore, qui sunt irregulares ad  
 ordines, non sunt admittendi ad statum cle-  
 ricalem, nisi prævia dispensatione. *Bord. de  
 resolut. 54. n. 16. & seqq. usque ad n. 41.* Ad  
 quos vero spectet licentia novitium? Res-  
 spondeo, magistrum cum solo Priore non potest  
 eijcere novitios, sed requiri consensum Patrum  
 vocalium conventus, imo & Provincialis, et  
 quod ejectio novitii sit poena gravissima, et  
 eluditur enim à statu perfectionis, ad quem no-  
 vitii habent jus; non temerè ergo judican-  
 dum est de eorum ejectione; sed magna con-  
 sideratione, adhibitis Patrum consiliis, est deli-  
 berandum de hujusmodi maximi momenti mo-  
 gatio; magister autem, neque Superior est pro-  
 priè, neque prælatus, sed solum novitiorum  
 educator, ut inferius dicemus. *Bord. de novitiis  
 resolut. 54. n. 11. 12. & 13. & seqq.* Præter  
 novitii recipiuntur à Superioribus de consen-  
 su aliorum; ergo pari modo licentiantur  
 illa regula, res, per quas causas nascitur, per eas  
 dem dissolvitur, consilio enim gesta firmitate  
 tuntur. *Gloss. 5. consilio cap. 1. dist. 80. per  
 cap. de repud.*

IV. Potest expelli novitius, qui de factio-  
 mel vel iterum se habitu exuens toxicò affectu  
 vitæ regularis, vel ægrè ferens correctiones, et  
 mortificationes, dicit conquerendo cum aliis  
 se nolle in religione permanere, licet deinceps

penitentiâ ductus, postulet admitti ad professionem; quia parum, vel ferè nihil inclinac ad vitam regularem cum tœdio habeat mortificationes, correctiones, clausuram, &c. quæ multum spectant & necessaria sunt statui Religioso, & colligitur ex *Concil. Trid. sess. 25. cap. 16.* nec enim habilis censetur ad profitendum; qui non venit propriè ad Christum, cum non diligat, & sequatur ex corde regularem disciplinam: ergo ejiciendus. *Bord. citatus n. 97. & 98.*

V. Ejici etiam potest novitius ex eo præcisè, quod formidet & timeat solus dormire in lecto, neque ad id potest cogi terroribus, minis & castigationibus, quia, ex constitutionibus omnium religiosorum, religiosi omnes soli dormire debent in lecto.

VI. Invitis parentibus, vel aliis, sub quorum cura est aliquis, volens libenter ingredi Religionem, potest recipi novitius, post decimum quartum ætatis annum completum; & novitia post duodecimum; sunt enim puberes, & in hoc suis parentibus amplius subjecti non sunt: si tamen parentes essent in gravi aut extremâ necessitate constituti, tunc filius non potest Religionem ingredi, si creditur probabiliter, quod possit illis subvenire manendo in sæculo, aliter peccaret mortaliter, ex communi DD. sententia. *Sanchez lib. 4. cap. 20. num. 3. Bonac. puncto 5. de honore parent. Peyrinis de subdito q. 1. cap. 9. concl. 1. quia ingredi est*

COR-



consilium, succurrere verò parentibus est de  
 præcepto naturali. *D. Thom. quodlibet 3. art.  
 16. & quodlib. 10. art. 9. Sylvest. verbo religio  
 2. q. 7. Suarez 3. tom. de relig. lib. 5. cap. 5.*  
 Hoc limitant aliqui, si absque periculo peccati  
 mortalis non possit filius permanere; quia fi-  
 lius propria spiritualis anteponi debet vi-  
 temporalis parentura, *Sanchez sup. n. 11.* Do-  
 ctрина tradita extenditur etiam ad Superiores  
 recipientes illum, cujus parentes graviter eju-  
 ope indigent: Si quis autem novitium, vel no-  
 vitiam raperet causa explendæ libidinis, vel  
 contrahendi matrimonium: sine dubio quoad  
 novitiam, præter peccatum mortale, gravissi-  
 mum incurrit pœnas juris civilis, quæ sunt de-  
 titimum supplicium, & pœnas juris canonici  
 scilicet excommunicationem nulli reservatam  
 cum perpetua infamia & incapacitate omnium  
 dignitatum, & dejectione à statu clericali,  
 fuerit clericus, *Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. de  
 reformat. matrimonii.* Dicitur verò raptus esse  
 quatuor: 1<sup>o</sup>. ex violentia illata contra perso-  
 nam raptam contra suam voluntatem, vel res-  
 stentibus personis, sub quarum cura est. 2<sup>o</sup>. ex  
 voluntate explendi libidinem. 3<sup>o</sup>. ex trans-  
 latione à loco ad locum, & 4<sup>o</sup>. ut persona rapti  
 sit honestæ vitæ: Raptus igitur est violenta ab-  
 ductio alicujus personæ, explendæ libidinis  
 causa, sive sit masculus, sive femina; pœnas  
 nimis committitur raptus, ut colligitur ex cap.

*Archiepiscopatu, de raptor.* Saraceni enim plures mulieres Christianas, & pueros rapiunt ut eis abutuntur. Ubi Papa mandat, raptores huiusmodi plectendos esse flagellis, pecuniis, etiam pœna mortis, secundum gravitatem excessus. Raptor verò novitii, sub custodia & regimine religionis existentis, pœnis juris civilis subderetur ex præcatis in *cap. de Archiepiscopatu de raptor.* Nulla tamen contra istos est imposita censura; quia non præsumitur raptus causa libidinis abductus à parentibus, tutoribus, aut curatoribus; quia censetur potius abducere propter honestum amorem, licet indiscretum, vel propter interesse bonorum, quam propter libidinem, & ideò non videntur digni pœna. Quod si liberè novitium ad religionem dimiserunt, non possunt ullo modo ipsum rapere, & Prælati regulares haberent jus illos repetere, & agere contra raptores, tanquam contra fures, & rapinam committentes. Abductus verò, seu raptus ab extraneis, censetur causa libidinis. *Vechius disp. 1. de novitiis n. 5. Bordon. resol. 54. n. 140. & seqq.*

VII. Inducere, seu attrahere aliquem ad religionem, vel cogere ad recipiendum habitum, aut ad professionem emittendam, contra propriam voluntatem, non licet; & qui hoc faciunt peccant; contra cogentes tamen masculos nulla à jure statuitur pœna, neque afficiuntur pœna Concilii Trident. *cap. 18. sess. 25.*  
cùm

cum hoc caput sit tantum pro mulieribus: peccant tamen, quia jura hoc prohibent, & spernit Deus coacta servitia, neque bonum possunt habere exitum, *Bordonus tom. 3. reolut. part. 1. de Novitiis resolut. 54. n. 144. Miranda q. 17. art. 4. conclus. 2.* Inducere vero aliquem ad Religionem, debito modo, sanctum est, & laudabile: quia hoc est illum promovere ad bonum spirituale animæ suæ. *S. Thom. 2. 2. q. 187. art. 9.* qui vero vi, vel metu cogunt, non solum gravissimè peccant, quia ingressus Religionis debet esse liber, sed etiam coactus admitti non debet propter eandem rationem, imò professio invalida erit. *Lexana cap. 14. tom. 1. de Novitiis n. 29.* Qui autem, cujuscumque status aut conditionis sit, sive masculus, sive femina, virginem aliquam aut mulierem, quomodo cumque ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujusvis Ordinis, vel ad emittendam professionem coegerit, vel auxilium, favorem, aut consilium dederit, vel ad præsentiam, consensum, aut auctoritatem interposuerit, sciens illam sponte non ingredi, aut profiteri, excommunicatus est, juxta *Concil. Trident. sess. 25. cap. 18.* exceptis casibus in jure expressis: Plures vero sunt casus in jure expressi: primus, possunt cogi impuberes ad ingressum, non vero ad professionem, quia contra substantiam professionis, quæ libera & spontanea esse debet. Secundus, Si femina

vorit Religionem, cogenda est ad ingressum  
*cap. licet de voto, & quale est vorum, talis pot-*  
 est esse ad illud coactio. Tertius, sponsa, quæ  
 habens bimestre ad deliberandum, an velit in-  
 gredi Religionem, si dicat se velle ingredi, pot-  
 est cogi ad celerem ingressum, si marito subji-  
 ci non vult. Quartus, Si dicat se velle manere,  
 quæ nullam fecit professionem, cogi potest ad  
 proficendum. Quintus, Ob crimen damnata  
 ad pœnam, vel ad ingressum Religionis cogi  
 potest, sicut antiquitus delinquentes detrude-  
 bantur in monasteria ad agendam pœniten-  
 tiam. Sextus, Viro de consensu uxoris ingre-  
 diente, cogi potest ejus uxor ad ingressum, *cap.*  
*quidam. cap. placet de consang.* Septimus, Co-  
 gi potest, quando difficulter salvari potest ejus  
 honor, & hoc fit ad bonum finem, scilicet, quan-  
 do pater ejus non habet uxorem, vel non sunt  
 feminae consanguineæ puellæ custodes. Octa-  
 vus, est convertitarum, quæ in fine dicti *cap. 18.*  
*Concil. Trident.* excipiuntur à dispositione hu-  
 jus decreti, *Peyrinis de subdito q. 1. cap. 29. not.*  
*3. vide Bordonum de novitiis resol. 54. n. 144.*  
 & seq.

VIII. Similiter impediens ingressum reli-  
 gionis incurrunt pœnam excommunicationis,  
 juxta citatum *cap. 18. dicti Concil. Trident. sess.*  
*15.* quod intelligendum est pro fœminis, cum  
 nec verbum dicat de viris; nulla enim pœna  
 incurritur, nisi jure exprimat. Quod si quis  
 vi,

vi, vel fraude impediatur, quominus novitium profiteatur, vel quod non recipiat habitum religionis, tenebitur ad minus ad tollendam vim vel fraudem; multique dicunt teneri ad restitutionem damni illati, *Sylvester verbo restituere 3. q. 3. Scotus in 4. dist. 15.* licet alii negent, quos sequitur *Suarez tom. 4. de relig. tractat. lib. 4. cap. 3.* Utrumque, licet sit probabile, tamen prius est securius, semper tamen erit graviter peccatum aliquem impedire, vel retrahere a ingressu, vel professione, nisi id fiat bono animo, & intentione, scilicet, si propter aliquas causas talis status illi conveniens non censetur, vel, quia talis religio est notabiliter diminuta, & relaxata. *Lezana citatus, n. 28.* Notandum tamen ex privilegio *Eugenii IV.* pro monachis sancti *Benedicti*, quod refert *Cassanobonus Compend. Privilegiorum Mendic. verbo novitius num. 28* & *Julij II.* pro monachis *Olivetanis*, quod refert *Peyrinis tom. 1. privilegiorum Jul. II. constitut. 10.* quo gaudere possunt etiam religiones, communicationem habentes, prohibetur, ne aliqui, cujuscumque gradus & conditionis existant, personas aliquas ad Religionem venire cupientes, verberibus aut violentiis quibuscumque impedire, vel prohibere, aut monasteriis avellere, injuriam illis irrogare, aut eas molestando, audeant vel presumant sub poena excommunicationis Papae referre, nisi modo, cum hoc praesens statutum fuerit, etc.

notitia  
sis, L  
istam a  
& post  
nis sup  
tionem  
tes inju  
novitium  
ad Com  
nitate r  
eaque c  
volupt  
diverte  
Non en  
fectus,  
impedi  
lentiam  
tentatio  
effectu  
quod si  
vitium  
Farina  
nile in  
Lezana  
IX.  
sola Su  
da fun  
stitutio  
praece  
non to

noticiam deductum, non destiterint à præmissis, Unde colligitur, excommunicationem istam ante monitionem esse comminatoriam, & post monitionem esse latæ sententiæ, *Peyrius sup.* Nota etiam, eandem excommunicationem incurrere illos, qui novitium recipientes injuriis afficerent, aut molestarent, & quique novitium jam indutum, aut statim induendum ad Conventum pergentem, precum importunitate retardaret, aut ad domum reduceret, in eaque conviviis, lasciviis, aliisque dæmoniis voluptatibus detineret, quousque à proposito diverteretur, eandem censuram incurreret; Non enim minùs violentant pravi excitati affectus, quam verbera: Nota etiam, quod talis impedicio, seu molestatio importat vim & violentiam, & effectum sequutum, nec sufficit attentatio. Verba enim intelligi debent cum effectu, ita ut novitius omninò impediatur, quod si eo pervenerint tales molestantes, ut novitium à monasterio rapiant, capite plectuntur. *Farinacius de hæresi q. 183. §. 6. n. 85. campanile in diversorio juris rubrica 12. c. 16. n. 83. Lezana verbo Novitius n. 35. in fine.*

IX. Non sufficit ad recipiendum novitium sola Superioris facultas (super quo consultanda sunt cujuscumque Ordinis statuta & constitutiones, & hoc regulariter loquendo;) Sed præterea requiritur consilium & consensus, si non totius Conventus, saltem majoris partis  
 X  
 cum

cum Superiore; Id enim est negotium tangen-  
 totum monasterium; ergo ad illud omnes vo-  
 cem habentes, aut saltem major pars debet con-  
 currere, quæ enim à majori parte fiunt, ab o-  
 mnibus facta censentur: hujusmodi verò re-  
 ptio habet aliquid simile cum electione, quæ  
 non sortitur suum effectum, nisi adsit major  
 partis consensus in personam propositam eli-  
 gendam ex pluribus: æqualitas autem voto-  
 rum nullam facit receptionem, nisi aliter  
 constitutionibus ordinetur, & sit consuetudo  
 religionis, quia duo vota affirmativa, licet ali-  
 rum sit cum Superiore, non sunt majoris effica-  
 ciæ, quam alia duo negativæ partis sociorum  
 eo, quod votum Superioris sit unicum & sim-  
 plex, non plus valens quam quodlibet cetero-  
 rum, aliàs solum Superioris votum sufficeret  
 recipiendum novitium; & ratio est, quia vo-  
 æquivalentia sunt vota pugnancia ad invicem  
 igitur pars affirmativa non potest prevalere  
 negativæ; parium enim eadem potentia sunt  
 major, l. 1. §. veteres ff. de acquirend. possess. l. 1.  
 reus, ff. de duorum reorum; tum, quia facit  
 lud Philosophorum, quod, quando duo agerent  
 sunt æqualis virtutis, unum non potest agere  
 in alterum; eo, quod actio proveniat non  
 proportionem æqualitatis, sed inæqualitatis  
 Verum enim est, quod in re communi potest  
 prohibentis conditio, regula 56. in 6. Res  
 ptio autem novitiorum spectat ad communem

tem, nec  
 sociis;  
 tis; reco-  
 sentient  
 ficax est  
 cap. cum  
 sociis et  
 prior p  
 aliquem  
 munis m  
 tia & for  
 nulla est  
 esse rei,  
 quia esse  
 de forma  
 nis conse  
 lis consti  
 forma à p  
 fit ex cap  
 omne ver  
 ris confer  
 liorum. li  
 dus ex ill  
 non valet  
 acquirend  
 dic sicut  
 diendi Co  
 cui deneg  
 nullam fa  
 153. & se

tem, nempe ad Superiorem cum conventu, seu  
 sociis; ergo potior erit ratio partis prohiben-  
 tis; receptio igitur ex parte affirmantis & con-  
 sentientis erit nulla, quia affirmatio minus ef-  
 ficax est quam negatio, *gloss. verbo à suspensis*  
*cap. cum dilectus 8. de consuet.* Conventu aut  
 sociis etiam irrationabiliter dissentientibus Su-  
 perior propriâ auctoritate non potest recipere  
 aliquem in novitium; quia consensus com-  
 munitatis majoris partis Vocalium est de substan-  
 tia & forma receptionis, ergo eo deficiente,  
 nulla est receptio: forma enim est illa quæ dat  
 esse rei, quæ sublata vitatur actus. Ratio est,  
 quia esse rationale vel irrationabile non est  
 de forma receptionis, sed simpliciter commu-  
 nis consensus sive rationalis, sive irrationabi-  
 lis continet formam, eo, quod pendeat dicta  
 forma à potestate & consensu eorum, à quibus  
 fit *ex cap. cum nuper de offic. de leg. Baldus in l.*  
*omne verbum c. comm. de legat.* Ergo Superio-  
 ris consensus in novitium nullus ex dissensu a-  
 liorum, licet irrationabili, non potest dici vali-  
 dus ex illa irrationabilitate, causa enim illicita  
 non valet producere effectum licitum, *l. 2. c. de*  
*acquirend. possess. l. quadam mulier ff. de rei ven-*  
*dic* sicut denegata etiam injustè licentia au-  
 diendi Confessiones tenet, ita quod Sacerdos,  
 cui denegata fuit, attentans aliquem absolvere,  
 nullam facit absolutionem. *Bord. resol. 54. n.*  
*163. & seq.*

X 2

X. Re-



X. Receptio Novitii aut professio non admittitur, nisi cum consilio & assensu majoris partis conventus per vota secreta, non tamen per vota viva vocis, secundum laudabilem huiusmodi Religionum consuetudinem: quia per vota viva vocis minuitur libertas Vocalium, qui non liberè oretenus respondere valent, juxta consuetudinem propriam conscientiam, secundum quam liberius responderent per mutam vocem, hoc est per secretum suffragium. Vota autem mutam petere, præter morem, fraudem inveniunt: quod censuit *fac. Cong. apud Peyrinum de p. lat. q. 3. cap. 1. n. 22.* posse has receptiones fieri publicè, habet locum in illis Religionibus, quibus modò publicè, modò secretè novitii recipiuntur, & non aliter. *Bord. sup. n. 168.*

XI. Vocalis, qui nescit se resolvere, anbeat suffragari, vel refragari novitio; de idoneitate ad professionem dubitat, potest se consilio aliorum; majoris enim partis consilium sequi tenetur, rejecto dubio, nec licet à capitulo recedere, etiam de licentia Superioris, nisi ex alio prætextu; quia, si se decedat, ponit in discrimen aliorum opinionem, & recessus est irrationabilis, & contra charitatem nihil enim faciendum est, ex quo sequitur damnum proximo: Et si agat ex conscientia dubia, quodcumque suffragium ponat, perit. *Bord. sup. n. 161.*

XII. Recipere aliquem in religiosum

dendo illi statum religiosum, est simoniacum; quia est vendere rem spiritualem pro temporali. Recipere tamen aliquid ad sustinenda onera temporalia, quæ religio suscipit cum aliqua persona, non est ex natura rei simoniacum, quia tunc non accipitur temporale pro spirituali, sed pro temporali. *Suarez 1. tom. de religione lib. 4. de simonia.* Quotiescumque autem licitum est accipere aliquid in ingressu religionis, licitum est etiam pactum inire pro illo, sponte à parentibus oblato, quia hoc nullo jure prohibetur, & multorum consuetudine approbatur. *Lexana cap. 25. num. 5. 1. part. tom. 1.* Præterea licitum est accipere pro sustentatione, non solum id, quod necessarium est pro sustentatione tempore novitiatus, prout supponitur à *Concil. Trident. sess. 25. cap. 16.* sed etiam id, quod fuerit necessarium pro alimentis ipsius per totam vitam, & id jure naturali concessum est. *Bonacina de simoniac. q. 7. §. 4.* quia hæc sunt quasi jura & stipendia debita, *Suarez tom. in 1. part. disput. 22. lect. 5. n. 15. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 5. n. 21.*

XIII. An aliquid possit recipi in ingressu ad novitiatum & professionem ( dico in ingressu; non pro ingressu.) Certissimum enim est, ingressum ad novitiatum, & ad professionem, esse quid spirituale, ac proinde pro illis dare vel accipere, est peccatum simoniæ. Dico ergo in ingressu posse fieri pactum de salario pro anno

X 3

novi-

novitatus, & posse aliquid dari religiosis pro  
 facilitando negotio ad ingressum; imò, nil  
 peteretur salarium, non pauci ingrederentur,  
 potiùs ut à religione pro eo anno alerentur,  
 quàm ut in ea profiterentur, ad quod inconve-  
 niens impedimentum rationabiliter petuntur  
 expensæ, neque hoc inducit simoniam, cum  
 non petatur pro ingressu religionis, sed pro so-  
 stentatione religiosi *D. Thom. 2. 2. q. 102.*  
*art. 3. ad 4. Sotus lib. 9. de institut. q. 6. art. 1.*  
*ad 4.* etiamsi sit conventus dives, petunt enim  
 in eleemosynam, non ut debitum, *Bonacini de*  
*simonia §. 8.* quod verò possit aliquid dari reli-  
 giosis ad captandam eorum benevolentiam,  
 certum est, quia hoc non est dare pro ingressu  
 sed pro amicitia captanda, ut faciliùs volens  
 ingredi recipiatur, per huiusmodi siquidem  
 munuscula ingressus, seu ingredi volens  
 coarctatur, sed remanet in plena libertate re-  
 dendi, aut manendi. *Bord. resolut. 54. n. 10.*  
 Quod verò attinet ad pactum seu convivium  
 non potest exigì, neque peti ut debitum, hoc  
 enim prohibetur aperte in *extravag. com. de*  
*simonia*; aliter exigentes aut cogentes, ut de-  
 tum, excommunicationem incurrunt, sicut  
 dantes: Capitulum vero, & Conventus culpa-  
 sionem Papæ reservatam, possunt tamen ad-  
 nere & allicere, sed non cogere ex pacto, ut  
 communia fiant: Nota, quod etiamsi  
*Concil. Trident.* nihil posse tribui monastio  
 temp

tempore novitiatus : potest tamen dari ante ingressum ; quia prohibitio restringitur ad tempus novitiatus tantum. *Bord. sup. n. 152.*

XIV. Parentes, qui promiserunt dare centum v. g. nummos Religioni, ut facilius eorum filius reciperetur in Religione, ut postea factum fuit, non possunt cogi ad solutionem rei promissa; quia obstant jura supradicta, & in foro externo hæc promissio non videtur libera, nec præsumitur licita, imò potiùs coacta, & simoniaca, cum fuerit præcisè contracta intuitu solùm ingressus Religionis. *Bord. sup. n. 151.*

XV. Novitius, vel novitia, dotem vel salariam non solventes, ex casu fortuito, licet præcesserit pactum, non possunt expelli : quia expulsio habet rationem pœnæ gravissimæ : ergo ex eo præcisè, quod ex casu fortuito non habeant, unde possint solvere, non possunt expelli, quia nulli infligenda est pœna, nisi culpa præcesserit; & juxta *regulam juris 66.* quando non stat per eum, ad quem pertinet, quominùs conditio adimpleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset : sed per novitios non stetit quominùs adimpleretur : ergò perinde est, ac si esset impleta, & consequenter expellendi non sunt. *Bord. resolut. 54. n. 159.*

XVI. Negantes votum suum, vel suffragium novitio aliàs idoneo, graviter peccant; impediunt enim illum à consequatione boni spiritualis, quod est contra charitatem : an au-

tem sit peccatum mortale? negat Sanchez lib. 1. cap. 4. n. 59. contra quem Bordon. sup. n. 135. Vecchius dist. 12. dub. 1. n. 1. Portellus verb. novitius n. 17. Mirand. tom. 1. q. 25. art. 11. conclus. 1. & 2. Suarez tom. 3. de relig. lib. 4. cap. 3. n. 7. & alii plures. An verò sit peccatum nolle simpliciter recipere aliquem, quamvis ad religionem appareat idoneus, videtur secundum opinionem multorum, quod sit peccatum mortale, tamen nullum videtur peccatum Superiori, vel cuilibet alteri facultatem habenti, novitios recipiendi ad religionem, illis simpliciter negare ingressum, licet alias possent recipere, quia nulla lex suadet huiusmodi receptionem: ergo nolle aliquem recipere ex merito arbitrio, nulla est transgressio, consequenter neque peccatum: quia impedire alicuius bonum, nullum est peccatum, si impeditus ad illud non habet jus ad rem & in spe. Ille autem qui ingredi cupit, nullum habet jus, ergo non dicitur iniquè impediri: Id autem, quod dicit Christus, *cum, qui venit ad me non ejiciam eum foras*, explicatur de accessu per fidem; nullum enim ad fidem venire volens à Christo ejicitur foras: sed in nostro casu, quale est arbitrium volentis ingredi, talis potest esse voluntas Superioris: Et sicut in optione est ingressus & nolle ingredi ex parte petentis; ita & Superiori libertas recipere & non recipere. Bordon. sup. n. 138. etiam si postulans fecisset votum ingrediendi,

diendi,  
causa ad  
quia per  
inducit  
negare  
n. 45. se  
XVII  
isto n. 3.  
rum reg  
religion  
to, alic  
gruum.  
religion  
ment. V.  
ratiocin  
talem in  
ria illis,  
ratiocin  
ti domi  
facere,  
tunc lic  
profiter  
si maner  
breve te  
intrare,  
solum p  
pus cen  
calog. c.  
pri de q  
post m

diendi, Superior ingressum negare posset, sine causa adhuc legitima, nec peccaret mortaliter, quia per emissionem illius voti nulla obligatio inducitur Superiori; ergo sicut ante potest illi negare ingressum. De similibus votis dicemus n. 45. sequenti.

XVII. Præterea, quæ diximus *sup. in cap. isto n. 3.* pro impedimentis canonicis novitiorum regularium, consultandæ sunt imprimis religionis cujusvis constitutiones. Quoposito, aliquid de illis hic differere non est incongruum. Et 1<sup>o</sup>. criminosi non possunt admitti ad religionem juxta constitutionem. *Sixti V. & Clementi. VIII.* 2<sup>o</sup>. Obligati seu gravati debitis, & ratiociniis, nec intrare, nec profiteri; quia per talem ingressum, aut per professionem, fit injuria illis, quibus sunt obligati: *Sylvester. verbo ratiocinium*: Quando autem debita sunt incerti domini, aut debitor nec in parte potest satisfacere, nec speratur, posse manendo in sæculo, tunc licitè potest intrare Religionem, & in ea profiteri, quia tunc nulla fit alicui injuria; quod si manens in sæculo sperat, ut ea sit soluturus brevi tempore, non potest licitè Religionem intrare, debitis non solutis, secus est, si speret solùm post longum tempus; breve autem tempus censetur biennium. *Sanchez lib. 4. in decalog. cap. 19. num. 8.* 3<sup>o</sup>. Furiosi & mente capti de quibus n. 3. præcedenti 4<sup>o</sup>. Conjugati post matrimonium consummatum, non possunt

sunt admitti, nisi alter conjux etiam Religionem ingressus fuerit; quando verò unus conjux potest facere perpetuum divortium, potest propria auctoritate Religionem ingredi, & in ea profiteri. 5°. Servi, & qui non sunt sui juris, nisi de licentia dominorum, ad Religionem non possunt admitti; servus enim non est sui, sed domini, atque ita non potest se dare Religioni, prout fit in professione; *ita Sylvester verbo Religio 2. q. 3.* 6°. Illegitimi non recipiuntur, secundum quarumdam Religionum constitutiones, licet ex vi juris communis & decretorum Pontificum possint admitti, si bonam indolem, & virtutis speciem præ se ferant, & toties merita suffragentur; ut natalium suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & utilitati profutura videantur. *Gregor. XIV. anno 1591. Rodriquez tom. 3. q. 4. art. 4. & 3.* 7°. Buffones, hystiones, carnifices, satellites, & lenones à receptione excluduntur, quia sunt infames, vel quasi infames, & non decet similibus personis Religionem decorari. *Panormitan. in cap. cum decorem de vita & honest. cleric. n. 2.* Descendentes ex genere infecto Hebræorum, vel Saracenorum, & de jure communi possunt admitti, nec professi possunt ejici sub hoc prætextu; etiam si de hoc interrogati celaverint, nisi hoc illis fuerit prozeptatum; quia statuta religionis sunt attendenda. Novitius ante professionem interro-

gatus, an habeat aliquem defectum, aut impedimentum cum protestatione, quod si postea inventus fuerit habere, professio ejus nulla erit, si praedictum defectum celaverit. Talis professio erit invalida, quia deficit illi consensus religionis requisitus. *Rodriguez tom. 3. q. 17. art. 9. Sanchez lib. 5. in decalog. cap. 4. n. 57. Lezana de novitiis cap. 24. n. 26.*

XVIII. Episcopi, aut ad Episcopalem dignitatem constituti, non admittuntur ad religionem absque expressa Papae licentia, quia status Episcoporum altior est statu religionis; vel debent religionem prius ingredi, cum status religiosus non sit impossibilis cum Episcopatu. Religiosus enim factus Episcopus verè manet religiosus. *cap. nisi cum pridem de renunciat. Suarez tom. 3. de relig. lib. 1. cap. 19. n. 13.* Praelati tamen inferiores Episcopo possunt admitti propter oppositam rationem, *S. Thom. 2. 2. q. ultima art. 7. Sylvester verb. religio 1. q. 8. Suarez tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 4. n. 14. Lezan cit. n. 11.*

XIX. Novitius vestiri potest in quocumque conventu, sive deputato, sive non deputato, ad novitiatum, quia actio vestiendi novitium non spectat ad annum probationis, siquidem illa actio transitoria est, parum conducens ad cognoscendos mores novitii à religiosis, & ab ipso religionis asperitates, in quibus consistit **annis novitatus, annus vero probationis consistit**



fit in permanentia novitii in loco designato, in quo habet probare & probari : receptio igitur ad habitum est prævia dispositio ad probationem, quæ non fit sine habitu. *Bordon. citat. super num. 1.*

XX. Posito, quod conventus, in quo novitius vestitus fuit, fuerit destinatus ad novitiatum pro aliquibus, & in illo vestitus ad alium conventum pro ejus probatione transferri debeat. Dico, quod dies peracti in loco deputato primi conventus sunt computandi, quia in hoc sunt omnia requisita ad novitiatum; locus est enim deputatus, & ibi se gerit vestitus novitius sub disciplina magistri, & consequenter, cum non differat ab aliis in regulari vita, cum illis censeri debet, & sicut prodest aliis novitiatus, ita & illi, siue illuc iaductus fuerit, ut novitiatum incipiat siue non; annus enim probationis consistit in facto & experientia, et parte quidem novitii, ut experiatur religiois austeritates & religio illius mores. *cap. monasteriis. 6. 19. q. 3. cap. ad Apostolicam de regul.*

Si verò vestitus esset in loco non deputato ad novitiatum, non computaretur tempus à receptionis habitus, sed à die introductionis in locum destinatum, *Bord. cit. n. 2. & 3.*

XXI. Tempus verò intermedians itineris primo loco novitiatus ad secundum locum computatur, & ratio est, quia, in itinere consistens cum Superiorum licentia, reputatur ac

esset intra monasterium, *Vechius de novitiis di-*  
*spat. 11. dub. 3. n. 3. & Bonacina q. 2. de claus.*  
*punct. 10. diff. 2. §. 2. n. 6.*

XXII. Translatio alicujus novitii ab uno  
novitiatu ad alium potest fieri, etiam sine cau-  
sa, seu à Provinciali, seu à Generali ; quia non  
est interruptio novitiatus, sed solum translatio  
de loco ad locum, quæ non adversatur novitia-  
tui, modo uterque locus sit deputatus : imo ta-  
lis transmigratio videtur esse legitima causa,  
quia novitius magis probatur & probat : loci  
enim mutatio interdum est in utilitatem pro-  
priam, *cap. valet 9. dist. 81.* plerumque enim,  
dum mutatur locus, mutatur etiam mentis affe-  
ctus, & interdum est in utilitatem aliorum *cap.*  
*mutationes 34. 7. q. 1.* & idem accidit in mu-  
tatione novitii, qui transmigracione ab uno ad  
alium locum majorem habet occasionem expe-  
riendi asperitates religionis & mores ac disci-  
plinam aliorum religiosorum : Translatio au-  
tem sine licentia interruptit novitiatum. Li-  
centia autem hujusmodi transitus à neutro Su-  
periore locali dari potest, quia neuter in neu-  
trum habet imperium cum sint pares. *cap. inno-*  
*centii 20. de elect. l. nam magistratus ff. de recept.*  
*arbitr.* Sed danda est à Superiore majore utrius-  
que loci, & si fiat transitus ad aliam Provinciam,  
spectat ad Generalem, quod si per paucos dies,  
vel mensem alterum, novitius stetit in uno, non  
est absolute necessaria fides testimonialis de vi-  
ta

ta & moribus novitii, si autem per plures necessaria est pro informatione fratrum, qui aliter possent suspicari de vita & moribus novitii in 1<sup>o</sup>. conventu peractis. *Bordon. resol. 24. n. 6. 7. & 8.*

XXIII. Novitius verè vocandus est religiosus & de familia conventus, in quo novitiatum peragit. Prima pars probatur: quia, licet religiosus in hoc esse constituitur per professionem, *cap. Gonsaldus 1. 17. q. 2. gloss. cap. de Prædicitis 7. 27. q. 1. & sic omnes docent*; Nihilominus, cum novitius sit proximè in via ad professionem, dicendus est religiosus, si non perfectè & irrevocabiler, saltem initiativè & perseveranter, quia novitiatum ingreditur, ut anno probationis expleto professionem emittendo perpetuò maneat in religione, *cap. religioso 2. §. quamvis de sentent. excommunicat. in 6. de Electores*, est enim persona Ecclesiastica, & datus habitus est actio spiritualis, cum per habitum fiat talis persona; neque est clericus secularis: ergo religiosus, cum non detur medium, *cap. duo sunt 7. 12. q. 1.* Secunda pars probatur, quia professi ibi sunt de familia, seu domicilium contrahunt, ubi à Superioribus designantur permanfuri regulariter, & non per modum provisionis, sive in subsidium alterius absentis incidenter, *Panormitan. in cap. nullus de paroch. Sanchez lib. 4. cap. 39. n. 20. qui cum Naldo verb. ordo.* loquitur in terminis de novitiis, *Bord. cit. n. 06.*

XXIV. No-

XXIV. Nominis mutatio, ingressu religionis, quamvis non sit absolutè necessaria de jure communi, eo quòd de hac re non sit statutum, nihilominus regulariter ingredientibus nomen mutatur à Superiore ex eo eorum beneplacito, quod maximè conveniens est, quia ingrediens, à mundo specialiter convertitur ad Deum ergo ista conversio per aliquid exterius manifestari debet, & hoc fit mutatione nominis: nam prisce nominis retentio arguit præteriti affectus conservationem, arg. l. *in nullo ff. de feriis*. Tùm, quia, quando fit transitus à statu imperfectiori, seu minus perfecto ad perfectum, fit mutatio nominis, ut patet exemplo Hebræorum, quibus nomen mutatur cum ad fidem transeunt, & Papæ electo nomen mutatur, & Christus Apostolis nomen mutavit, ut de Petro cap. 1. *Ioannis*, & *Marci* 3. de filiis Zebedei. & *Genes.* 32. de Jacob: At qui religionem ingreditur sine dubio transit ab imperfectiori statu ad perfectiorem: Denique in singulis ferè religionibus hoc practicatur, ut appareat, ingredientem renuntiasse mundo & pompis ejus, & eiusque vitiis & moribus inordinatis, est enim secundum Baptisma professio regularis secundum sanctorum Patrum opinionem. *Bord. cit.* 101.

XXV. Novitius in receptione habitus probationis efficitur Clericus tonsione capillorum, & confecione coronæ, & probatur ex institutione

tione super receptione, & educatione novitiorum, Clemens VIII. §. cum autem ibi. Item §. tempore. Ubi sæpe distinguit novitios clericos à conversis. Frustra autem eos Papa vocaret clericos, si verè non essent clerici, & secundùm Hieronymum ad Nepotianum relatum in cap. clericus. §. 12. q. 1. Clericus dicitur, qui Christi servit Ecclesiæ; mancipantur enim divinis officiis, & Ecclesiasticis obsequiis, ut de se patet; ergo sunt clerici ipso primo religionis ingressu consecratione coronæ, quam Sixtus IV. in sua bulla incipiens, cum de omnibus §. Sed in iis, vocat characterem clericalem, & eo nomine vocantur jure antiquo, cap. 2. de regul. quia deputantur ad divina officia & exercitia spiritualia in Ecclesiis suorum ordinum, funguntur enim officio Psalmistæ, Lectoris, Cantoris, &c. Ideoque sunt personæ Ecclesiasticæ, quia ad chorum sunt deputati, ut se exercent in divinis, cum spe ascensus ad sacros Ordines, *Bona sup. n. 90. & III.*

XXVI. An verò sit conveniens aut necessarium, ut, dum Superior reprehendit, vel publicat aliquod statutum contra transgressores, quod vitium remaneant, & videant quid agatur à Superiore, an verò sint dimittendi, ne sciant, an videant facta mala professorum? Videtur negativè respondendum, quia pueri & juvenes facilius scandalizantur; nihil enim cum scandalo faciendum est. *cap. 2. de præscript. imò tunc deficit*

desistendum à jure suo, gloss. in verb. nihil ex  
 cap. ad aures 5. de temp. ordin. & multa solent  
 dimitti propter scandalum, cap. 2. & 3. de cle-  
 ricis, egrot. & cap. 4. de stat. monach. His tamen  
 non obstantibus, novitii non debent dimitti in  
 casibus similibus, sed retineri & interesse repre-  
 hensionibus & castigationibus, quia similia ex-  
 empla correctionis multum profunt novitiis.  
 Exempla enim presentia præcavere faciunt in  
 futurum, cap. quia 4. dist. 82. & pœna sunt in  
 exemplum aliorum, cap. cum quidam 12. cap.  
 sicut 13. ne jurejur. cap. ea que 8. de stat. mo-  
 nach. ubi dicitur, quod delinquentes publicè  
 puniantur, ita quod pœna ipsorum sit aliis in  
 exemplum, unde bene dicitur cap. quia propter  
 46. 2. q. 7. quod transgressionis ultio sit cate-  
 ris interdictio delinquendi. Probatur item ex  
 fine novitiatus, qui inductus fuit, ut novitii a-  
 speritates religionis, & religio mores novitii  
 valeant experiri. ita Innocent. III. cap. ad Apo-  
 stolicam 16. de regul. Sed si novitius dimittitur  
 tempore correctionis, quomodo poterit expe-  
 riri religionis austeritates, & cap. presens 4. 40.  
 q. 3. dicitur. Si eo tempore tam dure observan-  
 tia monasticam intellexisset regulam, nunquam  
 filium Lambertum coegisset portare cucullam.  
 sunt verba textus: Quod autem de scandalo  
 dictum est supra, nullum in hoc sequitur, nisi  
 pharisaicum & irrationabile: Prælati enim te-  
 nentur subditorum excessus corrigere, cap. ut  
 fama

fama de sentent. excom. ergo novitii non debent dimitti, nisi alia sit ordinis constitutio vel consuetudo. Bordon. q. 17. resolut. 54. num. 95. & 96.

XXVII. Requiritur ad valide profitemdum unus annus integer, & sufficit, cap. Gonzalvus l. 17. q. 7. cap. ad Apostolicam 16. de regulari. Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. Siquidem per annum sufficienter probantur mores & vita. Hic verò annus debet esse integer quoad numerum & cursum naturalem, quia annus non est nisi cursus 365. dierum, & quasi sex horarum, quia desunt aliqua minuta; & cum sex horæ quadruplicatæ constituunt unum diem naturalem, ideo unicuique quadriennio, quod dicitur bissextilis, additur unus dies, & sic ille annus constat 366. diebus; si ergo solus dies vel hora, aut semihora, imò unus quadrans desit, annus non dicitur integer, cum integritas dicatur id, cui nihil deest: unus ergo annus integer, currens de momento in momentum requiritur ad valorem professionis. Anno vero bissextili requiruntur dies 366. alius annus non esset integer, quia illi deesset unus dies; quando autem solum de quadrante semi hora vel etiam hora dubitatur, non est dubium, quod resolvendum sit in favorem professionis valentis contra reclamantem, quia non est multum minima pars, ex qua nulla certa conclusio nullius professionis potest inferri.

XXVIII. Quando autem incipiat prima hora & dies novitiatus, seu dies anni probationis Dico, quod currit tempus ab illo puncto, quo ultimo inductus fuit habitu religioso, si fuit vestitus in loco ad novitiatum deputato: si vero extra, in conventu non deputato, inductus fuerit, tunc incipit currere tempus novitiatus, quo primo introducitur in conventum deputatum: probatur ex verbis *Concil. Trident. sess. 25. cap. 15.* prima pars, quia initium probationis sumitur à susceptione habitus per hæc verba, *nee qui minore tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit.* Confirmatur à simili, quia sicut à consuratione laicus incipit esse clericus, & miles à receptione cinguli, & à professione religiosus, ita novitius incipit quis esse, cum primo habitum recipit. *Miranda tom. 1. q. 22. art. 3. conclus. 1.* Secunda pars probatur, quia traditio habitus extra locum deputatum fit potius ad consolationem parentum & amicorum, quam in ordine ad probationem, maxime stantibus decretis *Clement. VIII. de recipiendis ad habitum probationis & professionis in locis deputatis sub pena nullitatis professionis confirmatis per Breve Urbani VIII. incipiens, Religiosos.*

XXIX. Regulariter sine habitus religionis gestatione irritus est novitiatus, & invalida professio, quia gestatio habitus est una ex principalibus aspectibus, quam novitius probare debet.



debet. Unde gloss. 1. sine cap. presbyterus 38.  
16. q. 1. dicit, quod experientia habitus maxi-  
mè spectatur, & gloss. v. lanea veste cap. 2. de ho-  
micid. per cap. in capite dist. 5. dicit, experi-  
entiam habitus, & laneum habitum esse poeniten-  
tiæ signum, unde & in lecto ferendus à moni-  
libus, cap. vidua 13. 20. q. 1. Novicius ergo  
probandus est in habitu ejus ordinis, quem in-  
tendit profiteri, Concil. Trident. sess. 25. cap. 15.  
ubi requiritur habitus gestatio, sive pro novi-  
tatu, seu pro professione, aliter utrumque in-  
tum est. Rodriguez tom. 3. q. 15. art. 9. Miran-  
da tom. 1. q. 21. art. 6. Peyrinis de pralat. q. 3.  
cap. 1. n. 103. Vecchius disput. 11. dub. 7. &  
alij plures.

XXX. Novitatus illius non tenet, & est  
nullus, qui saltem præcipuas religionis aulte-  
ritates non est expertus, licet non omnes in  
specie, sed ad minus aliquantulum debet experi-  
entia, quæ ad vota pertinent; parum enim est  
esse sub obedientia, si ea nunquam exerceatur.  
Unde novicius v. g. Patrum Minimorum, qui  
toto anno infirmus fuit, & de carnibus vixit,  
verum non exegit novitatum, neque valide  
potest profiteri. Idem dico de aliis, quia he-  
jusmodi spectant ad substantialia Ordinis, &  
non sufficit solus affectus, sed præterea requiritur  
ejus executio, quia annus probationis con-  
sistit in executione & experientia, si non o-  
mnium asperitatum, saltem principalium de  
sub

Substantialium. Bordonus resolut. 99. num. 42.  
C. segg.

XXXI. Non potest Prior conventus novitatus, nec aliquis Superior unum aut alterum novitium, licet bonæ indolis, ad scholam extra monasterium mittere, etiamsi debitis horis reperiri possit in choro pro horis canonicis, sed intra claustra novitii ab eorum magistro deputato debent instrui. Si tamen mittantur edocendi, non ideo inde sequitur nullitas probationis aut professionis, sed novitatus bonus est, & inde sequuta professio tenet. Primum probatur, ex constitutione *super educat. novitior. Clement. VIII.* his verbis: *In eo etiam præter alias communes necessitates apertus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones instructionesque magistri audiendas, &c.* Præterea, si nulli seculari licet ingredi novitium, sine gravi causa ad colloquendum cum novitiis, nisi magistro permittente & præse, multo minus poterit novitius egredi ad scholas, cum id fieri non possit sine colloquio & conversatione secularium. Deinde vix commorari possunt cum professis nisi in choro, refectorio & processionibus: ergo nulla ratione dimitti possunt ad scholas; Denique inter principales austeritates, quas novitius eo anno debet probare, est observatio clausuræ, cujus difficultatem experiri non est possibile, si quotidie bis aut etiam semel egrediatur ad scholam.

lam. Secundum, quod novitatus teneat, probatur, quia novitius exeundo ad scholam adhuc sufficienter experitur asperitates religionis, accedit enim semper & revertitur cum licentia & benedictione sui Superioris, & tenet professio, quia nullibi annullatur ex illo delictu. *Bord. resolut. 54. n. 170.*

XXXII. Clericus potest transire ad statum conversi tempore novitatus, qui autem ad conversorum habitum receptus fuit, nullatenus ad clericorum statum transire potest sine rescripto Apostolico, ut expressè dicitur in *istitut. novit. §. tempore vero. Clement. VIII. de transitu vero clericorum nihil dicitur, unde non videtur Papa hoc prohibere: negatio enim unius est alterius inclusio: cap. non ut de presumpt. & concessum censetur, quod non est expressè prohibitum: cap. sunt nonnulli. §. 1. q. 1. cap. jam nunc 7. 28. q. 1. ibi (hoc non vult Dominus) tota vero difficultas, quæ posset esse ex parte clerici transientis ad statum conversorum, esset, quia non esset expertus austeritatem & laborem atque verecundiam in quærendo eleemosinas, juxta illud Evangelicum *mendicare erubescit*, sed cum sciat transiens, illud statum habere annexum illud mendicandi officium, eam asperitatem sufficienter experiri potest, antequam profiteatur, imò sufficit, si habeat cognitionem illius speculativam, neque eam (ut diximus) tenetur novitius omnino asper-*

asperitates in specie experiri. *Bord. sup. n. 228.*  
¶ *seqq.*

XXXIII. Novitius mutans primum novitiatum, si in illo fuit per notabile tempus, duos scilicet vel tres menses, debet secum afferre litteras testimoniales de vita antea acta in primo loco, pro informatione fratrum secundi loci; quia aliter possent suspicari de vita & moribus in priori conventu peractis. *Bordon. sup. n. 18.*

XXXIV. Expulso novitio dandæ non sunt litteræ testimoniales, si ex propria culpa fuerit expulsus, si, quia vitæ austeritatem sufferre non potuit, si, si voluntariè ex propria libertate statui religioso renuntiaverit: 1º. quia hoc ipso, quod ejicitur ex ejus antea acta mala vita, & pravis moribus fides, si illi fieret, falsa esset; sunt enim hujusmodi litteræ commendaticie tractantes de laudabili vita & honestis moribus. 2º. in aliis casibus nullum est debitum dandi tales litteras; si tamen consuetudo sit illas concedendi, poterunt concedi exprimendo in illis causam recessus, si ex libero recesserit arbitrio, si, quod recessit, eo quod esse naturæ & complexionis ita delicatæ, ut non potuerit asperitates religionis sustinere; Ubi vero non est consuetudo, non introducatur.

XXXV. Peractus novitatus in multis casibus remanet nullus, & 1º. factus ante annum §. inceptum nullus est: ergo ut valeat, debet

Y 4 bes

bes illum incipere post 14. completum, hoc est  
 in decimo quinto; inceptus tamen aliquot  
 diebus, etiam forsan per mensem in fine decimi  
 quarti, non videtur dici vitiosus, quia, sicut no-  
 vitius continuè non tenetur experiri singulis  
 in specie asperitates, ita neque tempus aptum  
 ad experimentum ita continuè considerari de-  
 bet, quin major temporis pars apta sufficere  
 possit pro experimento necessario, Sanchez lib.  
 3. cap. 4. n. 22. 2°. Novitatus est nullus de-  
 fectu integritatis, debet enim per unum an-  
 num integrum manere in probatione (ut dixi-  
 mus n. 27. præcedenti,) ita Concil. Trident. sess.  
 25. cap. 15. per annum post susceptum habitum  
 in probatione steterit: quia tempus à lege præ-  
 scriptum est de substantia rei cui adjicitur, &  
 dicitur forma actus; unde, qui tempus legi  
 non observat, non dicitur legis formam obser-  
 vare, l. observare §. post hac ff. de officio procon-  
 sul. 3°. Novitatus fit nullus, defectu conti-  
 nuationis, posita ejus interruptione: requiritur  
 ergo continuatio, nam per particulam (per)  
 appositam in Concil. Trident. supra, signifi-  
 catur debere esse continuum, l. Urbana 166. l.  
 pernoctare ff. de verbor. obligat. De interrup-  
 ptione verò certum est, quod illa posita nõ au-  
 plius subsistit continuatio, & de hac agemus  
 n. sequenti. 4°. Novitatus est nullus, quan-  
 do fit sine veste religiosa, ut diximus n. 29. præ-  
 cedenti: cum debeat novitius probari cum ha-  
 bitu.

bitu; cap. super eo cap. ex parte 22. de regu. & cap. 1. eodem tit. in 5. quia, licet habitus non faciat monachum, facit tamen novitium. 50. Nullus est novitiatus factus extra monasterium ad hoc destinatum, tamen extra factus per aliquod tempus de licentia & ex causa, non vitatur, non obstantibus decretis. *Bord. n.*

XXXVI. Novitiatus autem interrumpitur, 1. si novitius exeat à monasterio habitu depositio cum intentione deserendi religionem, & non amplius redeundi. *Peyrinis de Pralato q. 3. cap. 1. §. 4. n. 10. Vecchius disp. 11. dub. 3. n. 6. Portellus verbo novitiatus n. 49.* hic supponuntur tria, scilicet, habitus depositio, quod exeat extra monasterium, & exitus fiat animo deserendi. Ad tria respondeo, & 1<sup>o</sup> quoad habitus depositionem certum est, quod habitu non deposito, exire à claustris simpliciter, non importat desertionem novitiatus, cum etiam profelli aliquando exeat animi gratia ad vagandum, quamvis ad non deserendam institutum. Ut ergo pateat desertio, adjicitur habitus depositio, præterquam quod in retentione habitus, si non actu continuatur novitiatus, saltem virtualiter: cum habitus gestatio connumeretur inter austeritates, quas novitius experiri debet. *Sanchez lib. 5. cap. 4. n. 29.* Neque fractio obedientiæ, quamvis sit grave peccatum, infringit aut rumpit novitiatum, cum etiam per inobedientiam magis experiantur

Y s                      reli-

religionis austeritates in consequentiam pe-  
 nã, quam sibi novitius imponendam & sube-  
 undam prævidet. Secundò, debet esse actu-  
 lis exitus consummatus extra monasterium,  
 non enim dicitur exiisse, si mansit intra clau-  
 stra, etiam habitu dimisso, & cum animo defe-  
 rendi. Ille enim tantum dicitur exiisse, & fu-  
 gitivum esse, qui in ipsum factum fugæ vitium  
 mentis deduxit. *l. fugitivus 215, de verbor. si-  
 gnificat.* neque perfectè recessisse dicitur ille no-  
 vitius, qui in actu fugæ extra claustra depre-  
 henditur ipso die, quo recessit; qui enim in fu-  
 ga est, videtur esse in loco, à quo recessit. *l. huius-  
 modi 86. §. legatum ff. de legib. 1. l. servus  
 80. ff. de legat. 3.* neque ille censendus est fugi-  
 tivus, qui ad fugam gradum unum vel alterum  
 promovit vel currere cœpit. *l. quis sit fugiti-  
 vus §. item ait de verbor. significat. 3º.* Ad in-  
 terrumpendum novitiatum requiritur animus  
 deserendi statum illum, & est vera causa pro-  
 ductiva interruptionis, quæ per se cum non pa-  
 teat, quia consistit in animo & proposito, quod  
 in mente retentum nihil operatur, ideo externi  
 actus depositionis habitus & exitus extra mo-  
 nasterium adjiciuntur, ut ex his interruptio  
 pateat; quare, qui habitu deposito, animo fu-  
 gandi aut percutiendi, vel sævitiam magistrum  
 fugiendi ex timore pœnæ, vel ut recursum ha-  
 beat ad Superiorem, statim redeundo, vel ha-  
 beat aliquam causam præcedentem, ex qua de-  
 dit

Ani possit egressionem non fuisse simpliciter fugam animo delerendi, ex his non inferitur interruptio novitiatus, *Vecchius disp. 11. n. 15. dub. 3. Barbosa ad cap. 15. sess. 25. n. 40. Peyrinus de Pralato q. 3. cap. 1. §. 4. n. 100.*

Secundò interruptitur novitiatus, quando legitima subsistente causa, novitius ejicitur; quia tunc perdit omninò statum religiosum, & consequenter rumpitur novitiatus; ad hoc autem tria sunt necessaria, scilicet primò, ut legitime sit expulsus; secundò, ut sit secundum statuta ordinis; & terriò, ut ita expulsus steterit per aliquod tempus extra monasterium permanenter; factum enim parum durans non videtur fuisse, parum enim & nihilum comparantur, & in hoc casu, qui per unum aut alterum diem absuit, censetur parum absuisse, & consequenter non interrupisse novitiatum. *Bord. res. sol. 64. n. 198. & 196. & seqq.* Transitus verò clerici ad statum conversorum tempore novitiatus non interruptit novitiatum, quia permixtus novitiatus ex utroque statu non obstat, eo, quod permaneat cum eadem disciplina sub regulari Superiore, & communes sint asperitates.

XXXVII. Posita autem novitiatus nullitate in precedentibus casibus enumeratis, sequitur nulla professio, quia reputatur ille novitius, ac si nullo modo esset factus, & professio, novitiatu non præmisso, est nulla. *sess. 25. cap.*



cap. 15. Concil. de communi omnium DD  
 consensu, quos citat ad hoc *Barbosa cap. 18*  
*Sanchez lib. 5. cap. 4. n. 25. Peyrinis de Pre-*  
*lato. q. 3. cap. 1. §. 2. n. 40.*

XXXVIII. Novitiatus non censetur inter-  
 ruptus, quando novitius, qui licentiam pe-  
 titi dimittendi habitum & redeundi ad seculum,  
 & obtinuit, illo tamen die & sequenti  
 mansit simul cum aliis novitiis, & etiam cum  
 habitu, expectando parentes, qui cum erant  
 eonducturi, sed sequenti nocte facti poenitentis  
 propositum mutavit & petiit in religione per-  
 manere cum bona intentione perseverandi;  
 parva enim sunt non facere, vel in factio non  
 perseverare, *l. quidquid calore ff. de regul. jur.*  
 neque dicitur factum parum durans, *glossa §.*  
*statim poenitentis cap. ad nostram §. de regul. Pe-*  
*tita ergo licentia, & obtenta, cum parum*  
*ferè nihil duraverit, respectivè reputatur, ut*  
*si de illa nihil actum fuisset; consequenter in-*  
*terruptum non potest: tum, quia illis diebus*  
*remansit novitius in loco novitiatus cum habi-*  
*tu: tum, quia non sufficit verbum & propositum,*  
*ubi factio opus est. l. non omnes ff. de re*  
*militari cap. 1. & 2. de sequest. poss. Ad inter-*  
*ruptionem vero novitiatus requiritur, ut se-*  
*pra diximus, actualis recessus: tum, quia re-*  
*nuntiatio inconsideratè facta & cum parum*  
*prudenti iudicio & ratione, non tenet, nec*  
*aliquos producit effectus præjudicantes renun-*  
*cianti*

cienti. cap. super. hoc de renunciat. & cap. ad nostram citato supra. Verum quidem est, quod requiritur novus consensus intentionis saltem interpretativus eorum, qui novitium petentem licentia verunt. Ille autem consensus interpretativus ex utraq; parte satis evidenter probatur, ex parte novitij per pœnitentiam notam conventui, & ex parte conventus per non expulsionem novitij permanentis in eodem statu probationis. *Bord. resol. 54. n. 53.*

XXXIX. Novitius, rationabili causa subsistente, de licentia Prioris localis manere potest per aliquot dies, vel menses apud parentes, vel amicos; & Prior hanc facultatem concedere potest, quia novitius est illi immediatè subjectus; ergo, legitima subsistente causa, potest dare hanc licentiam novitio, quod est signum subjectionis, sicut potest dare professio, cum uterque sit illi subjectus (modò tamen statuta Ordinis non repugnent,) ergo per illud totum tempus, quod expostulat causa, per quam concessio facta illi fuit, manebit extra; sicut enim causa legitima justificat licentiam; ita legitimum facit tempus, licet diuturnum. Ita docent Sanchez lib. 5. cap. 4. n. 28. Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 2. q. 8. asserentes, posse morari majori parte anni, contra Rodriq. & alios. *Bord. sup. n. 100.*

XL. Novitiatus ab initio totus est de novo inchoandus, & repetendus toties, quoties fuit

fuit nullus, aut interruptus, aut, quando, peccato probationis anno, novitius fugit, vel repellitur, aut cum licentia dimittitur ad patriam pro suis negotiis. Constat primo; quia, cum novitiatum supponatur nullus, nullum potest producere effectum, l. 4. §. *condemnatum*. ff. de re judic. Ergo qui vult valide profiteri, debet novitiatum reficere in totum, cum nulla eius pars subsistat, quod in se nullum est, & in hoc omnes conveniunt. Secundò, qui ex longa absentia potest præsumi novitiatum mutasse mores. Bartol. in l. si venri §. fin. ff. de privileg. diurnitas enim temporis mores mutat, l. si non sortem §. libertus ff. de condit. & debet. atque dum mutatur locus, saepe mutatur mentis affectus. cap. Valet. dist. 81. cap. fratrem dist. 86. qui verò cum licentia recesserunt & brevi tempore, verbi gratia, intra quinque vel sex menses reversi sunt, si literas de vita antea acta afferant, aut fuerint in aliquo conventu, aut propè, aliis religiosis testantibus laudabiliter vixisse, sine repetitione probationis recipi possunt. Hoc autem non admittitur pro his, qui ferunt eiectioni, aut qui fugerunt licet literas afferant testimoniales de vita & moribus, sed renovitari coguntur. *Burdanus resolut. 99. n. 46. & 47.*

XLI. Non licet filiis absque peccato mortali relinquere parentes in extrema aut gravi necessitate, & religionem ingredi, sicut superius notavimus.

Notavimus in presenti capite n. 6. Extenditur etiam hæc doctrina ad religiosos jam professos; tenentur enim succurrere parentibus extremè indigentibus, modo sit certa talis extrema necessitas, etiam egrediendo è religione contra Superiorum voluntatem, si non supersit alius modus illis subveniendi; quia nulla obligatio voti potest præminere obligationi, quæ est ex iustitia, ut in isto casu, *Caetan. 2. 2. q. 101, art. 4. Valentia tom. 3. disp. 7. q. 1. part. 2.* Hoc tamen rarò debet fieri, quia, cum religiosus mortuus sit mundo, & in sæculo vivendo periculum subeat (regulariter loquendo) propriæ vitæ spiritualis, non debet, nisi urgeat gravissima & evidens parentum necessitas, votum professionis effringere: & ad minus certum est, quod ad succurrendum necessitatibus gravi fratrum, vel sororum etiam pudicitia periclitantium, non debet facile religionem relinquere; licet propter hoc habeat sufficientem causam, ut cum illo dispensetur. *Sanchez lic. 4. in decalog. cap. 20. n. 33. Cordub. in summ. q. 141, art. 2. Suarez. tom. 3. de relig. lib. 3. cap. 6. a n. 3. Lezana tom. 1. cap. 2. n. 13. cap. 24. n. 40.*

XLII. Novitius, qui, peracto probationis anno, vult egredi pro suis negotiis, si ultra annum remanet extra conventum, & postea revertatur, non potest validè profiteri, ut supra n. 40. diximus; sed iterum debet novitiam

sum

tum repetere, sic enim consulitur decori & honestati religionis, & novitius eo onere conservatur in vita exemplari & religiosa: ita quod si sine iterato novitiatu professionem emitteret, nullius esset momenti aut valoris eo, quod novitiatus sit quid essenziale requiritum ad professionem, & prior novitiatus sit pro nihilo reputatus. *Bordon. resol. 99. n. 59.*

XLIII. Gaudent novitij privilegio fori, ita, ut conveniri non possint pro ullo delicto coram iudice seculari, eo quod sint aliquo modo sub Ecclesiastica potestate, & jurisdictione Ecclesiastica religionis, gaudentque Canonico privilegio; ita ut illos percutiens, innoceat excommunicatione, ac si clericum percussisset. *cap. religiosus de sent. excom. in 6. Azor. lib. 1. instit. moral. q. 11. cap. 2. unde novitij delinquentes à Superiore puniri debent, quia sunt sub illius potestate, Aldrete. lib. 1. de relig. discipl. cap. 7. n. 33. Sanchez lib. 6. in decal. cap. 10. n. 11.*

XLIV. Novitius potest absolvi ab omnibus casibus, etiam reservatis à quibus possunt absolvi professi, quia novitij, etsi in odiosis non habeantur pro religiosis, tamen in favorabilibus pro talibus habentur, ac per consequens eisdem privilegiis ac alij religiosi professi frui possunt, maximè in rebus concernentibus eorum conscientias, *Sanchez lib. 6. in decal. cap. 10. in fine, & lib. 4. cap. 39. n. 11. Port.*

In verbo novitij absolutio n. 33. & 35. *Lezana*  
 verbo novitius n. 36. *Bordon. resolut. 3. n. 11.*  
 & colligitur ex verbis ipsius decreti citati apud  
 eundem Bordonum *ibi n. 8. fratrum presentium*  
*& futurorum*, qui enim nondum sunt pro-  
 fessi, dicuntur futuri, ac proinde novitij pro  
 tempore in favorabilibus veniunt sub nomine  
 fratrum. Tenentur autem novitij confiteri  
 intra religionem suo magistro, aut uni ex de-  
 putatis à Superiore regulari, aliter confessio est  
 nulla: In itinere verò gaudent privilegio pro-  
 fessorum, & ita possunt eligere confessarium  
 quemcumque etiam à Superioribus approba-  
 tum, sed simplicem aut extraneum, si careant  
 copia sacerdotis sui Ordinis; quòd verò no-  
 vitij teneantur confiteri magistro, aut uni ex  
 deputatis, probatur; quia statutum illud non  
 est consilium, sed præceptum, si non formaliter,  
 aut æquipollenter, saltem virtualiter; quia est  
 de re aliis præcepta, scilicet, ut quilibet confi-  
 teatur proprio sacerdoti, qualis est magister re-  
 spectu novitij, quod de jure communi est inter-  
 pretandum; ita, quod tantam vim importat,  
 quantam jus commune, *cap. cum dilectus juxta*  
*gloss. nec juri communi.* Hoc autem decretum  
 pro novitiis est conforme juri communi, quod  
 unusquisque confiteatur proprio Sacerdoti, &  
 non alieno, tam reservata, quam non reservata;  
 Ergo non est consilium, sed præceptum. Alij  
 verò sacerdotes deputati in confessarios pares  
 sunt

Z

sunt

sunt cum magistro, quatenus confessorio; ergo  
& ipsi novitios audire possunt; quia particu-  
(soli) in decreto apposita, accipitur quasi ob-  
gnanter & non taxativè; quatenus indicat, si  
quis in confessorium novitiorum sit deputa-  
tus, præcipuè debet esse magister. *Lexan. ver-  
bo novitius n. 40. Bordon. resol. 34. n. 38. & re-  
solut. 3. n. 11.* Possunt pariter novitii confite-  
ri peccata sua religiosis à Superiore deputatis  
& à Superioribus approbatis; non possunt ta-  
men validè confiteri alicui confessorio tantum  
ab Episcopo approbato, invito Prælo religio-  
nis, maxime quoad casus reservatos Superi-  
oribus, quia per novitiatum censentur mutari  
se territorium & domicilium, & esse sub juris-  
dictione religionis. *Corduba lib. 1. q. 30. Sae-  
rez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 17. à n. 11.*  
licet oppositum multi teneant cum *Miranda  
in manual. tom. 2. q. 34. art. 16.* quia novitii  
ante professionem sunt simpliciter seculares,  
licet privilegiis religionis fruantur, & Decre-  
tum *Clement. VIII.* non irritet confessionem  
factam alteri quàm magistro. *Rodriguez tom.  
1. qq. regular. q. 27. art. 11. Portellus verbo no-  
vitiis absolutio, n. 36.* Hæc autem omnia sunt ob-  
servanda salvis constitutionibus cujusque Ordinis  
*Bordon. resol. 54. n. 119.*

XLV. Licitum est & meritorium voto, aut  
etiam juramento se ad ingressum, aut profes-  
sionem obligare. *Psalms. 75. Vocete & redite  
Dominus*

Domino Deo vostro, Sylvest. verbo religio 2. q. 14. Et qui tale votum vel juramentum fecit, tenetur illud adimplere, juxta illud Ecclesiastici 15. si quid vovisti Deo ne moreris reddere. S. Thom. 2. 2. q. 187. art. 3. & 4. Hinc, qui promittit absolute, & vovit religionem intrare, si in una aut altera non potest admitti, tenetur alias requirere, ut recipiatur, tenetur namque facere totum quod potest, ut votum impleat. D. Thom. sup. Cajetan. & alij; qui verò promittit ingressum in aliquam determinatam, si in aliquibus aut multis conventibus ipsius non admittitur, non tenetur aliam intrare, quia intentio illius fuit illam, & non aliam intrare determinatè: necessarium tamen est, quod in multis ejus religionis conventibus procuret ingressum. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 2. n. 8. Si verò quis vovit in aliquam intrare, & in altera laxiori profiteatur, professio est valida, & tenet cap. qui post votum de regular. lib. 6. Peccavit tamen, quia fuit transgressor voti simplicis, D. Thom. sup. art. 9. Quòd si post votum in Episcopum fuit electus, tenetur dispensationem voti à Papa impetrare vel religionem prius ingredi, cum status religiosus non sit impossibile cum Episcopatu; religiosus enim factus Episcopus, verè remanet religiosus. Suarez tom. 3. de religion. lib. 1. cap. 19. Lezana cap. 24. tom. 1. de novitiis n. 27 Sylvest. verbo religio 1. q. 20. vide n. 18. hujusce capituli, vide



Layman. lib. 4. tract. 5. de statu religionis  
cap. 6.

XLVI. Novitium, in mortis articulo  
stantem, posse validè professionem emittere  
ante expletum probationis annum multi tenent,  
dummodo sit ætatis requisitæ, hoc enim con-  
cessit Pius V. in bulla, qua incipit summi sacer-  
dotii cura, & habetur in tom. 2. Bullarii n. 109.  
Quod privilegium non est revocatum à Gre-  
gor. XIII. Rodriguez tom. 99. regular. q. 15. n. 6.  
Quia, etsi posito, quòd reduxerit omnia pri-  
vilegia à Pio V. concessa regularibus ad termi-  
nos Concilii Tridentini, hoc solum intelligi  
debet in casibus communibus, non verò in casibus  
particulari concernente bonum spirituale ani-  
mæ. Peyrinis tom. 2. privilegior. in consuet. 8. P.  
V. §. 2. Estque probabile talem novitium  
professum, si calu non moriatur, manere pro-  
fessum, nec indigere nova professione, quæ  
talis professio valida fuit, solumque defuit  
complementum novitiatu, in quo Papa dis-  
pensat: quia tamen oppositum dicitur deest  
à sacr. Congreg. Cardinal. idèò cautè proce-  
dendum. Gavant. in manuali Episcop. ver-  
monialium professio 4 & 5. Lexan. cap. 2. §. 1.  
1. n. 39. Hujusmodi verò professionem  
habere effectum suum, nisi sequuta morte, pro-  
bat Bordonus resolut. 54. n. 49. duplici ratione  
primam sumit ex conditione, quæ, ut sic,  
nil ponit in esse: l. sedere diem ff. de verbor.

signif. l. si quis omiffa ff. eod. Unde non valet actus, ejus contemplatione factus, nisi conditione existente, & nihil operatur ante illius eventum ex legibus citatis & cap. si prote, 13 de rscript. in 6. & cap. praterea 40. de appellat. Ergo professio eo modo facta, non recipit vires, nisi in puncto mortis, Secundum sumit ex verbis Pontificis Pij V. dicentis quod novitij, sic decedentes, indulgentiam & alias gratias, quam alij verè professi, consequuntur, unde infert dictam professionem non esse veram professionem, sed talem solum in ordine ad indulgentiam, ex contemplatione mortis; ergo non moriente professio non tenet, sed adhuc profequi debet novitiatum, & annum probationis perficere, contra Dianam & alios: & respondet ad Peyrinum citatum supra: Pontificem reliquum novitiatum non supplere, sed indulgere, ut possit proficere in articulo mortis, incompleto anno, de cætero nihil dicit, casus itaque relinquatur dispositioni juris communis. l. commodissime ff. de liber. & posthum. quod vult, ut professio non emittatur, nisi post annum probationis expletum, Concil. Trident. cap. 17. sess. 25. Et cum non fuerit verè articulus mortis, ut probat convalescentia, privilegium suæ sanctitatis non potest habere locum; exigit ergo ut mors sequatur, ex ipsis etiam verbis decreti, dicentis de consilio medici ab hoc saculo *transitura* conspicitur: loquendo de moniali, & quamvis

quamvis hoc decretum loquatur de monialibus communicatur etiam viris, ut docet Peyrinus citatus; quia non est major ratio, cur moniales communicent in privilegiis virorum, & viri non participant favoribus monialium, quando privilegium nulli sexui repugnat, *has Berdon citatus supra.*

XLVII Non obstante, quod in Concilio Tridentino sess. 25. cap. (sic habeant) finis temporis novitatus superiores novitios, quos habiles invenerint ad profitendum, admittant, aut e monasterio ejiciant; tamen Superior potest et causa professionem differre in illis, qui habiles non sunt inventi, ut sunt illi, qui non bene adhuc didicerunt, ita sacra Congreg. respondisse sub Pio V. dicit Navarrus tom. 1. conf. lib. 3. de regul. conf. 30. n. 1. Praesertim si inhabilitas ex infirmitate proveniat, posse prorogari tempus, donec sit spes recuperandae sanitatis, & universaliter tempus ad emittendam professionem posse arbitrio Superioris prorogari, dicitur censuisse sacra Congreg. Concilii 31. Maij 1597. Peyrinus tom. 1. privileg. constitut. 2. Sixti IV. §. 11. n. 81. & 82. Suarez 1. tom. de religione lib. 5. cap. 13. Etiam sine sufficienti causa novitii professio differretur, & licet in hoc peccatum committatur contra decretum concilii adductum, professio tamen sequuta est valida, tum quia Concilium illam non irritat, tum quia, quando statutum

mandat aliquid fieri certo tempore, actus contra factus, non est irritus, *Suarez de legibus lib. 1. c. 15. n. 10. Lexana cap. 23. tom. 1. n. 41.*

XLVIII. Novitius ante professionem interrogatus, an habeat aliquem defectum cum protestatione, si postea inventus fuerit habere, professio ejus erit nulla, si prædictum defectum celaverit, & sit contra Canones: quia tunc deficiet illi consensus religionis requisitus. *Rodriguez tom. 3. q. 17. art. 9 Sanchez lib. 5. in decalog. cap. 4. n. 57.* Dixi, si defectus sit contra canones, quia morbus corporalis non repugnans substantiæ religionis, ut, si quis lepram occultarit, etiam interrogatus, non facit professionem irritam, quia talis defectus & occultatio non tollunt aliquid de essentia religionis, nec ob id posset expelli. Verè tamen, si illi protestatum fuit tempore professionis, quod si talem habet defectum, professio illius nulla erit, certum est, quod nulla erit propter defectum consensus religionis absolute requisiti. *Lexan tom. 1. cap. 2. n. 23. & cap. 24. n. 26.*

XLIX. Licet invitè & coactè novitius per annum in conventu permanferit, si tamen in fine anni probationis voluntariè & liberè professionem vult emittere, valida erit professio, quia annus probationis non requirit libertatem, licet postulet intentionem illum peragendi: & ut novitatus ritè fiat, sufficit, si novitius sit in loco deputato persistens ibi per annum, probans

probans austeritates & onera religionis, & ver-  
sa vice satis est, si monasterium ejus probet mo-  
res *cap. ad Apostolicam 16. de regul.* Id autem  
probari potest voluntate coacta, licet non libe-  
re; austeritates enim, in quibus probatio reli-  
giosa consistit, non requirunt necessariò libe-  
tatem, cum sine ipsa illa verè experiantur, &  
quò magis invitus novitius experitur austeri-  
tates status religiosi, eò perfectiorem dicitur  
perfecisse novitium, ut inde deliberare pos-  
sit, an illi potius expediat remanere & profes-  
sionem emittere, quàm religionem relinquere.  
Valida igitur erit illius professio.

L. Novitius, qui extra conventum novitia-  
tus cum habitu, & sub obedientia Superiorum  
per aliquod tempus est commoratus, sive et  
longo itinere, sive ex contracto in itinere mo-  
bo, legitimè admittitur ad professionem, & e-  
jus professio est valida; quia supponitur per  
totum annum habitum gestasse, licet partim in-  
tra, partim extra sub obedientia Superiorum, &  
cum eorum licentia, justa causa data, scilicet  
religionis obsequium, & est sufficienter imple-  
tus annus probationis, quia nullo jure cavetur  
novitium debere manere toto anno intra mo-  
nasterium, cum manendo extra sub obedien-  
tia, residere censeatur intra illud, quocumque  
vadat. *Navarr. in cap. statuimus 19. q. 1. n. 74.*  
& ratio est, quia longè asperiores & duriores  
vitam ducit extra monasterium, quam ducere  
intra

intra, & magis probat duritiem obedientiæ  
 cundo, redeundo, & laborando, & malè sapius  
 edendo, quàm alii, qui sub umbra obediunt be-  
 ne edendo & parum patièdo. Talem autem  
 licentiam Provinciales dare possunt, imò &  
 Priores de consilio patrum Concilii, quando  
 ad Provinciales facillè non possunt recurrere, &  
 urget necessitas; & à fortiori hoc possunt Su-  
 periores majores. Nota tamen, quod initio  
 dixi, cum habitu & obedientia, nam si aliter no-  
 vitius egrederetur, annus diceretur interpola-  
 tus & interruptus, ut supra diximus. *Lezan.*  
*consul. 9. n. 23. fol. 84.*



## CAPUT XIX.

### De Professione regularium, & eorum Privilegiis.

#### SUMMARIUM.

- I. Quatuor conditiones requiruntur ad es-  
 sentiam religiosi status.
- II. Ad professionem tria necessaria requi-  
 runtur.
- III. Professio dicitur nulla ob multas causas.
- IV. An requiratur iteratio novitiatus, cum  
 quis est invalidè professus.

Z 5

V. De

- V. De tempore professionis facienda.
- VI. Papa dispensat in votis solemnibus
- VII. Professio illegitimi non est valida apud nos.
- VIII. Professio facta e mentito sexu non est valida.
- IX. Professio servi est invalida.
- X. Professio impotentis servare regula precepta est valida.
- XI. Professio ob malum finem facta, vel ab excommunicato, vel simoniaci, est invalida.
- XII. Professio facta sub conditione de futuro, est aliquando valida.
- XIII. Professio fictè facta, quomodo erit valida.
- XIV. Professio invalida non obligat.
- XV. Professio facta per Procuratorem est valida.
- XVI. Professio ipso jure, irrita subsequenter ratificatione, convalescit.
- XVII. Professus invalidè potest exire propria auctoritate.
- XVIII. Professione declarata nulla, dimissa recuperat omnia quibus renunciaverat.
- XIX. No

- XIX. Nullitate professionis probata legitime dimissus, potest uxorem ducere.
- XX. Professorum regularium privilegia principalia numerantur.
- XXI. Conversi, commissi, & oblato professi, sunt vere religiosi.
- XXII. Quanam debita à professis contracta debeant solvi à monasterio.
- XXIII. Per professionem vacant quacunque beneficia, nec sunt tamen professi beneficiorum incapaces.
- XXIV. Professio facta ad tempus est nulla.
- XXV. Professio facta per metum, an sit nulla.

I. **C**onditiones quatuor requiruntur ad essentiam veri status religiosi, scilicet, 1<sup>o</sup>. Profiteri tria vota, obedientiam, paupertatem, & castitatem. *Innocent. III. in cap. cum ad monasterium.* 2<sup>o</sup>. Ut hæc tria vota firmentur, *S. Thom. 2. 2. q. ult.* 3<sup>o</sup>. Ut tale votum emittatur in religione approbata, quia professio, facta in religione reprobata, habet solum vim voti simplicis, & ad hoc solum potest obligare. 4<sup>o</sup>. Ut, qui vover, constituatur ab alterius potestate dominativa vel domestica, & inde fit, quod religiosus vi votorum, quæ emisit, non est tam suus, & sui juris, quam religionis, sub cujus potestate



testate & jurisdictione se constituit; quia saeculo renunciat, eique moritur; & ad vitam spiritualem se omnino transferens se Dei obsequio mancipat. Sanchez lib. 5. de precept. decalog. cap. 1. n. 16. Quid sit igitur professio regularis, propriissime colligitur ex supra allegatis, apud *Lezanam* verbo *regularis* n. 2. Est enim promissio obedientiae, paupertatis, & castitatis. Sylvester in summ. verbo *professio* & verbo *religio* 3. in principio, ex *S. Thom.* 2. 2. q. 178. art. 7. vel clarius & expressius ex *Bardano de profess. regulari tom. 5. cap. 18. n. 3.* Professio religiosa est promissio solemnisi, & dedicatio sui ipsius Deo liberè à novitio post annum probationis legitimè peractum in loco deputato facta de tribus votis substantialibus, obedientiae, castitatis, & paupertatis, in religione expectata, à sede Apostolica approbata, recepta à Superioriore cum consensu sui Capituli potestatem habente. Unde debet fieri in publico, & non occultè, coram testibus cum quibusdam ceremoniis ab Ecclesia institutis; meritò ergo professio appellatur dedicatio sui ipsius in holocaustum Deo; ipse enim Deo vovetur, & promittitur primario.

II. Necessaria sunt tria ad professionem scilicet aetas, potestas acceptantis, & libertas ut sponte fiat. De aetate decimi septimi anni incepti expressè constat ex *Concil. Trid.* sess. 25. cap. 15. Ita, quod professio emissa ante tempus

tempus, etiam per horam, sit nullius momenti & roboris ad quemcumque effectum, nullamque inducit obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, aut ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus. *Bordonus resolut. 21. n. 5. & 6.* Qui ergo professionem fecerit, non expleto decimo texto ætatis suæ anno, nulliter agit, & nullam omnino super se inducit obligationem, cum talis professio habeatur ac si nunquam emissa fuisset, & in hoc omnes conveniunt, textus enim clarus est, & ætas professionis debet esse completa de momento in momentum; ita, ut si aliquid modicum desit nullus sit novitiatus, & consequenter invalida sequuta professio; quia quandocumque à lege definitur certum & determinatum tempus, illud debet computari de momento ad momentum, ita ut illi nihil desit. *l. denique Divus 3. §. minorem. Bordon. cap. 7. profess. regularis. n. 5. Lezana cap. 2. tom. 1. n. 10.* ubi ait etiam, quod non requiritur annus & dies ad probationem, ut quidam vulgariter dicunt, quia Concil. solum perit unum integrum annum: & notandum, quod quando professio est invalida ob defectum ætatis legitimæ, aut anni novitiatus nondum expleti, nullo modo obligat, etiam ad votum simplex, nec ad aliquid aliud. De potestate verò acceptantis certum est, quod professio est nulla, si non sit facta inter manus Prælati, vel alterius potestatem

tem habentis. Sicut enim professio includit traditionem potentis se tradere religioni; ita etiam debet esse aliquis, qui habeat potestatem acceptandi. *Sanchez lib. 1. de preceptis decalogi cap. 4. n. 72.* Et licet sit attendendum ad iura propria religionis, de jure tamen communi non sufficit consensus praelati, sed requiritur majoris partis consensus. *Peyrinis tom. 2. de Praelato q. 3. cap. 1. 19.* *Bartholomaeus de Vicchiis, in praxi novitiorum disp. 7. dub. 2. n. 9.* Et inde colligo, quod professio facta inter manus Episcopi est invalida, cum ille non sit praelatus regularium. *Azorius lib. 12. instit. moral. cap. 5. q. 4.* Professio vero accepta a laico, habente commissionem a Praelato legitimo valida erit, & multo magis valida erit acceptata a simplici religioso de licentia Superioris propter majorem rationem. *Lexan, cap. 1. 1. part. n. 25.* De libertate, ut sponte fiat jam dicendum quid sit libertas; libertas definitur facultas naturalis ejus, quod cuique facere licet, nisi vi aut jure prohibeatur; per metum autem nullus liber est ad agendum, vel non agendum; sed cogitur facere, vel desistere; at proinde non lato animo, nec libenter se habet, sed agra, cum incommodo & molestia operatur. *Bord. cap. 19. de profess. regulari n. 18.* Ex hac definitione colligitur, quod, ut professio sponte facta censeatur, debet fieri nullo cogente metu injusto ac gravi seu in virum constantem

stantem cadente, juxta cap. 1. de iis qua vi. cap. vii. qui clerici, vel voventes; juncta gloss. verbo vel modica. Talis metus gravis, exempli gratia, censei debet: Si quis incarceratus fuerit, vel alimenta ei subtracta fuerint: carcer enim & jejunium sunt tormenta quaedam ad cogendum idonea. gloss. in cap. 1. de heret. in 6. verbo tormentis. Imò, licet metus reverentialis propter preces vel imperium Prælati aut consanguineorum non censeatur gravis aut sufficiens ad infirmandam professionem; si tamen alia concurrant, quæ difficillimè homo à se repellere possit, v. g. precum aut imperij sæpius repetiti importunitas, adjunctæ frequentes blanditiæ, quæ sæpe efficiunt, ut toties cum auctoritate instanti contradicere homo omnino non audeat, gravis etiam offensio aut diu durans consanguineorum (à quibus vita aut fortuna dependet) indignatio, vel si minæ expressæ adjunctæ fuerunt, nihil amplius subsidij præbendum fore, si egressus fuerit à religione. Hæc vel singula, vel simul juncta, viri prudentis judicio, considerata etiam hominis conditione, v. g. si rudis, & ad repellendas importunitates minus idoneus sit, metum justum efficere & irritam professionem reddere possunt. Layman, de statu religion. cap. lib. 4. tract. 5. no 3. & seq. fol. 657.

III. Multis igitur de causis professio est invalida, & 1º. defectu consensus majoris partis

tis conventus cum Prælato (ut diximus n. 11  
 cap. præcedenti & alibi.) 2º. Ex defectu no-  
 vitiatus peracti per annum integrum, de quo di-  
 ximus n. 27. cap. præcedenti. 3º. Ex defectu  
 gestationis habitus cap. præced. n. 29. 4º. Ex  
 defectu experientiæ præcipuarum austerita-  
 tum ex parte novitii, cap. præcedenti n. 30.  
 Denique quoties est nullus novitiatus, sequitur  
 nulla professio, vide totum caput præcedens, &  
 numerum secundum hujus capituli per totum.  
 Præterea inter impedimenta professionis nu-  
 merantur infidelitas & hæresis, quæ de jure di-  
 vino excludunt à religione & professione, ut  
 deducitur ex 2. ad Corinthios cap. 6. 15. *qua non  
 sem conventio Christi ad Belial, &c.* Carentes  
 igitur baptismo, uti sunt infideles & hæretici  
 qui habent baptismum & non fidem, sunt in-  
 capaces professionis. Denique professio in-  
 valida dicitur propter omnes causas, quæ noviti-  
 ingressum prohibent, quas enumeravimus ca-  
 pite præcedenti; videat tamen super his unum  
 quisque suas constitutiones. De his amplius  
 mè tractat *Bordonus cap. 3. professionis regularis  
 & sequentibus.*

IV. Professio quævis invalida ob aliquem  
 defectum, si talis defectus suppleri potest,  
 atas, v. g. aut consensus, non indiget reite-  
 ratione novitiatus, quia per illum habitus est  
 satis sufficienter satisfactum est menti Ecclesiæ  
*Sanchez lib. 7. de matrimon. disp. 37. num. 1.*

Requitur tamen ratificatio illius professionis invalida, saltem internè facta; quia, cum prior professio fuerit invalida & nulla, non reviviscet, nisi reiteretur, non autem censetur illam ratificare; etiamsi portet habitum proprium professorum, aut faciat actus ad solos professos pertinentes, nisi hoc faciat sciens, prudens & volens, & cum animo & voluntate ratificandi; & si ista omnia non fiunt isto modo, non inducunt professionem etiam tacitam. *Miranda in Manuali tom. 1. q. 30. art. 3. Lezana cap. 2. 1. part. n. 9. Navarrus in cap. Statuimus n. 7 t. 6 lib. 1. Consil. de his quæ vi cons. 6. Bordenus resol. 21. n. 3.*

V. Satis diximus n. 2. præcedenti, de tempore professionis faciendæ, & ideo non sunt repetenda; tamen dicam hic obiter, quod de jure antiquo ætas pro noviciatu in masculino erat annus decimus quartus, & pro professione annus decimus quintus inchoatus. *gloss. cap. 1. 20. q. 1.* Nunc autem de jure *Concil Trident. 20. q. 1.* ætas probationis incipit ab initio anni decimi quinti, professio verò ab initio decimi septimi; & ratio est, quia ante id tempus, pueri non possunt plenum experimentum habere de castitate, quæ inter asperitates maxima est, et enim stimulos carnis non sunt adhuc experti. *Bord. tom. 1. cap. 7. q. 1. n. 3. & 4.*

VI. Quamvis obligatio ex votis solemnibus emissis in professione religiosorum sit perpetua;

A a tua;

tua: potest nihilominus Papa ex suprema potestate, quam habet in illis, dispensare, & e prateritis probatur, quia pluries id fecit; tamen hoc licite fiat, requiritur causa urgentissima publicae utilitatis, Sanchez lib. 5. de precept. decalog. cap. 2. n. 5. Lezana cap. 2. sup. cit. n. 6.

VII. Professio illegitimi non est valida, si licet fuerit protestatum statim ejiciendum esse a religione, quod constiterit, illum esse illegitimum, quia tunc deest consensus religionis, Peyrinis tom. 1. de subd. q. 1. cap. 25. §. 4. Roderiquez tom. 3. qq. regular. q. 11. art. 2. Mandranda tom. 1. Manual. q. 52. art. 2. conclus. 5. Cum ergo de facto repertus fuerit, talem defectum habuisse, corrumpit omnino consensus religionis, qui est de ipsius essentia. l. in omnibus ff. de act. & obligat. l. sicut C. eod. Præterea consensus fuit conditionatus, scilicet, quod non haberet talem defectum, cap. pro te, de rescriptis in 6. cap. præterea 2. de appellat. l. jubemus, ibi DD. ad SC. Velleianum. Professio igitur fuit nulla & irrita deficiente consensu, licet nec subsisteret si defuisset consensus ex parte profitentis, ita Vecchius in praxi novitiorum disput. 13. dub. 15. n. 4. & seq. Imò, nulla discussione præmissa, potest expelli talis professio statim ac scitur talis defectus; actus enim principio nullus nullum producit effectum 4. §. contemnatum ff. de re judicata, cap. præterea

*tium de appellat.* Quia nullum esse, & esse sine effectu, paria sunt. *Lezana cap. 2. 1. part. n. 35.* Ubi conclusio ita se habet, ut, his supra dictis non obstantibus, Superiores non possint ejicere professum talem, nisi conjunctim cum ordinario ex quocunque defectu, juxta *Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de regularibus.*

VIII. Professio illius, qui ementito sexu alicubi professus est, est omnino invalida; quia, etsi dicatur, quod profitens dedit suum consensum, sicut admittens; credi debet fictum fuisse ex parte profitentis, imò & nullam ex parte admittentis, cum nullus Prælati talem admittere possit, nec Ecclesia ad hoc concedere auctoritatem. *Henriquez lib. 14. de regul. cap. 2. n. 6.* Hermaphroditi verò professio, si in eo prævaleat sexus virilis, valida potest esse in monasterio Virorum; si prævaleat sexus foemineus, in monasterio Monialum; quia judicatur vir aut femina per sexum prædominantem; quod si uterque sexus sit æqualis & aptus ad coitum, in neutro valide profiteri potest, *Henriquez supra;* & ideo melius & convenientius expellitur, propter maximum periculum incontinentiæ. *Lezana cap. 2. sup. cit. n. 20.*

IX. Professio item servi, sine licentia domini sui, est invalida, quia non est juris; cum illa tamen valida erit, quia nullo jure interdicitur, *cap. si quis incognitus 27. q. 2. Sanchez lib. 5. in*



5. in decalog. cap. 4. n. 4. quod si servus ingreditur religionem, & a domino id sciante intra triennium non reperatur, non potest transacto triennio ab ipso repeti, dicto cap. si quis incognitus: Et ratio legis est, quia censetur dominus tacite consensisse. *D. Antonin. 3. part. tit. 14. cap. 3. §. 4.* Unde valida erit illius professio transacto illo triennio, licet non antea, et quod transacto triennio, & non antea, cessavit jus, quod habebat dominus ad repetendum & reclamandum servum suum. *Sanchez. sup. num. 44. & 49.*

X. Professio impotentis, servare precepta regulæ ex morbo aut senectute, est valida; quæ potest servare tria vota, quæ sunt essentialia religioni, & etiam multa alia, quæ continentur in regula, possunt ab ipso absque dubio observari. *Rodriguez 2. tom. Summ. cap. 6. n. 1. Lexana cap. 2. sup. citat. n. 22.*

XI. Professio facta ob malum finem, quæ est contrarius substantiæ religionis, vel facta in excommunicato, vel facta per simoniam, est invalida: prima pars probatur, quia nullo modo potest contrarius substantiæ religionis, potest illi derogare. *Sylvester de religio. q. 6.* Secunda pars probatur, quia excommunicationem non tollitur facultas faciendi contractum cum Deo, qualis est professio. *Vincentius Fillucius part. 3. tract. 12. c. 1.* Tertia pars probatur 1.º quia, licet potest

ab Ecclesia irritari, non tamen est irritata. 2<sup>o</sup>.  
Simonia non advertatur substantiæ professionis, neque ipsa est beneficium, neque est actus electionis. *Suarez tom. 1. de religione lib. de simonia cap. 57.* Professionem emittens simoniacè ab eo conventu est expellendus, & in locum arctioris observantiæ retrudi debet ad agendum poenitentiam. *S. Th. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 5.* Et recipientes sunt ipso jure excommunicati; & licet non essent excommunicati, interim, dum poenitentiam agunt, sunt ab ordinis executione suspendendi. *cap dilectus filius de simonia. Aldrete lib. 2. de relig. discipl. cap. 6. n. 46. Bordon. tom. 5. cap. 18. q. 57. n. 87. Liciana cap. 2. 1. part. n. 5. & cap. 24. n. 31.*

XII. Professio facta sub conditione de futuro (quæ validè apponitur) licet obligationem suspendat, tamen adveniente conditione, statim absque alio novo consensu est valida; quia consensus ille conditionatus transit tunc in absolutum, & modò non sit retractatus, sufficit ad professionem. *Sanchez lib. 5. in decalog. cap. 4. n. 83.* Professio verò facta sub conditione contraria substantiæ professionis, v. g. si quis profiteretur sub conditione habendi proprium, vel non servandi aliquod votum, est irrita. *Azor. lib. 12. institut. moral. cap. 5. q. 2. & lib. 11. cap. 15. q. 9. Rodrig. 3. tom. 9. 17. art. 6.* Unde, si quis emitteret professionem intendendo sibi retinere dominium alicujus rei,

ita ut non sit paratus illam dimittere, quando Superior voluerit, invalidè proficitur; quia de ratione professionis est abdicatio domini aut usus inde pendens à Superiore. *Lessius de justit. cap. 41, dub. 8.* Quod si quis professionem emitteret sub conditione reservandi sibi aliqua quoad usum, & dependenter à Superioris voluntate, valeret professio; quia talis conditio non derogat ejus substantiæ. Vide quæ dixi cap. 5. de voto paupertatis, n. 25. *Lezana sup. n. 26. Bordonus tom. 5. cap. 18. num. 77. & seq.*

XIII. Professio fictè facta, hoc est, sine intentione proficendi, quoad Deum, non est valida; quia non est vera, sed ficta promissio, sicut homo pictus non est homo verus: quoad Ecclesiam verò & forum exterius est valida; quia Ecclesia non judicat nisi de externis: signa autem externa, eam esse veram, satis indicant. Professio verò facta animo promittendi, sed non se obligandi, quoad Deum & homines, est valida; quia ex natura promissionis sequitur naturaliter obligatio; secùs tamen, si talis professio non fuit cum animo promittendi, quia eo ipso se ipsam destruxit: promissio enim est de ratione essentiali professionis, & ubi nulla promissio; nec ipsa erit professio, etiam quoad Deum; facta verò professio animo non adimplendi, quoad utrumque forum obligat; quia cum professio sit essentialiter promissio, quæ

intrinsecè includit rationem obligationis, non potest impediri per extrinsecam voluntatem non adimplendi promissum, Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 5. dub. 7. Lezana cap. 2. sup. n. 27.

XIV. Quando professio est invalida ob defectum ætatis legitimæ, vel novitiatus nondum expleti non obligat, neque ut votum simplex ad vota promissa, Concil. Trident. sess. 25. c. 15. ubi ait loquens de illa: Nullam inducat obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, vel Ordinis observationem, vel alios quoscumque effectus, Caietanus 2. 2. q. 88. art. 9. Sotus 7. de institut. q. 3. art. 2. Idem dicendum de eo, qui sic invalidè profitens, expressè voluerit solum obligari ad illa vota in religione, quia eo ipso declaravit, se nolle obligari ad illa, ut vota simplicia. Sanchez lib. 5. in decalog. cap. 4. n. 105. In casibus autem, quibus professio est nulla ex defectu acceptantis illam, talis professio habet vim voti simplicis, & ut talis obliget, ratio sumitur ex regula tradita cap. unico de spons. impuber. in 6. scilicet, quando actus non valet eo modo, quo fit, valet eo modo, quo valere potest; ac proinde cum talis professio non valeat ut professio, ad minus valebit ut simplex promissio & votum, Azor. lib. 12. instit. moral. q. 3. Lezan. c. 2. sup. n. 28.

XV. Professio, per Procuratorem facta, est valida; nullibi enim excipitur ex his actibus, qui

qui per Procuratorem fieri possunt: idem dicendum de professione facta ab absente propter eandem rationem. *Sylvester verbo religio* 3. q. 15. *Miranda tom. 1. Manual. Pralat. q. 12. art. 1.* Idem dicendum de professione facta nutibus, aut scripto, sine verbis, propter similem rationem, unde infertur, mutum posse valide profiteri, *Sanchoz lib. 5. in decalog. cap. 3. n. 1.* Præter im, si mutus suam voluntatem & consensum signis patefacere potest, sed contrarium docet *Bordonus tom. 5. cap. 3. professionis regularis cap. 15. n. 63.* ait enim, mutum à natura nihil scire, sed secundum sensum, & non secundum intellectum, & voluntatem, ac proinde nec potuisse edoceri de hoc statu, neque illum percipere defectu auditus, & consequenter formalem consensum præstare non potest, advertendo quid agat, & ubi professio verbis facienda est per formam expressam, exclusam tacita, esse inhabilem: quia ea forma uti non potest, tanquam de substantia ad validè profutendum, implicite enim continet Decretum irritans. Ubi verò locum potest habere tacita, tunc solis nutibus uti potest, & profiteri, quia ista verba non requirit.

XVI. Professio ipso jure nulla & irrita, subsequente expressa vel tacita ratificatione, convalescit; hæc doctrina insinuat in *cap. 1. de iis qua vi.* Expressa ratificatio fieri debet coram Prælato & aliis, quorum interest, ut ratificatio

ficationem professionis antea irrita acceptent & approbent. Tacita verò ratificatio accidit, si inaniter professus, sciens suæ professionis defectum, nihilominus cum Prælati assensu in religione permanet, & proprios professorum actus exercet, vel eorum habitum à novitiis distinctum defert libero animo ac voluntate, quod re ipsa velit esse professus illius Ordinis. Requiritur ergo ad ratificationem, ut, qui ratificare debet, sciat professionem ob ejusmodi defectum ex juris dispositione irritam esse; cum enim incogniti nulla sit voluntas, non potest censeri ratificasse, aut validam voluisse facere professionem, quam ignoravit esse irritam: sicut optimè notavit *Caietanus 2. 2. q. 189. art. 5. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 5. de statu religionis n. 8. & 9.*

XVII. Invalide professus potest exire à religione propria autoritate, estque receptissima sententia: neque est apostata, qui exit à religione, meritò credens se non esse professum, & potest etiam habitu dimisso fugere, neque illi obstat *Concil. Trident. Lezan. cap. 2. part. 1. n. 48. dub. 1.*

XVIII. Dimissus, probata nullitate suæ professionis, recuperat quæcumque aliis renunciaverat intuitu religionis, disponendo de suis bonis; quia renunciationes & dispositiones, factæ intuitu ingressus, juxta dispositionem Tridentini non valent quando professio est nulla.

nulla, ita Sanchez lib. 7. cap. 5. n. 55. Borda-  
nus resolut. 69. n. 48.

XIX. Similiter legitimè dimissus, probata  
nullitate suæ professionis, qui non est in sacris  
constitutus, cum nulliter profecerit, licitè pot-  
est matrimonium contrahere, & uxorem ducere,  
modo nullum aliud ante votum castitatis  
habuerit, quam illud professionis nulliter e-  
missæ; ut clarè dicitur in *Concil. Trident. cap.  
in quacumque 15, sess. 25*. Professio nulla nul-  
lam inducit obligationem ad alicujus regulæ  
religionis, vel Ordinis, & ad alios quoscumque  
effectus; nullus enim, regulariter loquendo,  
se obligat, nisi ad id quod exprimit; exprimit  
autem solùm solemnia, ergo hæc tantùm in-  
tendit, contra *Dianam part. 6. tract. 7. resol. 51.*  
*Bord. citat. num. 49.*

XX. Privilegia professionis religiosa sunt  
multa, & ipsa recensentur apud *Bordaonum cap.  
20. profess. regularis, & apud Lezanam cap. 1.  
de privileg. regularium tom. 1.* Primum & præ-  
cipuum illud est, quod per professionem regu-  
larem professus acquirit remissionem & con-  
donationem omnium peccatorum antea com-  
missorum, & indulgentiam plenariam, non  
quoad culpam, quia jam eorum culpa suppo-  
nitur ablata per pœnitentiam, sed quoad o-  
minem pœnam temporalem pro illis in purga-  
torio debitam: estque communis sanctorum  
Patrum consensus & opinio. *S. Hieronymus*  
*episc.*

epij. 8. & 25. D. Bernardus ad finem libri de  
 preceptis & dispens. quos refert Sanchez lib. 5.  
 cap. 5. n. 2. D. Thom. 2. 2. q. ult. art. 3. Non  
 tamen, ut dixi, per eam remittuntur peccata  
 quoad culpam, cum nec sit sacramentum, nec  
 actus contritionis aut charitatis. Sanchez in  
 decalog. lib. 5. cap. 5. n. 3. Nec reviviscet, si  
 facta fuerit in peccato mortali per subsequen-  
 tem justificationem, quia hoc solum competit  
 sacramentis, Caietanus 2. 2. q. ult. art. 3. Hæc  
 autem condonatio, non quoties confessio re-  
 novatur, sed sola prima vice obtinetur. San-  
 chez ut sup. n. 5. & Tabien. verbo novitatus in  
 fine. Neque est per modum indulgentiæ ple-  
 nariæ, quia, etsi in effectu illi assimiletur, non  
 est ex applicatione meritorum Christi facta ab  
 eius dispensatore summo Pontifice, sed ex vi &  
 merito ipsius confessionis, quæ dicitur à Patri-  
 bus secundum baptismum, in eo sensu, quod sicut  
 homo per baptismum renascitur Christo, abren-  
 unciando pompis diaboli, cum remissione om-  
 nium pœnarum ei debitarum; ita confessio  
 mundo renunciat, & moritur, abrenunciat sæ-  
 culo, & se cum suis omnibus dicat Deo, & inde  
 consequitur remissionem omnium pœnarum,  
 quas in purgatorio solvere debuisset: profes-  
 sio namque opus est excellentissimum, exce-  
 dens quoscumque alios actus humanæ vitæ,  
 quia non solum externa, sed & interna, & so-  
 ipsum confessus, relinquit & offert Deo in ho-  
 locau-



locustum, Sanchez sup. n. 2. Est tamen bula  
 la Pauli V. 21. qua incipit Romanus Pontifex in  
 Bullar. Romano, ubi de novitiis §. 5. in qua di-  
 ctus summus Pontifex indulgentiam pleni-  
 riam novitiis ingredientibus concedit, & simi-  
 liter profitentibus post annum probationis ex-  
 pletum: hanc refert Bordon. tom. 5. de privi-  
 leg. novitiorum cap. 12. professionis regularis.  
 Secundum est, quod per professionem in reli-  
 gione approbata tollitur irregularitas, quae  
 provenit ex defectu natalium; ita ut, qui erat  
 in saeculo irregularis, quia illegitimus factus  
 professus, habilis sit ad ordines sacros suscipien-  
 dos. Suarez 5. tom. in 3. part. decis. 41. sect. 1.  
 & Sanchez lib. 5. de praecept. decalog. cap. 5. n.  
 10. Hoc extendit in ordine ad usum Ordinum  
 susceptorum ante professionem: non tamen  
 tollitur haec irregularitas, quantum ad digni-  
 tates Ecclesiasticas, praelaturas, aut praefecturas  
 cap. 1. de filiis presbyter. Sot. in 4. distinct. 27.  
 q. 1. art. 3. contra Rodriguez tom. 1. q. 99. regul.  
 q. 13. art. 5. Neque extenditur hoc privile-  
 gium ad novitios, quia textus cap. 1. de filiis  
 presbyter. petit ad hoc illegitimos fieri mona-  
 chos, per ingressum autem religionis, qui fit per  
 novitiatum, non fit homo verè religiosus aut  
 monachus. cap. religio §. quamvis de sent. et  
 com in 6. Suarez sup. disp. 50. sect. 5. n. 11.  
 Tertium, quod per professionem votorum  
 solemnium non solum dissolvuntur sponsalia

de futuro, eo, quod professio sit vinculum fortius, quàm sponsalitiis contractus, *Sotus de institut. & jure q. 5. art. 3.* sed & dissolvitur matrimonium ratum præcedens, *Sylvest. verbo religio 2. q. 9. & verbo matrimonium 8. q. 12.* Numquam tamen dissolvitur per quamcumque professionem matrimonium consummatum, quia nullo jure hoc constat, imò oppositum habetur, *cap. si quis conjugatus q. 2.*

Quartum, tollitur per professionem crimen ingratitude filij erga patrem, ob quam exheredari poterat, vel jam exheredatus fuerat per testamentum patris ante professionem, & ita deciditur in *cap. finali 19. q. 3. Rodriguez tom 1. q. 13. art. 3.*

Quintum, per professionem filius à patris potestate liberatur, quia transit in potestatem Prælati religionis, ac proinde patria potestas in ipsum cessat. *Sylvest. verbo patria potestas n. 1.*

Sextum, per professionem omnia vota in sæculo facta in illam commutantur. *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12 ad primum.* quia ex natura professionis oritur mors vitæ præteritæ. *Caietan. 2. 2. q. 88. art. 12.* Extinguuntur etiam juramenta de rebus piis ad Deum solum facta, quia hæc se habent quasi vota quædam. *Suarez 2. tom de relig. lib. 6. de voto cap. 14. n. 12.* Juramentum verò homini præstitum & ab eo acceptatum non potest in professionem religionis commutari, quia est jus acquisitum tertio. *Sanchez lib. 5. in decalog. cap. 5. n. 45.*

Septimum, quod, ut in jure habetur, laicus clericum seu religiosum accusare non possunt, nisi suam suorumve injuriam prosequantur, *cap. laicus 2. q. 7.* & nisi in criminibus publicis læsæ Majestatis divinæ vel humanæ, in simonia, in sacrilegio, in dilapidatione bonorum Ecclesiæ. *Aldrete lib. 1. de religios. discipl. cap. 4. n. 7.* neque laicus adversus religiosum testis est idoneus in criminalibus, licet non omninò sit rejiciendus, maximè in civilibus, *cap. veniens. cap. de cetero de testibus. cap. laicus 2. q. 7. Aldrete lib. 2. de relig. discipl. cap. 3. n. 14. Rodriguez tom. 2. q. 10. art. 5.* Sunt & alia multa sparsim recensita professorum seu religiosorum privilegia, quæ brevitatis causa non repeto.

XXI. Conversi, commissi, & donati, seu oblati religionum, qui veram trium votorum professionem sub aliqua regula approbata emittunt, verè dicuntur & sunt religiosi, quia ad statum religiosum hoc sufficit. *Grassus 1. part. decision. lib. 3. cap. 5. n. 85.* & ex inde dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & gaudent privilegio Canonis & fori. *Sylvester verb. Ecclesia 1. q. 1. & privilegiis omnium aliorum religiosorum ejusdem religionis. Lezana cap. 2. 1. part. n. 4. & cap. 3. n. 18. Miranda in Manual. tom. 1. q. 29. art. 6.*

XXII. Debita, contracta à professo ex Superiorum licentia, debent solvi à monasterio; sunt enim quasi debita ipsius monasterii, idem dicitur

dicitur si talia debita sunt aut fuerunt utilia monasterio. *Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 31. n. 9.* Debita verò orta ex delicto religiosi profelli, etiamsi Prælatus sit, non debent solvi à monasterio, nisi quatenus ex illo delicto aliquid utilitatis ipsi obvenerit, vel in illud consenserit. Hinc tenetur monasterium solvere expensas necessarias factas à religioso profello, qui de licentia Superiorum vadit extra monasterium pro aliquo negotio; quia eo ipso, quod religio dat licentiam alicui existendi extra monasterium, videtur ea omnia concedere, sine quibus vivere aut iter facere non potest, si in dicta religione pecunia pro itinere conficiendo ex usu religiosi concedatur. Obligatur autem monasterium ad debita Prælati seu Procuratoris, quæ contraxerunt contractibus consentaneis suæ administrationi, quia illa etiam sunt quasi debita monasterii. *Cardinal. Lugo tom. 7. de institut. & jure disp. 3. sect. 10. n. 218.* Non autem si excedant limites suæ administrationis, aut si tales contractus fuerint ad usus turpes & vanos; Inde oritur quaestio, an depositum alicujus secularis, quod erat apud aliquem religiosum, consentiente monasterio, & illud perditum est aut furatum, debeat à monasterio resarciri? Et respondetur affirmative, non verò si depositum esset in manibus alicujus religiosi, non consentiente monasterio; etiamsi talis religiosus esset Prælatus, quia monasterium

rium non obligatur ex delicto Prælati, in quo non consentit monasterium.

XXIII. Quæcunque beneficia ante habitam vacant per professionem in religione approbata emissam, *cap. beneficium de regularibus in 6. Sanchez in decalog. lib. 7. cap. 2. n. 1.* non tamen redduntur religiosi incapaces ad obtinenda beneficia sæcularia, etiam curata ex vi professionis, cum ex natura rei non sint impossibilla votorum obligatio & beneficiorum obtentio, *Lessius lib. 2. de justit. cap. 4. dub. 11.* Nullus tamen regularis sine licentia Summi Pontificis potest suscipere beneficium cum cura animarum, quia hoc declaravit *sacra Congregatio Cardinalium, Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 29 n. 71.* Idem dicendum de beneficiis simplicibus, & pensionibus, istæ enim solum à Papa conceduntur. *Sotus lib. 9. de justit. & jure q. 7. art. 2. Lezana part. 1. c. 2. n. 1.* casu tamen dato, quod regularis præsentatus esset Episcopo ad aliquam Ecclesiam parochialem à suo Superiore, posset ab eodem Superiore etiam amoveri sine consensu Episcopi quia sic præsentatus non liberatur à jugo obedientiæ.

XXIV. Professio illius non valet, quia habet solum emissam ad aliquod tempus, v. g. ad viginti annos; & tum, quia sicut matrimonium ad tempus contractum est nullum, ita & professio, antecedens est *S. Augustini, relati...*

fol. 6. 32. q. 2. tum, quia professio ex se perpetuo obligat; ergo non potest fieri ad tempus. Professione enim religiosus ponitur in statu, quo debet tendere ad perfectionem; hic vero status importat immobilitatem & perpetuitatem ex *D. Thom. 2. 2. q. 183. art. 1.* tum, quia ratione solemnitatis eam perpetuitatem importat, cum sit contractus, qui parit utrinque obligationem perpetuam. Religiosus enim se perpetuo tradit & obligat religioni, & in ea perseverare usque ad mortem, sicut religio eum acceptat eum obligatione perpetua illum retinendi, & alendi; & talis est effectus solemnitatis, quæ includitur in essentia professionis. Præterea in omnibus religionibus forma professionis exprimit hanc perpetuitatem per verba, usque ad mortem; vel toto tempore vitæ *mez. cap. vidua 16. 20. q. 1. Sanchez lib. 5. cap. 2. n. 18. & cap. 4. n. 61. Bordonus cap. 1. professionis regularis q. 8. num. 63. & seq. & cap. 18. num. 14. & num. 36.*

XXV. Metus gravis injustè incussus cadens in constantem virum, irritat professionem: non solum pro foro externo, sed etiam pro foro conscientie. Metus verò levis professionem non annullat. Prima pars probatur, quia libertas est de ratione valoris professionis & ita necessaria, ut sine ea omninò sit nulla & invalida in omnium sententia nemine discrepante. *cap. presens 4. 20. q. 3. cap. 1. de iis que metu.*

Bb capo

cap. *Vidua si sponte* 4. c. *cum vivum* 12. ibi: qui liberum habet arbitrium in electione propositi, cap. *cum simus* 14. ubi habitum retinere noluisset liberè dimittitur, cap. *sicut* 15. ibi, spontanea voluntate professionem fecerit de regul. quia professio est actus voluntarius, qui liberè fieri debet, maximè erga Deum, qui coacta servitia spernit, cap. *jam verò* 23. q. 3. Voluntarium enim militem sibi eligit Deus, cap. *non est*, 10. 15. q. 1. sed metus tollit libertatem, eo quod illud liberè dicitur fieri quod ita fit, ut in eju fuerit potestate non facere, liberè enim id dicitur factum, quod, antequam fieret, erat indifferens ad fieri, & non fieri; à potentia libera, nemine illà cogente, nec impellente ad agendum, ergo metu factum non dicitur liberè factum, cum factum fuit principio extrinseco determinante, & impellente ad agendum. l. 4. ff. de statu hominum, ergo metus gravis injustus annullat professionem, cap. *presens* 4. 20. q. 1. cap. *sicut* 3. cap. *illud* 10. 20. q. 1. & aliis citatis. Secunda pars probatur pro foro conscientia, qui *utrumque forum* conveniunt, quando externum non fundatur in præsumptione, quæ in hoc casu non cadit; utriusque enim fori idem iudicium; ergo respectu utriusque professio nulla est, non solum de jure ecclesiastico, sed etiam naturæ & divino, præterea nullum est matrimonium in utroque foro; ergo à fortiori nulla professio, Sanchez lib. 4. disp. 12. num. 11

Ter

Tertia pars, quod metus iuste incussus non vitiet professionem, probatur, quia lex & iustitia nulli metum inferunt, sed solum exhibent electionem poenae debitae delicto, aut ingressus religionis; deinde metus iuste incussus non vitiat matrimonium, ergo nec professionem. Sanchez sup. disp. 11. n. 4. Quarta pars, quod levis metus non vitiet professionem, probatur, quia in nullo laedit libertatem, diciturque vanus & in consideratione non habetur, l. metum 6. ff. de eo quod metus. Sanchez supra disp. 17. n. 3. Probatur autem metus per testes singulares, magis autem credendum est duobus affirmantibus, si deponant in metu individuo; affirmant enim de aliquo, quod sensibus patet, quam mille negantibus; quia isti deponunt de aliquo, quod in mente tantum consistit, quod improbable est etiam in causa professionis. Probatur 2º. per iudicia & conjecturas; 3º. per praecedentes protestationes; 4. ex auditu immediato comminantis, & etiam ex alieno auditu in causa professionis, & maxime per vicinos, qui praesumuntur scire facta suorum vicinorum; non vero probatur, quando testes deponunt de auditu accepto a patre metum; quia haec probatio refunditur in personam interesse habentem, a qua tantum cognitionem habent de metu, quibus ideo non est credendum. 5º. Per lachrymas, ante vel post contractum celebratum effluentes, in causa professionis.

B b 2



fessivus. Unde nota, quod metus non cen-  
 setur probatus per simplicem assertionem, sed al-  
 leganda est causa & probanda, hoc est, malum  
 comminatum patienti, v. g. mors comminata,  
*l. nec timorem 7. ff. de eo quod metus.* mutilatio  
 alicujus membri *ex dicta l. 7. & cap. si quis ab-*  
*sciderit 1. distinct. 55.* verberatio gravis, tor-  
 tura corporis, cruciatus, & similia: Armorum  
 usus est metus gravis, *l. 1. ff. de vi & vi arma-*  
*rum,* servitutis timor & captivitatis, exilium,  
 carcer injustus, *l. qui in carcerem 22.* intelli-  
 ge de duro carcere & diuturno; status amissionis,  
*l. isti quidem 8. eod. ex D. Thom. in 4. distinct.*  
*29. art. 2. ad secundum.* honoris perdendi me-  
 tus gravis, quando timetur à lingua pestifera,  
 stupri comminatio, tam in puero quam in mu-  
 liere; infamiae metus gravis est, quando de-  
 prehensus in delicto ab aliquo minitatur de  
 manifestatione: amissionis majoris partis bo-  
 norum, sive divitis, sive pauperis, timor repu-  
 tatur cadere in constantem virum. *cap. 1. de*  
*restit. spoliat. in 6.* quia uti grave damnum re-  
 quiparatur morti; inops enim effectus appo-  
 pinquatur morti. *Sanchez lib. 4. disp. 5. n. 2.*  
 Reverentialis timor, si habeat adjunctum vul-  
 tus asperitatem, rigidam tractationem, seu ex-  
 probationem, dicitur cadere in constantem  
 virum, nam tunc timere est actus viri prudentis  
 & constantis, *l. ff. de regul. juris, velle non*  
*credatur, qui obsequitur imperio partis, vel do-*  
*mini;*

mini; quando agit cum molestia & damno suo, non dicitur velle liberè sed cogi, *Narr. conf. 10. de his que vi.* Unde metus semper præsumitur in subditis, Nomine verò Superioris, cui debetur reverentia, est pater, mater, avus, tutor, curator, frater major, & patruus, dominus erga servum, superior ex potestate, ut princeps, magistratus, prælatus, & hujus generis, *Sanchez lib. 4. disput. 6. q. 4. n. 24.* Reverentia enim fundatur in subjectione minoris erga superiorem & majorem, quibus contradicere non audet & erubescit, Item preces importunæ sæpius repetitæ à præfatis personis, quibus impeditur subditus, causant metum gravem & cadentem in virum constantem; quia maximum tædium est, sufferre hujusmodi preces sæpius inculcatas in conspectu eorum, cum quibus solemus habitare, aut conversari. *Sanchez lib. 4. disp. 7. n. 7.* respectu verò aliorum preces importunæ non cogunt, sed levem tantum inducunt timorem spernendum; preces autem Superiorum habent vim præcepti, ut *Sanchez supra*, non autem blanditiæ, quæ potius augent voluntarium quam minuunt, & secundum *D. Bonavent. in 4. distinct. 29. q. 1. art. 8.* metum non inducunt, & ideo non impediunt valorem professionis, *Angelus verbo religiosus n. 23.* Ex dictis colligitur, puellam, cui dixit pater, Nolo tibi dare maritum, ideo religionem ingredi, vel man-

nebis in nupta, valide profiteri, si religionem  
 est ingressa, quia ubi est electionis facultas, ibi  
 non est coactio, non enim impellitur ad in-  
 gressum religionis, sed illi offertur duplex sta-  
 tus virginitatis, in saeculo, vel in religione, ac  
 proinde relinquitur in sua libertate: si econ-  
 tra pater illi dixerit: Volo te privare heredi-  
 tate, vel expellere extra domum, si non ingre-  
 dieris religionem, tunc inicit gravem metum,  
 ac proinde nulla professio; quia hoc dicitur  
 reduci & redigi ad servitutem, servitutis autem  
 metus dicitur gravis & insuper conjunctus  
 cum timore reverentiali: Durat verò metus,  
 donec vivit persona, quæ illum incussit. *in o-*  
*mnes cum gloss. final. cap. 1. de iis que vi,* quia  
 non censetur constitutus in plena libertate,  
 Purgatus verò dicitur ille metus & evanuisse,  
 quando patiens facit aliquem actum sponte &  
 liberè, & ex sua voluntate à nemine requisitus,  
 vel persuasus, & cum cessante omni causa egri-  
 cum tota libertate, v. g. delationis habitus,  
 mansionis, & perseverantiæ in monasterio post  
 mortem incurientis metum, præsertim si cog-  
 nitionem habuit cessationis causæ. Unde, duran-  
 te causa, signa lætitiæ & jucunditatis non pur-  
 gant metum. Si quis tandem haberet animum  
 se obligandi, non obstante metu gravi injustè  
 illato, adhuc nulla esset professio; quia revera  
 tunc non est libera obligatiō, & jus talem ani-  
 mum pro nullo habet, quia videtur implicare,  
 quod

quod quis velit se sponte obligare ex una parte, & ex alia cogatur.

Quomodo jam probetur metus ab eo, qui pretendit nullitatem suæ probationis? Respondeo ut supra, necessarios esse duos testes integros deponentes de metu gravi, & rationem reddentes de malo comminato, in quo debent concordare, licet talis concordia non sit necessaria in loco & tempore, sed sufficit, quod sint singulares in hoc. Vide quæ supra diximus.

Dicendum nunc pro majori hujus ultimi §. intelligentia, quid sit metus. Est igitur metus mentis trepidatio, seu animi perturbatio, orta ex apprehensione mali instantis, vel futuri periculi, quod probabiliter imminet timenti. *l. i. ff. de eo quod metus; dico probabiliter, quia vanus timor & imaginarius non constituit verum metum. Debet ergo instare, & esse præsens malum quod timetur, vel ejus imminere periculum ex l. 6. metum autem presentem accipere debemus non suspicionem ejus inferendi.* Dividitur in gravem & levem; gravis à gravi malo, per quod cogitur eligere minus malum, ut effugiat majus: levis, dum timet malum parvi momenti. Gravis igitur est ille metus, qui cogit metuentem eligere minus malum ad evitandum majus probabiliter imminens, ut, si quis eligat omissionem Missæ, ut effugiat mortem sibi proximam probabiliter. Levis è contra est ille, qui cogit eligere majus malum ad

evitandum minus, ut, si foemina eligit adulterium ut mortem devitet, quia non est constantis & prudentis viri anteponeere vitam temporalem spirituali. Sanchez lib. 4. disp. 2. Utrummetus dicatur gravis, quatuor requiruntur. Primò, ut malum, quod timetur, sit grave: scilicet ab objecto, non vero ab imaginatione, & apprehensione patientis, qui pluries pro gravi malo apprehendit quod est leve, cum sint homines alii aliis timidiores, & leves corde. Lessus lib. 2. cap. 17. n. 45. Secundò, quod incutiens sit potens ad inferendum malum, alii vanè timetur qui nocere non potest. Tertio, quod probabiliter timeatur, tunc enim revera timendus est, præcipuè si armatus minatur, aut interesse habeat in negotio. Quarto, quod patiens non possit illi facile resistere, nec periculum evitare. Sanchez lib. 4. disp. 1. num. 10. Bord. cap. 19. profess. regul. de professione conf. per totum tom. 5.



## CAPUT XX.

### De reclamatione professorum regularium.

#### SUMMARIUM.

- I. Quid sit reclamationis, & an sit licita, & quo tempore fieri debeat.
- II. No

- II. Non possunt reclamare professi, eo, quod habuerint parentes in extrema necessitate.
- III. Dubius de nullitate suae professionis non potest reclamare.
- IV. Nulliter professus, qui in foro conscientiae apud Deum ratificavit, reclamare non potest.
- V. Monialis reclamans non extrahitur à monasterio, ut probet nullitatem professionis.
- VI. Professio de jure scribenda; defectus tamen subscriptionis non est causa legitima reclamationis.
- VII. Causam, cur non reclamavit, non potest adducere quinquennio peracto.
- VIII. An iudices debeant petere juramentum à reclamante quod non ratificavit.
- IX. Quinam sint iudices reclamationis.
- X. Ad quos effectus fiat reclamatio.
- XI. Quales testes requirantur.
- XII. Deposito habitu, nullus auditur.
- XIII. Reclamans alitur à monasterio.
- XIV. Potest fieri statutum in Capitulo generali, ne imposterum reclametur.

Bb 5

XV. Reg.

XV. Reclamat religio contra nulliter professum.

XVI. Nulliter professus exire nolens habet remedium, ut non expellatur.

XVII. Reclamare potest etiam novitius iniuste expulsus.

I. **R**eclamatio est legitima deductio causarum coram Superiore legitimo & ordinario facta à religioso professu habitu retentore per quas intendit probare suæ professionis non ratificatæ nullitatem, ut declarata ab illis eisdem nullitate habitum possit dimittere & ad sæculum redire: hæc definitio colligitur ex Tridentino sess. 25. cap. 19. Unde religiosus dicitur est reclamare, & id à jure, tam antiquo quam novo, conceditur, quia quisquis iniuste ab alio detinetur & possidetur, licite potest eximere à subjectione, cum ibi sit iusta defectio: Et ideo religiosus invalidè professus implorare potest officium iudicis, ut eximat eum à subjectione illegitima defectu validæ professionis, cap. presenti 4. 20. 3. q. cap. 2. d. 2. regular. Bordon. resolut. 69. & profess. regular. cap. 22. Quinquenij tempus determinatum est religiosis ad reclamandum seu allegandum non esse professos. Ita Trid. citatum, illud autem quinquennium incipit à die professionis emissæ, ut patet ex verbis Concilii, non auditur

nisi infra quinquennium tantum à die professio-  
nis; expressio enim diei refertur ad diem na-  
turalem actus gesti, & non ad diem scientiæ,  
maximè stante dictione illa, *tantum*, quæ ad ex-  
pressum tempus naturale restringitur & morale  
excludit; nec obstant casus ignorantia, aut ne-  
gligentia; quia negligentibus semper currit  
tempus, mora siquidem cuique est nociva, *regu-  
lar. in 6.* & negligentibus jura non subve-  
niunt, *l. non enim ff. ex quibus causis major. &  
cap. final. de elect.* in casibus verò ignorantia &  
aliorum impedimentorum videtur difficultas  
propter axioma, quod tempus non currit justè  
impedito, *l. 1. §. fin. Cod. de annali except. cap.  
quam si 6. cap. commissa 35. de elect. in 6.* Igno-  
rans autem, justum censetur habere impedi-  
mentum, *l. quoadiu cap. qui admitt. ad bon.  
possess.* Pari ratione metuenti non currit tem-  
pus, cum justum habeat impedimentum timen-  
di minas patris aut alterius, si voluerit reclama-  
re: tamen prædicta non obstant, quia tunc im-  
pedito non currit tempus, quando à lege appo-  
situm fuit in favorem unius, licet non in odium  
alterius quis agere tenetur. Illud autem quin-  
quennium expressum fuit favore religionum,  
ne continuè molestarentur à professis, patris  
autem metus, aut alterius, non censetur impe-  
dire posse professum à reclamatione, maximè  
quando ab invicem longè distant, & potest in-  
scio metum incutiente reclamationem tenta-  
re.



re. Ergo non censetur vere impeditus, et  
 possit aliqua ratione impedimentum remon-  
 re. Sanchez lib. 7. disp. 37. q. 2. n. 19. Proce-  
 dit autem hæc dispositio Concilii solum in ro-  
 clamantibus de nullitate professionis propter  
 impedimenta temporalia, & non propter pe-  
 petua; qui enim cum perpetuo impedimento  
 professi sunt etiam elapso quinquennio audiri  
 possunt, quia, quod favore alicujus intro-  
 ductum est, in ipsius damnum retorqueri non de-  
 bet, l. quod favore Cod. de legib. & regula qua  
 in gratiam de regul. juris in 6. Si enim religio-  
 sus, laborans perpetuo impedimento, professio-  
 nem dirimente, exire non posset à religione, re-  
 ligio detrimentum pateretur, quia cogere-  
 tur perpetuò inhabilem retinere: quod videtur  
 esse contra mentem Concilii, cum decretum  
 ediderit in favorem religionis, & quia Con-  
 cilium denegat audiri post quinquennium; qui  
 præsumit religiosum consensisse; Hæc ratio  
 cessat in illo, qui habet impedimentum perpe-  
 tuum, cum nunquam ipsius consensus validus  
 esse possit, aliàs sequeretur, mulierem, qui  
 mentito sexu professionem in monasterio emis-  
 sit, cogi in monasterio remanere, quod ab-  
 surdum est; ita Sanchez lib. 5. de matrim. disp.  
 37. n. 32. & 33. Suarez, de relig. tom. 3. lib.  
 cap. 3. n. 7. & seqq. Lezana verbo professio n. 1.  
 Navarrus, Barbosa, Bonacina, Theaurus & alii.  
 Idem dicendum de habentibus impedimenta

temporale durans post quinquennium, si irritet professionem, quia Tridentini declaratio seu decretum, cum fundetur in præsumptione ratificationis, quæ non potest esse eo tempore, cessat præsumptio Concilii, quia, ut diximus, impedita, quæ invalidant professionem expressam, invalidant etiam tacitam. *Sanchez sup. n. 34.*

II. Professi non possunt reclamare, eo, quod habeant, vel habuerint tempore professionis parentes in extrema necessitate constitutos; quia, licet talis professio fuerit illicita, fuit tamen valida; tenentur tamen illis succurrere modo congruo & non contrario suæ regulæ, quia hoc est præceptum naturale. *Lezana cap. 2. tom. 1. n. 14. Bordonus tom. 5. cap. 3. professionis regularis n. 134. & 137.*

III. Dubius de nullitate suæ professionis non potest reclamare, quia dubia professio habetur pro valida; objectum enim reclamationis est professio nulliter emissa, unde probatio, reliquens rem dubiam, non relevat reclamantem, sed cogendus est remanere in religione, etiam si juraret se finxisse professionem, quia ei non debet credi, nec admitti, quia in foro externo juranti pro se non creditur, maxime, quando extat gestum in contrarium, aut præsumptio juris. *Bartholus in l. inter omnes. §. ratio ff. de fur. Sanchez lib. 3. disp. 31. n. 12. Bordonus resolut. 69. q. 20. n. 36. & 37.*

IV. Nul-

IV. Nulliter professus, qui tamen in conscientia apud Deum secretò ratificavit professionem, nequaquam potest reclamare, quia tunc verè & validè est professus. Et ideo reclamatio non conceditur, nisi existente adhuc professione nulliter emissa & non convalescente, & propterea *Concil. Trident.* prohibet reclamantes audiri, quia præsumit illos professionem ratificasse. *Bordon. sup. n. 42.*

V. Cùm non minùs monialis, quam quilibet religiosus sit capax reclamationis, quia uterque invalidè profiteri potest; quæritur, utrum monialis sit extrahenda à monasterio, ut probanda possit nullitatem suæ professionis? Respondet *Portellus part. 1. casu 9. n. 9. ex sac. Congreg.* ubi Papa jubet puellam, interrogandam super validitate matrimonii, reponendam esse in locum cohabitatio, ubi possit liberè & sine timore respondere, sed hæc necessitas non videtur hic; quæ in casu reclamationis simplex dictum monialis non facit fidem, nec probat in ejus favorem, ut eximi possit à jugo religionis, quia, licet contra se quisque testari possit, tamen pro se nemo testificari potest, quia in propria causa nemo idoneus testis esse valet, *cap. si testes, nullus 4. c. 2. & 3.* Est enim solius Dei testimonium tale privilegium, ibi: *testificor, quia ego Deus sum.* Nullitas igitur professionis per testes probanda, & hi à moniali producantur: est nulla necessitas illam extrahendi, ut liberè

leat fateri nullitatem suæ professionis : Quod si ad alium effectum necessaria sit monialis confessio, extrahi potest, quando timetur de libertate ejus in confitendo veritatem favore alterius.

VI. Professio, quia de jure est scribenda in libro ad hoc deputato, quæritur, an per defectum subscriptionis professi, & testium possit professus reclamans sufficienter probare nullitatem suæ professionis, cum sit talis professio à solo Superiore subscripta ? Respondeo, prima fronte videtur quod sic, ut colligitur ex *cap. omnes femine 37.27. q.1. ibi: scriptam roboratamque professionem faciant*; Ergo sine propria scriptura, aut saltem aliquo signo crucis, ut à non litteratis fieri solet, *cap. vidua final. 26. q. 1.* nullius est momenti facta professio, siquidem robor significat vim & efficaciam seu valorem; Si ergo professio per scripturam roboratur, signum est, sine illa nullius esse valoris, quia subscribere est confirmare, & approbare factum, *cap. non liceat 12. q. 2.* His tamen non obstantibus, dico religiosum, qui reclamando intendit probare nullitatem suæ professionis defectu propriæ subscriptionis, aut testium, & non ex alia ratione, nihil probare; quia talis defectus subscriptione, etsi aliquantulum suspectam reddat illam scripturam, non tamen irritat emissam professionem, quam ille religiosus non negat emisisse, valor enim il-

lius,

lius, si nihil aliud obstat, non pendet ab illa scriptura, cum sit illi accidentalis, & extranea facta tantummodo, ut ex ea constet, in foro externo religiosum profecisse, ita quod non possit simpliciter eam negare, ut colligitur ex eodem cap. *sub. citat. omnes famina.* Debet igitur reclamans alia via probare nullitatem suæ professionis, aliter cogendus est, desistendo ab inceptis, remanere in religione, cui se dedicavit, quia talis defectus non est causa legitima reclamationis. *Bordon. citat. sup. n. 50.*

VII. Causam, cur non reclamavit infra quinquennium, nullo modo potest adducere, quia, negato principali, prohibentur ea omnia, per quæ ad illud perveniri potest ex *regul. 19. in 6.* Allegatio enim causæ, cur non reclamavit, est via ad allegandum causas nullitatis professionis, quas non possunt audire iudices in hac materia post quinquennium; tunc, quod iudicium finiendum est ab eò, à quo fuit ceptum. *l. ubi fuit ceptum ff. de jur. om. iur. l. quis postea 7.* Non potest autem ab illis finiri ergo nec inchoari, denique per negativam illam, *non audiat*, interdicitur omnis audientia; stylus autem curiæ talis est, ut quoties elapso quinquennio, aliquis vult dicere de nullitate, adeat Summum Pontificem, vel Sacram Congregationem, & allegatis iustis causis & impedimentis, cur non reclamavit debito tempore, impetrabit talem facultatem per viam

filitem extraordinariam restitutionis in integrum, Cabassutius cap. 19. n. 7. Bordon. resol. 69. n. 41.

VIII. Iudices reclamationis initio processus debent petere iuramentum à reclamare cupiente, quod ante non ratificaverit professionem, quia potest fieri, quod ante elapsum, vel post quinquennium, eam ratificaverit, & de hoc debent se certificare, ne cooperentur injustæ reclamationi, & sæpè evenit, quod, non obstante ratificatione, credit se posse reclamare, cum non possit. Et hoc observat Romana curia tam infra, quam post quinquennium, & semper in Rescriptis clausulam apponit: *Dummodo exponens professionem, tacite vel expresse nunquam ratificaverit*, qui, si interrogatus, respondet se non ratificasse, acceptatur libellus reclamationis; aliter si ratificavit rejicitur, ulterius non auditur, & ad claustrum remittitur. Bordon. cap. 22. professionis regularis tom. 5. quest. 19. num. 31.

IX. Iudices, coram quibus reclamationis fieri debet, sunt Ordinarius, seu Episcopus & Superior monasterij, in quo professio emissa fuit, & utriusque iudicium & sententia ita necessaria est, ut si unus sine altero professum dimittat, nulla sit dimissio, & revocandus ad Ordinem, qui contra Decreti Trident. dispositionem istam licentatus fuerit. Concil. Trid. sess. 25. cap. 19. Nomine autem Ordinarii veniunt

Cc

Vicarij

Vicarij Generales & Prælati illius; habentes sub suo territorio aliquod monasterium regulare, quia omnes isti habent jurisdictionem ordinariam, & dicuntur Ordinarij; ergo veniunt sub dispositione Tridentini. *Benac. de clausura q. 2. part. 1. dist. 3. n. 3.* Quando autem hujusmodi causa, coram iudicibus deducta, non fuit terminata spacio biennij, terminato processu, altero nolente irrationabiliter concurrere ad declarandam nullitatem professionis, poterit alter solus procedere ad sententiam, monito prius negligente: probatur ex cap. prudentiam 21. §. *adjicimus de off. deleg.* ubi dicitur, quod in causa commissa duobus, si unus non potuerit, vel noluerit procedere, alter nihilominus exequetur, *Nulla gl. noluerit, ibi*: ergo, si hoc verum est in delegatis, erit à fortiori in ordinariis, quia quisque ex negligentia perdit jurisdictionem; unde Ordinarius post biennium, sive Superiore nolente aut subterfugiente, potest solus hanc causam terminare, idem dicitur respectu Superioris negligente Ordinario, sunt enim ambo equaliter iudices, imò Superior videtur potius iudex, cum reclamans sit illi simpliciter subditus, Episcopo vero tantum ex hac speciali causa; unde Tridentinum nomen Superioris permittit, cum pronomine demonstrante actus subjectionem ibi: *coram Superiore suo & Ordinario.* Quod autem biennio expedienda

causa, habetur in *Concil. Tridentino sess. 24. cap. 20.* quia in his, in quibus vertitur periculum animæ, mora est vitanda. *Bordon. resol. 69. de reclamatione & cap. 22. professionis regularis tom. 5.*

X. Reclamatio fit ad diversos effectus, aliquando enim professus reclamatur ad eum finem, ut exeat à religione, & restituatur ad priorem libertatem, & aliquando reclamatur, & probatur nullitas professionis ad effectum successionis, vel alterius causæ, quæ non tangit habitus expoliationem. Quando proceditur ad declarandam nullitatem professionis, & ex ea intenditur exitus à religione, probationes debent esse exactæ & firmiores, clarè concludentes nullitatem; talesque requiruntur, quales exiguntur in probanda nullitate matrimonii. Testes debent esse ad minus duo idonei, seu omnium exceptione majores, quia agitur de re gravis momenti: admittuntur tamen mulieres, sicut etiam, qui metum incussit, potest esse testis favore ipsius reclamantis, ut probatur per *cap. presens 4. 20. q. 3. juncta gloss. 1. 1. patris.* Ubi nullitas professionis probatur per solum patris testimonium, qui metum incussit; quia, licet pater in causa filii non recipiatur, nec filius in causa patris secundum leges, admittitur tamen in causa matrimonii, *cap. videtur 3. in accus. mar.* Ergo & in causa professionis; unde solum pater, vel quivis alius metum incutiens, sufficit.



ficat ad probandam nullitatem professionis quia nulla probatio melior & efficacior reperitur, quam proprii oris confessio in facto proprio, *cap. per suas 10. de probat. cap. si cano 15. de fide instrument.* Atque, ubi adest confessio partis & confessio proprii oris, ibi est relaxatio omnis probationis. In aliis vero casibus sufficiunt leviores probationes; semper tamen agendum coram Superiore locali & Ordinario, juxta dispositionem Tridentini, quod nulli conceditur facultas professionem nullam declarandi, nisi in prædicto Trident. *Boadon. resol. 69 n. 12 & 13 de reclamatione; & cap. 22. tom. 5. professionis regularis n. 32. & 33.*

XII. Nullus reclamans à professione auditur, habitu deposito. *Concil. Trident. his verbis quod si ante habitum dimiserit sponte, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittitur.* Nullo igitur modo est audiendus; clarum enim sunt verba & particula illa, nullatenus excludit omnes casus & omnem potentiam, & importat nullitatem actus, habetque virtutem decreti irritantis; & ratio, cur non possit clamare sine habitu, est, quia haberet executionem sententiæ ante ipsam sententiam; finis enim reclamantis est habitum dimittere, & in sæculum redire. Quod, si habitu resumpto clamet, auditur ac si antea habitum non deposuisset, quia tunc se fatetur esse religiosum, & in statu religioso, ac aliàs professum esse; *lit. null.*

nulliter. Auditur autem ex Decreto Concilii hoc ipso, quod per resumptionem habitus restituit religioni sui possessionem, qua eam spoliaverat. *Miranda tom. 1. q. 30. art. 6. Bordon. cap. 21. professionis regular. n. 20. Lezana cap. 2. tom. 1. n. 8. & alii communiter.*

XIII. Reclamans alitur à monasterio toto tempore reclamationis, quia illum conventus habet pro filio usque tum sibi constet juridicè per sententiam esse invalidè professum, ergo conventus debet alere illum, sicut pater tenetur alere filium: Post autem definitivam sententiam non dicitur amplius filius, sed exheredatus, nec tenetur eum amplius conventus alere, ita *Bartholus de alimentis n. 43. Vecchini disp. 14. dub. 1. n. 1. Bordonus resolut. 1. 6. q. 7. n. 30.* Quod verò pertinet ad expensas litis, conventus ad nihil tenetur; quia non est rationabile, quod quis consequatur utilitatem ab eo, quod impugnat, & commodum non debet consequi ex contractu, quem non implevit. *Iulianus §. offerri ff. de act. empr.* Per reclamationem autem sentit commodum, quia restituitur antiquæ libertati, ergo debet sentire incommodum expensarum litis. *Bordon. cap. 22. q. citato. 29. n. 44.*

XIV. Regulares in suis Capitulis generalibus statutum concedere possunt, ne imposte- rum reclametur quacunque de causa: Primò, quia conditionem justam quilibet potest appo-  
nere

Cc 3

nere in suis contractibus, modo non sit contra bonos mores, & nulli fiat injuria; ergo potest apponi professioni, quia est contractus, neque novitio fit injuria, cum ab eo volente & sciente recipiatur hoc juramentum, & consolidetur professio favore animæ suæ, in quantum non potest reclamare, neque est contra Concilium Tridentinum, in quo non præcipitur reclamatione, sed conceditur exire volentibus. 2º. quia hoc statutum est multum utile salutis professorum, qui in statu religionis melius & perfectius Deo servire possunt, quam in sæculo, cui voluntariè semel renunciaverunt, & valde proficuum religioni, cujus tranquillitati & paci consulitur, remotione litium & discordiarum, quæ solent accidere in reclamationibus; experientia enim docet, ex centum reclamantibus vix tres aut quinque bene vixisse, cæteris pereuntibus in opprobrium & dedecus religionis, à qua exierunt, & in qua sancti poterant fieri, si remanisset, & hoc statem debet sæpius inculcari novitiis, & debent de eo instrui, non semel, sed pluries, maxime ante eorum professionem, ut nihil ab his ignoretur, *Boydoni est opinio reclamationis* 69. n. 43.

XV. Religio potest reclamare contra nulliter professum ad ejiciendum illum & exuendum; quia non minus censetur laesa religio, alendo professum pro professo, quam ipse professus detentus contra suam libertatem, ex regula

gula Correlativorum, quod depositum in uno  
 intelligitur dictum de altero; professus enim &  
 religio se habent ut mater & filius, ergo quod  
 dicitur favore professi, intelligitur etiam dis-  
 positum favore religionis, ex allegatis à *Bar-*  
*boſa axiomat. 61.* Nec debet esse religio de-  
 terioris conditionis, sed potius melioris suo  
 religioso; esset autem, si non posset reclamare  
 contra professum, sicut potest professus contra  
 religionem. Deinde ratione naturali proba-  
 tur: nam, ut refert sanctus pater Augustinus  
*tract. 36, in Ioannem.* Aquilæ pulli, sintne  
 legitimi an adulterini, sic probatur, nam ra-  
 dius solis opponuntur, quos si firme contem-  
 plati fuerint, filij agnoscuntur, & ut tales re-  
 tineantur; si verò acie palpitaverint, tanquam  
 adulterini ab ungue dimittuntur; ergo pari ra-  
 tione religio filios adulterinos, qui sunt inva-  
 lide professi, dimittere potest ad seculum, dum  
 palpitant in soliditate suæ professionis; mo-  
 nentur tamen superiores, ne præcisè nullitate  
 spectata, qui voluerint manere & perseverare  
 in Dei servitio, professione denuo emissa, ex-  
 pellant, sed meminerint pietatis maternæ, quam  
 exercere debent erga tales invalide professos;  
 cæteris enim paribus, melius est illos retinere,  
 si manere velint, quam ejicere. Quod si præ-  
 ter nullitatem professionis quibusdam vitiis,  
 quibus alii infici possunt, laborare comperti  
 fuerint, & eorum perseverantia religioni sit  
 obfutura,

obitura, omnino ejiciant de habitationibus religiosorum, tanquam iniqui usurpatores, *Bordonus resol. 23. n. 6. & 7.*

XVI. Colligitur ex dictis supra precedenti numero, quod, nulliter professus exire nolo, habet remedium ad impediendam hanc expulsionem, quam religio intendit in illum invitum exercere; potest enim professionem suam publice & coram testibus, etiam Superiore inficio, ratificare, cujus virtute postea a religione ejici non potest, nec ipse egredi reclamando, quia tunc valide professus, sive per primam professionem, seu per ratificationem subsequentem, de communi DD. opinione, non datur in reclamationis, neque ex parte nulliter alias professi, neque ex parte religionis; uterque enim ageret contra conscientiam & mentem Ecclesie, quae non vult, ut qui professionem ratificaverunt, ejiciantur, nec egrediantur, cum sint verè professi; unde in rescriptis à summo Pontifice concessis semper ponitur clausula, *dummodo professionem non ratificaverit. Hac Bordon. resol. 23. n. 9.*

XVII. Injuste expulsus, etiam novitius, potest reclamare, ut restituatur in statum pristinum; dixi injuste expulsus, quia julle dimissus & ejectus nullo modo conqueri potest, quia cum fuerit in culpa, poenam expulsionis cogitur sufferre. Ratio est, quia etiam novitius, permanendo in probatione, eo modo, quo

debet, laudabiliter vivendo, habet jus perseve-  
randi si vult, & in fine admittendi ad professio-  
nem, ut omnes DD. conveniunt; ergo habet  
jus reclamandi ut restituatur, quia Superior e-  
jiciens non est dominus absolutus, sed tantum  
dispensator divinatorum ministeriorum, & tam  
ejiciens quam consentientes expulsionem pec-  
cant mortaliter, & facultate sibi concessa abu-  
tuntur: ergo concluditur à fortiori de profes-  
so. *Bord. cap. 9. professionis regularis n. 37.*

Si verò superior conventus velit reclamare,  
debet officium deponere, & ipsi renunciare, &  
causas suas deducere coram Ordinario & Su-  
periore ejus successore; quòd si obtinuit rescri-  
ptum tacito nomine officii non valet, & est  
subrepticium; non enim illud Papa concessis-  
set, si narrasset, se esse Superiorem Conventus,  
& ideo debet prius dimittere officium. *Bord.  
cap. 22. profess. regul. n. 42.*



## CAPUT XXI.

*De regularibus transeuntibus  
ad aliam Religionem.*

### SUMMARIUM.

*I. An sit licitus & consulendus transitus.*

Cc 5

II. Quid

- II. Quid requiratur ut sit licitus.
- III. An aliqua ex conditionibus requisitis irritet transitum.
- IV. Qua licentia requiratur, ut fiat transitus ad aequae strictam & perfectam.
- V. Qua licentia requiratur, ut fiat ad magis strictam.
- VI. An liceat ad minus strictam seu laxiorem transire.
- VII. Quenam sine causa legitima transitus.
- VIII. An Praelatus possit licentiam negare transeundi ad laxiorem.
- IX. Quid, quando religio perfectiori est deformata & relaxata?
- X. Transiens debet iterum novitium facere.
- XI. Assumit locum ultima professionis.
- XII. Si ante professionem vult redire, licet.
- XIII. Non tenetur ad observantias prioris religionis.
- XIV. Quorum beneficiorum sint incapaces.
- XV. An transeuntes illegitime sint apostatae.
- XVI. Ad quam religionem pertineant beneficia transeuntis.
- XVII. Poena recipientium aliquem contra formam.

XVIII  
XIX  
XX  
XXI  
XXII  
XXIII  
XXIV  
XXV  
I. T  
non est  
nisi in  
ex sacro  
& gra  
illud  
tione  
mente  
cap. 5

XVIII. Quibus religiosis prohibeatur transitus.

XIX. An transitus possit fieri pluries.

XX. An Monialibus concedatur transitus.

XXI. Utrum omnes professi unius conventus, seu totus conventus, possit ad strictiorem transire.

XXII. An Superiores possint dispensare subditum, qui vovit transire ad strictiorem, ejusque votum irritare.

XXIII. Votum de non transeundo ad strictiorem est nullum.

XXIV. Licentiam habens transeundi, si est vagans puniri debet.

XXV. Transiens ad aliam, debet esse vestitus suo habitu prioris religionis.

**T**ransitus de una religione ad aliam, etiam in pretextu perfectioris vitæ gerendæ, non est laudabilis, nec licitus, nec consulendus, nisi in ipso serventur ad unguem conditiones ex sacris Canonibus requisitæ, & adsit magna & gravis causa, utpotè, quia videtur esse contra illud Apostoli i. ad Corinth. 7. quisque in vocatione, qua vocatus est, permaneat, & contra mentem Patrum, specialiter Cassiani collat. 14. cap. 5. D. Basiliæ constitut. monast. cap. 34. & D. Bernardi



Bernardi de precept. & dispens. Ubi sic transeuntes vocat vagos, instabiles, fluctuantes, tumultuantes, quod non habent, cupientes, & quod habent, fastidientes; & ratio est, quia ex tali transitu plerumque & nimis saepe oritur sceleret inquietudo, scandalum, murmuratio, & religiosorum infamia, D. Thomas 2. 2. q. 189, art. 8. Suarez 4. tom. de religione lib. 3. cap. 9.

Subsistente tamen legitima causa, est licitum cum conditionibus infra scriptis, tum ex jure naturali, quo licitum est votum proprium commutare in melius, tum ex jure positivo Canonico, cap. statuimus, & cap. mandamus 19, q. 3. cap. non est, cap. sane, cap. significatum, & cap. licet. Ubi hoc supponitur. Suarez sup. cap. 8. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 7. n. 2. & 3.

II. Ut iste transitus sit licitus, quatuor conditiones requiruntur. Prima est, quod non fiat temeritate, levitate, odio, ira, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione, sed solum studio vitæ perfectioris sine jactura & detrimento religionis, à qua receditur, ita enim deciditur ab Ecclesia in cap. licet de regulariis, Bonacina de clausura q. 1. puncto 9. §. 1. diff. 2. n. 1. Porcellus in dub. regul. verbo religionis transitus n. 6. & ideo omnes circumstantiæ seriò & prudenter examinari debent. D. Antonin. 3. part. tom. 1. cap. 4. Sylvester verbo religio 4. q. 1. Secunda est petitio licentiae

Superiore, quia ita decisum in dicto *cap. licet*,  
*versu, quo circa*, ne bonum obedientiae contem-  
 ni videatur. *Abulensis cap. 30. n. 9073. Navar-*  
*ra lib. 3. conf. tit. de regular. consil. 52. vel 59.*  
 Sufficit autem licentia petita, et si non obtenta,  
 quando Superior illam injuste denegat, *dicto*  
*cap. licet: Rodriguez 3. tom. qq. regular. quest.*  
*52. art. 3.* In dubio autem, si iuste aut injuste  
 negatur, standum iudicio Superioris. *Caietan.*  
*2. 2. quest. 189. art. 8. Sanchez lib. 6. in deca-*  
*log. cap. 7. n. 16.* Potest tamen tunc appellare  
 ad alium Superiorem à quo res decernatur:  
*Sylvester verbo religio 4. quest. 1. Azorius tom.*  
*1. institut. moral. lib. 17. cap. 14. q. 5.* Tertia  
 conditio est ut religio, ad quam fit transitus, sit  
 perfectior; ita enim habetur in capitibus sup-  
 erioris, praecipue in *cap. licet*; Transitus enim  
 ad perfectiorem religionem indicat desiderium  
 maioris perfectionis: quae autem sit perfectior  
 religio, puto cum pluribus citatis apud *Leza-*  
*nam cap. 22. n. 5. 1. part.* illam esse, ad inten-  
 tum huius tractatus, non quae fuerit magis ar-  
 cta, aspera, & severa, quoad observantias exte-  
 riores, sed quae habuerit perfectiorem finem, &  
 media ad illum proportionata; unde transire  
 à perfectiori ad arctiorem non est ascendere,  
 sed descendere: sicut propter eandem causam  
 non est licitum commutare votum de actu per-  
 fectionis virtutis in actum strictioris. *D. Thomas*  
*2. 2. q. 189. art. 8.* Igitur ad iudicandum, quae  
 religio

religio sit perfectior, non tam est attendenda prima institutio regulæ, & religionis, quam præfens observantia, & modus, quo in illa religione vivitur: sic enim melius suum intentum consequitur, quia ad perfectiorem vitam ambulat. *Azorius lib. 12. institut. moral. cap. 1. n. 3. & 8. Less. de justitia lib. 2. cap. 41. dub. 1. tamen Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 7. n. 11. rverè dicit, eam esse putandam religionem perfectiorem, quæ fuerit arctior, durior, & asperior cæteris paribus.* Quarta conditio est, ut talis transitus non sit à sede Apostolica interdictus, quamvis enim de jure communi liceat omnibus religionis transire ad aliam, servatis conditionibus supradictis; sunt tamen specialia jura aut privilegia interdicens aliquibus talem transitum, ut dicemus infra n. 8. hujus capituli.

III. Defectus primæ, & secundæ, ex conditionibus assignatis non irritat transitum ex una religione ad aliam, nec reddit professionem factam irritam aut nullam, sed solum illicitam, saltem stando in jure communi. Nullum enim fundamentum in decretis adductis irritationis, eum illis non opponantur diætæ conditiones tanquam forma servanda, sed ut modus ex præcepto ecclesiæ requisitus, cum ergo aliter ex jure naturæ non sit irrita talis professio, quæ est de meliori bono, scilicet de imperfectiori ad perfectiorem, non erit irrita professio. *Suarez 4. tom. de relig. lib. 3. cap. 10. n. 22. Defectus*

tertia conditionis reddit nullum transitum, & irritat professionem, quia transitus ad non perfectiorem religionem, nullo jure est permissus, & alias est ex natura sua contra primam professionem, perquam religiosus est obligatus religioni, in qua est professus. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 7. n. 93. Defectus vero quartæ conditionis aliquando irritat transitum, & professionem factam de novo, aliquando verò reddit solum illicitam; quia in illis privilegiis aliquando apponuntur verba irritantia, aliquando verò solum prohibentia, & ideo bene consulantur verba privilegiorum. Sanchez sup. num. 88.

Bordonus resolutione 29. n. 45. aliter conditiones enumerat, scilicet Prima, quod non sit transitus interdictus. Secunda, quod fiat bono fine, & zelo melioris vitæ. Tertia, quod fiat sine præjudicio religionis à qua receditur. Quarta, quod petatur licentia. Primæ defectus aliquando irritat, si decretum est irritans; si autem est tantum prohibens, minimè; quia multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent, sup. ad Apostolicam 6. de regularibus. Secundæ defectus non irritat, quia non est contra substantiam professionis, modo licentia petita fuerit. Tertia defectus non irritat. Quarta defectus irritat transitum, & professionem.

IV. Religiosum posse transire ad religionem æque strictam, & perfectam, quando non est

est aliqua causa talis transitus, solius est Papae licentiam concedere, est enim summus Pontifex, Prælati supremus omnium religionum, & ita potest mutare religiosum ex una religione ad aliam, sicut Generalis mutat de provincia in provinciam, & Provincialis de conventu in conventum sibi subditum. *Azorius lib. 12. tom. 4. instit. moral. cap. 4. q. 9.* Quando verò adeat causa legitima, à Prælati majoribus petitur licentia, quia habent potestatem disponendi de rebus suæ religionis, causa rationabili subistente de jure communi, cum consensu Conventus, est enim una ex causis gravioribus Conventus enim simul cum Superiore acquirit jus super dictam religiosum; ergo consentaneum est, ut ab utrisque dimittatur, quia negotia graviora tractantur, & perficiuntur cum consilio, & consensu Fratrum, *cap. novit. 4. quanto 5. cap. nōscitur 6. de iis qua sunt a Prælati & cum alienatio aliarum rerum non possit fieri sine consensu Capituli cap. placuit 50. cap. sive exceptione 51.* ergo multo magis religio alienatio, cum sit quid majus aliarum rerum pertinere debet ad Prælatos, & Conventus. Per Prælatos hic intellige Generales, & non alios, quorum jurisdictio non est Generalis, sed extenditur tantum ad unam Provinciam, & unum Conventum. Hujusmodi verò licentia est obtinenda, quia Conventus, & Religio habet potestatem super illum, ut non possit recedere, & huic

potest Prælatus, & Conventus renunciare, faci-  
endo illi facultatem recedendi ex justa causa,  
quia sine illa non possunt religioni auferre jus,  
quod habet super illum, quod tamen potest Pa-  
pa sine causa, quia summo iure in religionibus  
gaudet. *Bordonus resol. 29. n. 13. & seq. Lexa-*  
*na cap. 22. prima partis n. 8. & 9.*

V. Transeunti ad strictiorem sufficit licen-  
tia Prælati immediati (petita debite, licet non  
obtentata) simul, & Conventus seu Fratrum ejus  
monasterii, à quo transiturus est filius. De Præ-  
lato immediato probatur *cap. statuimus 19. q.*  
*3. ubi dicitur sine districtioris religionis obtentu,*  
*ex eod. claustro audeat sine parvis, & totius con-*  
*gregationis permissione recedere.* Pater autem  
claustrum est proprie Superior localis. Quod  
verò licentia debeat peti à Conventu, probatur  
ex eodem *cap. statuimus*, in quo non excluditur  
Conventus, & quia hoc negotium est commu-  
ne toti Conventui; ergo tam subditorum,  
quam Prælati requiritur licentia: quamvis te-  
neat *Sanchez lib. 6. cap. 7. n. 40. & n. 81.* non  
esse necessariam Conventus licentiam, sed pos-  
se peti à solo Prælato, eo, quod transitus illi  
competat jure naturali, positis debitis requisi-  
tis, & petenda est antè transitum, causam etiam  
transitus exprimere debet; quod autem non  
obtentata licentia, modo sit debite petita, possit  
transire ad strictiorem, expressè dicitur in *citato*  
*cap. licet, & valet transitus in utroque foro, ut*

Dd

doct

docet *Rodriquez* q. 52. art. 3. & ex eo *Portellus* verbo religionis transitus n. 5. Ut autem licet necesse est, ut non fiat cum lenitate, & demerito prioris religionis; & notat *Portellus* Prælatum negantem licentiam sine causa legitima peccare mortaliter n. 11. §. hoc. Superiores transeuntes ad strictiorem eodem modo procedere debent. *Rodriquez* tamen tenet & *Portellus* n. 14. Sacram Congregationem declarasse transitum fieri non posse nisi de licentia Capituli generalis, cui putat esse standum, ubi subdit, quod si de ea dubitetur, possit Generalis aut Provincialis talem licentiam concedere ex justa causa.

VI. Transire vtrò ad laxiorem non solum prohibita religiosis, sed sine causa urgente nec à summo Pontifice concedi potest, saltem quoad forum interius conscientia; quia talis transitus est commutatio voti de meliori bono in minus bonum, quod cum sit juri divino contrarium, & contra jus naturale, invalide fit, nisi à summo Pontifice, nisi urgens causa subsistat, ratione cujus possit dispensare. *Naturalis* lib. 3. consil. tit. de regularibus consil. 56. n. 88. & comment. 4. de regular. n. 10. *Lessius* lib. 2. de justit. cap. 41. dub. 13. Causa tamen legitima subsistente, non solum Papa, sed Prælatus illo inferiores talem licentiam dare possunt. Ratio quoad Papam est, quia ipse potest jus naturale & divinum interpretari, & cum casu

rationabili in votis quibuscumque dispensare; quoad Prælatos verò, quia ex nullo jure constat hanc dispensationem esse Papæ reservatam. *Concil. enim Trident. sess. 2. de regular. cap. 19.* decernens, quod nemo regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem, loquitur de facultate obtenta sine causa legitima, ut docet *Navarrus lib. 5. consil. de regular. consil. 56 n. 3.* & *Lessius sup. dub. 13.* & similiter *extravag. viam ambiciose de regular.* prohibens, ne Mendicantes transeant ad aliam religionem præter Catholicam, intelligitur etiam de transeuntibus absque dispensatione, & causa legitima, ut docent *Lessius citat. & Sanchez lib. 5. in decalogum cap. 7. n. 6.* Cum ergo autoritas concedendi talem facultatem sit necessaria ad perfectam subjectionem interiorum ad Superiores, credendum est, posse Prælatos Papa inferiores illam concedere. *Rodriguez tom. 2. qq. regular. q. 52 art. 9.* probabile hoc putat *Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 1. n. 20.* Prælati verò, ad quos spectat hanc licentiam concedere, sunt Episcopi respectu non exemptorum; respectu verò exemptorum sunt Generales, non verò immediati Superiores. *Sanchez lib. 5. in decal. cap. 7. n. 70. Lexana cap. 21. part. n. 1. Layman, lib. 4. tract. 5. cap. 5. n. . de statu relig.* Decentius tamen & congruentius fiet, si lubidus ad summum Pontificem remittatur

Dd 2

VII. Cau-



VII. Causæ legitimæ transitus arbitrio pro  
 dentis dispensantis relinquuntur, cum nihil  
 circa hoc sit à jure præscriptum. Generales  
 tamen causæ sunt infirma aut incommoda va-  
 letudo, fragilis corporis natura, quæ strictiori  
 religionis austeritates ferre non potest. *As-  
 rius tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 14.* Est  
 utilem in una religione & in alia onerosum.  
*Suarez 4. tom. relig. tract. 8. lib. 3. cap. 11. n. 11.*  
 Magna necessitas parentum, quibus in una re-  
 ligione subveniri potest, & non in alia. *Rodri-  
 quez tom. 3. qq. regul. q. 82. art. 9.* Si religio-  
 sus indignè & injustè odio habeatur, & ma-  
 tractetur à religiosis unius religionis. *Asor, &  
 Rodriguez citati.* Esse infamatum in religio-  
 ne ob aliquod crimen commissum, ut propter  
 necesse sit esse semper pudore suffusum & tribu-  
 tia magna affectum. De his & aliis vide apud  
 Suarezem supra citatum. *Lezana 2. part. cap.  
 22. n. 12. Diana tract. 2. de dubiis regul. res-  
 p. 43.*

VIII. Prælati, qui sine justa & legitima cau-  
 sa negarent alicui subdito facultatem transire  
 ad strictiorem religionem, peccarent mortali-  
 ter. Hoc deducitur ex cap. licet quibusdam in  
 regular. ubi dicitur: *Prelatus subdito sine dis-  
 pensatione & pravitare qualibet, debet transire  
 licentiam indulgere, ne videatur propositum in-  
 pedire divinitus inspiratum.* *Sylvester verbo  
 religio 4. quest. 1. nor. 5. Miranda in Manuali  
 tom. quest. 31. art. 6.*

IX. Quando aliqua religio deformata est & relaxata, etiamsi in se sit perfectior, aut strictior; licitum est ex illa ad aliam minus strictam aut perfectam transire, modò sit magis reformata, servatis tamen servandis; quia finis, propter quem omni jure licitus est transitus ex una in aliam religionem, est, ut quis ducat vitam perfectiorem, quod in casu isto contingit. *D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 8. Miranda in Manual. tom. 1. q. 31. art. 4.* Quæ autem religio censenda sit perfectior, diximus sup. n. 2. conditione 3.

X. Translatus tenetur ad novum novitiatum & novam professionem. Primò, quia annus probationis institutus fuit favore utriusque, scilicet religionis, ut experiatur mores ingredientis, & transeuntis, ut probet mores & austeritatem religionis, quam neuter expertus est; ergo debet peragere novitiatum juxta *cap. ad Apostolicam, & sess. 25. cap. 16.* ubi nulla fit distinctio de venientibus à sæculo vel à religione, ita tenent *Rodriguez tom. 3. q. 16. art. 11. cum suo compend. resolut. 101. n. 46. Sanchez lib. 3. cap. 4. n. 12. & alii, quos citat Bord. resolut. 29. n. 62.* Quod procedit, licet fiat transitus ab arctiori ad laxiorem, imò & respectu ejusdem religionis. 2º. De professione certum est, quia in ea debet se obligare, quod fieri nequit, nisi per professionem, & quia professio facit monachum; ergo, si cupit esse religiosus, debet

bet profiteri: quod si religio, ad quam transit, est ejusdem Ordinis, & utatur eadem forma professionis, non indiget transiens professione, nisi aliter in constitutionibus Ordinis ordinetur. Semp̄r autem novus novitiatus est necessarius. Sape autem Sacra Congregatio solet concedere, ut iste novitiatus sit brevior, quam per annum, per aliquot scilicet menses tantum, & cum quibusdam circumstantiis. *Bord. rescript. 29. n. 62 & 63.*

XI. Translatus anno novitiatus tractatur ut novitius, & à puncto professionis factæ in Ordine ad quem translatus est, incipit habere jus suæ sessionis in choro & in mensa ceterisque actibus, neque potest habere locum, quem in priori religione habebat, ratione prioris professionis; quia solum à tempore ultimæ professionis est religiosus illius, & numeratur inter membra ipsius, *Sanchez, lib. 6. in decalog. cap. 7. num. 86. Rodriguez, tom. 3. qq. regular. q. 51. art. 29 & 30.* Secus est, si transeat aliquis ad aliquam religionem, ut sit Prælati ipsius; hic enim sine dubio debet habere primum locum in conventu, cum incongruum sit, Prælatum esse loci inferiorem suis subditis. Finito autem officio locum habet, non secundum primam professionem emissam, sed secundum consuetudinem & leges posterioris religionis, in qua professionem emisit. *Rodriguez, citat. art. 26. Bordon. sup. num. 24.*

XII. Religiosus, qui legitime ad aliam transiit, si ante professionem redire velit ad priorem religionem, est in illa admittendus, quia adhuc est sub vinculo factae professionis in religione, a qua discessit, estque pars & membrum illius. *Sylvester verbo religio 4. q. 5. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 14. q. 11.* Idem dicitur, licet illegitime aut iniuste ad aliam transiit, propter maiorem rationem. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 7. n. 105.* Non tamen debet illi concedi praecedentia, quam habebat, sed debet ultimum habere locum, ut expresse habetur *cap. mandamus 19. q. 3.* His verbis: *Precipimus ut redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat & ultimus in choro maneat.* Procedunt tamen haec, quando iniuste transiit, ut, malo fine, vel sine licentia, velex levitate. Tempore vero procedente poterit illi suum jus in actu amissum restitui; quod, si valide professus revertatur, nullatenus possit gaudere de priori praecedentia; quia per secundam professionem omne jus amisit primae; fuit enim illud jus omnino extinctum virtute secundae professionis. *Lezana sup. n. 18. & Bordon. etiam sup. n. 19.*

Rediens tamen ad priorem religionem admittitur sine nova probatione & professione, acta vero professione valida in secunda non tenetur admittere; sed si admittitur, & magnum temporis spatium fuerit interpositum, possunt

Superiores petere novitiatum, quia ex diversitate temporum diversificantur etiam mores; imò si revertitur, professione valida in secunda facta, debet iterum profiteri in priori; quia per posteriorem professionem penitus extinguitur prior. *Bord. sup. n. 57. & 58.* Et ideo religio non tenetur illum admittere, quia non est amplius ipsius; sequuta enim professio in secunda censetur omnibus renuntiale; ad quæ jus habebat in priori, & evanescent omnia & extinguuntur, quæ à prima dependebant, adeo, ut qui in primam redeunt, non sunt amplius Confessarii, Lectores, Prædicatores, &c. sed de novo debent approbari. Et etiam si revertantur infra annum, remanent religiosi privati, ac si titulos gradus & prælaturas nunquam habuissent, *idem Bord. sup. n. 97. & 101.*

XIII. Religiosus, modo legitimo translatus, non solum non tenetur ad observantias regulares prioris religionis, ut de se patet, cum sit ab illius jugo exemptus etiam cum sit adhuc novitius, sed neque tenetur ad alia vota specialia in professione prioris religionis emissa, v. g. Si erat ex Ordine Minimorum, ad vitam quadragesimalem, quia talia vota sunt annexa professione prioris religionis: cessante autem principali cessant etiam accessoria. *Suarez tom. 2. de relig. tract. de voto lib. 8. cap. 3. num. 7. Sanchez lib. 6 in decalog. cap. 7. num. 87. Bord. citat.*

Notandum tamen, quod ex constitut. Urbani 8. data anno 1635. die 2. May, statuitur, quod regulares, quia ex suo instituto votum habent, seu juramentum de non procuranda, vel acceptanda extra eorum religionem dignitate, transeuntes ad aliam, etiam cum licentia Papæ, vel dimissi, aut ejecti, ipsi remaneant adstricti dicto voto, vel juramento: quia ex jure novo dicti Urbani hoc votum censetur principaliter factum in cultum Dei, & non ut adnexum priori professioni; & præfatus Urbanus sub die vigesima sexta 1643. declaravit prædictum votum dispensari, aut relaxari non posse, aut adversus illud aliquam licentiam aut indultum concedi, nisi à Romano Pontifice pro tempore existente sublata quibuscumque aliis facultate. *Lezana verbo transeuntes. num. 14.*

XIV. Transeuntes ad aliam, licet sint Canonici regulares, sunt omninò incapaces quorumcumque beneficiorum secularium, etiam curatorum: ita habet *Concil. Trident. sess. 14. cap. 11.* ne aliquis transeat ex una religione in aliam sub spe obtinendi aliquod beneficiumulare, *Lessius 2. de institut. cap. 41. dub. 13. num. 105. Suarez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 15.* Et hoc intelligitur de quocumque transitu sive ad strictiorem, sive ad laxiorem: quia *Concilium* generaliter loquitur. Præterea mendicantes, qui auctoritate etiam Apostolica

transeunt ad non mendicantes, ex *Clementina prima de regular.* primò privantur voce in Capitulo, etiamsi hoc illis ab aliis concedatur; voce, dico, activa & passiva, nam textus generaliter loquitur, *Bonacina de claus. quest. 1. punct. 9. §. 5. n. 7.* 2<sup>o</sup>. Privantur loco in eodem Capitulo, *Sanchez lib. 6. cap. 7. num. 111.* 3<sup>o</sup>. Non possunt assumi ad Prioratus administrationes, aut quæcumque alia officia; etiam Vicarii, aut Ministri, vel aliorum locum tenentes, nec animarum curam aut regimen possunt pro se, aut pro aliis exercere, & quidquid in contrarium gestum fuerit, irritum est & nullum, ita decernitur in dicta *Clementin. 1. de regular.* & ratio decisionis est, ut mendicantes quietius in sua vocatione persistent. *Azor. lib. 2. institut. moral. cap. 14. q. 12. Sanchez lib. 6. in decal. cap. 7. n. 109.* Excipiuntur transeuntes ad Carthusianos, qui possunt esse Priores & Procuratores. *Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 15. n. 6. Lezana cap. 21. 1. part. n. 40. & 21.*

XV. Illegitimè transeuntes sine causa aut licentia, aut contra prohibitionem juris, non sunt veri apostatæ, sed solum fugitivi, quia, licet illicitè, & invalidè ab una religione recedant transeunt tamen ad aliam, & ideo non dicuntur recedere simpliciter à statu religioso, quod requiritur ad veram apostasiam; dicuntur tamen fugitivi, quia indebitè fugiunt ab obedientia.

obediencia tuorum Superiorum. *Lessius de  
iustit. cap. 41. dub. 11. Azor. lib. 12. institut.  
moral. cap. 17. q. 7. Lez. sup. n. 12.*

XVI. Bona omnia transcuntis, etiam cum  
Superiorum licentia, ex una religione ad aliam  
ante professionem in secunda religione emis-  
sam acquisita, vel quomodolibet pertinentia,  
pertinent ad primam religionem, quia usque  
ad professionem in secunda, semper remanet  
membrum primæ, & illi acquirit, quidquid ac-  
quirat. *Azorius tom. 1. institut. moral. lib. 12.  
cap. 15. q. 3. & cap. 16. q. 8.* Et multo magis  
hoc est verum de bonis religiosi illicitè, & ille-  
gitimè transeuntis, & non solum ante professio-  
nem, sed, & post ipsam, quia cum professio  
istius sit nulla, nullum jus ex ea provenit poste-  
riori religioni. Unde, qui transfertur, non  
potest si cum deferre ex bonis, quæ ad u. um. ha-  
bebat, nisi ea, quæ sibi gratiose concessa fuerint  
à superiore. *Lezan. citat. n. 24.*

XVII. Religiosi cujuscumque Ordinis &  
religionis extiterint, exceptis Carthusianis,  
admittentes seu recipientes religiosos alterius  
ordinis contra formam juris, peccant mortali-  
ter, quia in re gravissima delinquunt. Est  
etiam excommunicatio lata contra recipientes  
fratres aliquarum religionum propter privile-  
gia ipsi à summis Pontificibus concessa: item,  
& oratio officiorum, & administracionis, &  
inhabilitatis ipso facto, Vide *Lezanam sup. n.  
25.*



25. & Bonacinam de clausura q. 2. puncto 9. §. 5.  
Nullus etiam Superior licentiam cuiquam concedere potest, nisi constet illi de benevolente receptore, ut recta via transiens ad illum sine divagatione se conferat. Sic ordinavit Sacra Congreg. Concilii de regular. apostat. & ejectione jussu Urbani VIII. 1624.

XVIII. Religiosi, quibus interdictus, & prohibitus est transitus ad aliam religionem, sunt primò mendicantes, nisi ad Carthusiam. 1º. Cistercienses. 3º. Jesuitæ, & Carmelitani discalceati. 4º. Clerici regulares ministrantes infirmis, quibus nec licet ad Carthusianos transire. Capucinis est prohibitum transire ad Minimos S. Francisci de Paula, Pius V. Gregor. XIII. & Sacra Congr. Discalceati Augustiniani ad Calceatos ejusdem Ordinis, sive ad quemcumque alium Ordinem laxiorem sine specialis sedis Apostolicæ licentia transire prohibentur. Clemens VIII. Barbosa in collect. Bullar. verbo transitus religionis. Trinitarii discalceati transire non possunt ad aliam quamcumque Carthusiana excepta. Urban. VIII. Peyroni tom. 3. privileg. cap. 12. in constitut. 11. vel 12. Urb. VIII. Fratres ordinis Beatæ Mariæ de mercede ad Mendicantes transire prohibentur. Callistus. III. Bordon. resolut. 29 n. 38. Discalceati etiam ejusdem Ordinis non transiunt ad Calceatos, Urban. III. Barbosa sup. de aliis, quibus id est prohibitum, late Barbosa loc.

relato de jure ecclesiastico à n. 52. Bordonus  
 sup. n. 27. Possunt tamen Augustiniani dis-  
 calceati ad solos Carthusianos transire. Clem.  
 VII. const. 3. pastoralis officii, idem Bord. n. 36.

XIX. Transitus potest fieri pluries de jure,  
 quia non est restrictus ad secundam vel terti-  
 am religionem, non est tamen laudandus talis  
 transitus, quia nullum devotionis Spiritum in-  
 dicat, imò magnum animi instabilitatem, &  
 inconstantiam arguit; non levi reprehensione  
 dignus ac proinde minimè aut rarè conceden-  
 dus, quia, qui taliter agit, non præsumitur  
 transire arctioris vitæ zelo aut ex devotione.  
 Bordon. resolut. 29. n. 87.

XX. Monialibus conceditur transitus ad  
 strictiorem ordinem, cap. unico de statu regul.  
 in 6. & supponit gloss. verbo quoslibet Clement. 1.  
 de regul. Nec obstat decretum de clausura  
 perpetua ex cap. citato de statu regul. in quò il-  
 lis prohibetur, ne exeant à clausura quocum-  
 que prætextu, nisi ex legitima causa ab Episco-  
 po approbanda; transitus autem ad strictiorem  
 sine dubio est legitima causa; ergo conceden-  
 dus. Nec obstant duæ constitut. Pii V. in  
 quibus prohibetur exitus, exceptis tribus casi-  
 bus inter quos non est iste; sed dicas, illos re-  
 ferri in exemplum, quod regulam non restrin-  
 git. Damni infelici. ff. de dam. inf. ergo in hoc  
 possunt exire, & in aliis urgentibus casibus.  
 Sanchez lib. 6. cap. 25. n. 37. Licentiam au-  
 tem

tem transeundi Monialis debet petere non ab  
 Abbatisa, quia non dicitur Prælata *cap. lxxviii.  
 18. de regular.* Nec est illi committendum  
 hoc negotium, cum sit iudicium gravissimum,  
 sed Prælato Episcopo, sive regulari, cui subje-  
 cta est. Aliqui dicunt licentiam debere peti  
 Papa, ut *Portellus*, sed contrarium tenet *Rodri-  
 guez tom. 3. q. 52. art. 6.* & *Sanchez lib. 6.  
 cap. 7. n. 6.* ait iussicere illam petere, etsi non  
 obtineatur. Dico tamen cum *Rodriguez* requi-  
 ri licentiam obtentam, quia in aliis causis iustis  
 & expressis requiritur, multo magis in hac  
*Bordon resol. 29. n. 85.*

XXI. Omnes Professi unius Conventus seu  
 Conventus, possunt transire ad strictiorem, quia  
 jus nullus excipit volentes transire ad meliorem  
 frugem; non enim magis unus aliis obligatur  
 priori religioni, ergo, si unus potest transire,  
 poterunt & ceteri omnes, quia omnibus reli-  
 giosis indistincte facultas transeundi conce-  
 ditur ad strictiorem, petita licentia, licet non ob-  
 tenta. Puto tamen non posse fieri hunc transi-  
 tum absque licentia Prælati, imo petendam  
 esse à Generali simul cum Patribus Provinciae  
 in qua est Conventus, cum sit negotium gra-  
 vissimum, & agatur de interesse totius Provin-  
 ciae, ideo ab illius Patribus seu saltem Definito-  
 ribus licentia petenda est, quæ si denegata  
 possunt adhuc transire, quia totus conventus  
 non est inferioris conditionis, uno particulari  
 qui

qui potest transire petita licentia, licet non obtenta *Bordon supra. n. 51. & n. 79.*

XXII. Superiores regulares non possunt irritare vota subditorum transeundi ad strictiorem religionem; utique vero in illis dispensare, & commutare. De irritatione tenent omnes *Sanchez lib. 4. cap. 33. n. 2. Rodriguez tom. 1. q. 25. art. cum suo compend. resolut. 123. n. 80. Bonacina p. 7. de voto §. 2. n. 27.* Quia irritare votum est illud imperfectè obligans & dependenter à voluntate Superioris relaxare, etiam contra voluntatem voventis, cogendo illum ut non exequatur, sed hoc votum in se perfectè obligat independenter à voluntate Superioris, qui non potest cogere subditum, ut ab eius adimplerione desistat, cum jure communi, *cap. licet 18. de regular.* omnibus professis detur facultas transeundi ad arctiorem, licet negetur petita licentia, & in hoc non est difficultas; ergo non possunt irritare. Dispensare verò possunt, ut maneat in propria religione, iusta subsistente causa, quia ad dispensandum, supposita legitima causa, ex parte Superioris requiritur potestas spiritualis, & quod votum non sit Papæ reservatum ex parte subditi: sed Prælatus regularis habet potestatem spiritua- lem. nec votum tale est reservatum: ergo potest dispensare. De potestate constat, habet enim in utroque foro potestatem ordinariam super subditos. *lib. 4. disp. 39. n. 3.* Quòd vo- tum

tum non sit Papæ reservatum absolute, docent communiter Sanchez lib. 4. cap. 40. n. 74. lib. 8. disp. 9. n. 17. Bonacin. p. 7. de voto §. 4. n. 21. Non enim est dispensatio voti religionis, sed circumstantiæ; ergo à fortiori poterunt commutari, cum istud minus sit quam dispensare. Bordon. sup. n. 73. & seqq.

XXIII. Votum etiam juratum, seu juramentum non transeundi ad strictiorem, non tenet ac proinde absque ullo peccato sine dispensatione transiri potest. Hujusmodi enim votum nullam in se honestatem, aut bonitatem continet, & est impedimentum melioris boni; ergo inutile & invalidum, cum non sit materia bona. Sanchez lib. 4. cap. 8. num. 3. Bordon. sup. n. 68.

XXIV. Licentiam habens transeundi ad aliam, & vagans, antequam habitum recipiat in secunda religione, licite potest puniri à Superiore primæ, non autem à Superiore ad quem, quia sic vagans non censetur manumissus, neque licentiatus: licentia enim non fuit illi data ad vagandum, sed ad transeundum; ergo adhuc sub potestate Prioris à quo: Debet enim licentiatus recto tramite transiri exequi absque mora, & jura ad illud significandum utitur sæpè verbo transvolandi, & verbum transire denotat continuationem itineris ad locum destinatum; imò privilegium meretur antea, qui sibi concessa abutitur potestate, cap.

nti ista 7. distinct. 74. cap. licet 18. de regular. cap. 11. de privileg. cap. fin. de pœnit. in 6. Pun- niendus est autem ( non ut apostata ) sed ut fu- gitivus, si licentiam petiit: quod si sine licen- tia discessit, punitur ut apostata, & ut excom- municatus, præsertim si propria autoritate ha- bitum dimisit & cum alio vagetur. Bordon. sup. nom. 80.

XXV. Colligitur ex supra dictis, transcun- tem debere ad secundam religionem accedere cum suis vestibus interioribus & exteriori ha- bitu prioris religionis, ut, eo exuto, immediatè à Superiore posterioris induatur novo habitu, retinendo habitum priorem usque ad diem professionis remittendum, vel retinendum si non possit proficere; redeundo statim ad pri- stinam domum religiosam, & ubique scripta, si- ve utilia sint, sive inutilia, secum potest aspor- tare tanquam fœtus sui intellectus & filios na- turales, in solatium animæ suæ, in quibus com- ponendis tantum insudavit Bord. sup. n. 91.



## CAPUT XXII.

### De incorrigibilibus & ejectis.

#### SUMMARIUM.

- I. Incorrigibiles possunt ejici à religione.
- Es                      II. Qua-

- II. *Quenam requirantur, ut quis dicatur incorrigibilis.*
- III. *Quomodo & à quibus debeat fieri ejectio.*
- IV. *An illegitimè expulsus possit appellari & compellere monasterium, ut recipiatur, & alimenta præbeat.*
- V. *Quibus pœnis afficiantur ejecti.*
- VI. *An teneantur Pralati religionum ejectos quarere, & recipere si correcti fuerint.*
- VII. *Quem habitum portare debent ejecti.*
- VIII. *Sub cujus obedientia & jurisdictione esse debent.*
- IX. *An teneantur ad vota emissa, & religionis observantias.*
- X. *An sint religiosi: & possint ad laxiores ire.*
- XI. *Ejecti cui acquirant.*
- XII. *An illis debeant dari littere dimissoriae ejectionis & testimoniales.*
- XIII. *An debeant provideri de alimentis, si sint pauperes.*
- XIV. *An redeuntes debeant iterum novitiare, & professionem emittere, & quomodo recipiendi.*

XV. Additio pro Monialibus, & pro impo-  
nentibus sibi falsum crimen.

I. Incorrigibiles ejici posse à religione con-  
stat ex jure naturali & divino, & jure hu-  
mano ecclesiastico. Probatum de jure natura-  
li, exemplo membri putridi, quòd relecatur, ne  
reliquas corporis partes inficiat, & corrumpat,  
D. Hieronymus super cap. 5. ad Galatas, rese-  
canda sunt putrida carnes, ne corrumpant sanas,  
& scabiosa ovis à caulis repellenda, ne rota do-  
mus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrup-  
tantur purefiant, & intereant. Natura igitur  
ipsa dicit malum esse repellendum, ne bonum  
convertatur in malum ex contagione unius  
cum alio, & anteponi bonum commune bono  
privato alicujus: Jure quoque divino ejicitur  
incorrigibilis ex verbis Domini Matthæi 18. 17.  
Ubi, si correctio non est proficua inter corri-  
gentem & correctum, secunda vice fit coram  
testibus; & si non est sortita suum effectum, fit  
tertiò coram Superiore, ibi: *Dic Ecclesie, si au-  
tem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethni-  
cus & Publicanus.* Ecce, quod Dominus man-  
dat, Religiosum post trinam monitionem, quæ  
illi non profuit, debere reputari sicut Ethni-  
cum, id est, sicut Gentilem, & Publicanum, id est  
peccatorem, & infidelem suæ religionis, & ad-  
dictum facit illud Apostoli ad Corinthios 5. 6.  
*Assurte malum ex vobis; modicum enim fer-*  
mentum

Et a



mentum totam massam corrumpit. Ne igitur massa bonorum religiosorum corrumpatur, & putredine malorum inficiatur, expellendi sunt incorrigibiles. De jure verò communi prebatur, ejici posse incorrigibiles *cap. fin. de regular. & cap. cum ad monasterium de statu monach.* Et in omnibus Ordinibus id statuitur in regula, vel constitutionibus, ut notant *Pejris q. 1. de subdito cap. 25. Miranda tom. 1. q. 52. Lexana part. 1. cap. 23. n. 1.*

II. Quoniam verò est hæc quæstio maximi momenti, valdè seriosè est examinanda; idèb, antequam ulterius progrediar, sciendum est, & maximè ponderandum, quisnam dicatur incorrigibilis, & quæ ad hoc requirantur? Dico igitur, quod de jure communi ille dicitur incorrigibilis, qui gravia crimina sæpius commisit, ter saltem monitus & punitus non se correxit, nec destitit; sed ex quadam sua mala inclinatione permansit in malo; & pœnitentiam pro illis subire noluit; Ille autè solùm dicitur incorrigibilis, cujus emendatio non speratur: sed supradicta requiruntur, ut alicujus emendatio non speretur; ergo incorrigibilis reverè dici potest. *Sanchez in decalog. lib. 6. c. 9. n. 4.*

Hinc colligitur, requiri de necessitate tres admonitiones, ut Sanchez nunc citatus docet, quia non potest dici incorrigibilis, nisi probetur inobediens, præmissa monitione, quæ unica non sufficit, dum incorrigibilitas importat pœ-

manen  
stere S  
ducto  
quod  
nem  
per ex  
debet  
fatis a  
malo,  
Co  
elle g  
nata c  
& plu  
ut un  
monit  
miferi  
ma, te  
Ne  
delict  
ni, qu  
lam a  
sum r  
iam f  
tur ig  
inno  
tas, q  
ejec  
relic  
N  
rigit

manentiam in malo; ergo pluries debet resistere Superiori monenti, & sic ter, exemplo deducto à correctione paterna, de qua §. 1. hic, quod non correctus post tertiam cohortationem, tanquam incorrigibilis, traditur satanæ per expulsionem. Trina autem hæc monitio debet esse realis & punitiva, trina enim punitio satis admonet eum, ut se corrigat & retrahat à malo, si illam utiliter patiatur.

Colligitur præterea, quod delictum debet esse grave, ut pœna expulsionis sit proportionata culpæ, est enim expulsio pœna gravissima; & pluries commissum in specie, aut saltem ter, ut unicuique delicto respondere possit trina monitio; vel ter diversa peccata gravia commiserit, pro quibus imponitur pœna gravissima, terque monitus & punitus fuerit.

Nec est necesse, quod secularibus notum sit delictum; sed sufficit, quod sit notum religioni, quamvis *D. Bonaventura q. 14. super regulam apud Peyrinum q. 1. cap. 25.* dicat profectum non posse ejici, nisi delicta sint publica, etiam secularibus; fortasse ne laici scandaliscentur ignorantes expulsi crimina, illumque esse innoxium; sed necessaria non est ista publicitas, quia præsumptio stat pro iudice, quod justè eiecerit, & sufficit, quod ex sententia innorescat.

Necesse est præterea ad incurrendam incorrigibilitatem, ut religiosus sit legitime convictus,

E c 3

ctus,

Æus, vel confessus, neque sufficit plusquam semiplena probatio. De confessione hoc constat, quia nulla melior & efficacior probatio quam proprii oris. De convictione verò patet expressè in *cap. cum ab homine* 10. de *judic. ita omnes cum Portello V. ejicere, vers. nota* secundo, *Peyrinis q. 1. cap. 28. versu in Ordine Animorum*. De semiplena probatione est certum quod non sufficit, quia cum expulsio sit pœna extraordinaria, postulat vel confessionem, vel convictionem strictè acceptam, duorum scilicet testium, qui sint immediatè oculares, vel auriculares, & de propria scientia dependant. *Bordon. cap. 98. de pœnis incorrigibilium tom 5. n. 44.*

Requiritur insuper de jure novo, ut quis verè & propriè dicatur incorrigibilis, ut unius anni spatio pœnitentia probeatur in carceribus. Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pertinacia perseveraverit, ne contagione sua pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida ac putre membrum ejici tandem possit. Sunt verba & textus proprius *Decreti sacr. Congreg. Concil. §. 12. & sequentia, Vere autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, sublati in hac parte statutis & constitutionibus cujusq; religionis & ordinis.* Carcer verò unius anni debet esse continuus,

reus, ita, ut non sufficiat interpolatus, nec potest componi ex diversis temporibus, quibus reus fuit carceratus pro aliis criminibus. Dicitur tamen continuare annus carceris, etiam si cultos sinat reum animi gratia aliquando per hortum deambulare; quia parum pro nihilo reputatur, nec dicitur recessisse in brevi reversus, etiam si per diem alterum recessisset, vel abesset; si tamen durante anno reus fugeret, & postea apprehenderetur, deberet reficere tempus, quo mansit in fuga: Si verò non revertitur, talis declarari debet, & expelli; quia, cum sufficiat continuatio moralis, ne carceratus nimis gravetur ultra annum naturalem, post annum illum potest expelli, satis enim ostendit suam incorrigibilitatem. Damnatu est contra per decennium ad carcerem, non potest infra id tempus expelli, etsi revera sit incorrigibilis, quia causa finalis expulsionis est, ne per conversationem alios inficiat, sed id efficere non potest, incarceratus ergo nec ejici, nisi absoluta decennii poenitentia. *Bord. sup. n. 10. & seq. ita ex sacr. Congreg. Petrus ab Angelis in suo Ordine judic. in additione 7. §. ad primum & §. ad secundum & §. pro illis.*

Non est incorrigibilis, imò præsumendus correctus, qui eo anno integro se bene gessit in carcere sapius jejunando & poenitentias sibi præscriptas libenter agendo; ex bonis enim actibus non nisi bonum est præsumendum, nam

arbor bona bonos fructus facit. *Matthai 7. 17.* Carceratus autem, dum libenter sustinet, & bene agit, non amplius est arbor mala, sed bona; ut ait *S. Gregor. bonum præteritum facit præsumere de bono futuro.* & sicut præsumitur de præsentem in futurum de delictis *l. ex persona. C. de probat. l. si hi qui C. de adulter.* ita præsumendum est bonum futurum ex præsentem bono.

Habendus est tamen pro incorrigibili, si adhuc retinet malè agendi voluntatem, nam promptitudo ad peragendas pœnitentias non est signum infallibile emendationis, cum habere possit alium finem simulatum, quo inducatur ad sic bene agendum; ergo in his non est immorandum, dum cœcūtimus ignorantes voluntatem internam proximi, quam dijudicare non possumus, nisi per externos actus, cui si sint boni, non nisi bonum inferre possumus.

Quod si ex actibus ab eo actis in carcere redigendis in scriptis deducatur perseverantia in malo, statim declaretur incorrigibilis, & sententialiter ejiciatur; quia satis consta de sua incorrigibilitate, ut, si noluerit jejuna, dormire super paleis, si sæpè impatiens exiit; si prorupit sæpè in verba impatientiæ; & similia peregit, quæ indicent in eo perversitatem & obstinationem. Quod si talia signa non dedit ex accidenti fortasse, quia aliud gerebat in corde, excarcerandus est & observandus: in enim vivit religiosè pro emendato habetur, & in

conver  
firmant  
nihilom  
sua per  
passit. Q  
bilitatis  
sunt; v  
necessit  
Sed u  
natus p  
aliquos  
infra ar  
aut dep  
bent ob  
Quod  
bilem,  
id pote  
sui int  
fuerit  
aliquo  
vim ill  
lis, &  
julte c  
datum  
datione  
est, ne  
crim  
carcer  
don si  
III



te, juxta tenorem Decreti, dico, quod acta processus antecedentia de tribus delictis gravibus & carceratione à judicibus expulsionis, Generali scilicet, & aliis sex partibus juxta Decretum assumptis, debent per se ipsos bene considerari, examinari & speculari, antequam feratur sententia ejectionis; & ideo necessarium est, quod prædicti Patres seriò studuerint processus præfatos, ut bonum consilium dent judici, qui secundùm allegata & probata sententiam ferre debet, eo quod cæcus judicare non debeat, sed videns & sapiens.

Ultimus processus debet continere, si non per extensum, saltem compendiosè, substantiam aliorum trium processuum contra ejectionem fabricatorum super tribus delictis cum Decreto carcerationis & declaratione incorrigibilitatis post expletum carcerationis annum. Hac enim declaratione terminatur processus; & ex his omnibus debite considerationis Generalis, vel apud nos Vicarius Generalis, fert sententiam expulsionis, ad quam sufficit consensus majoris partis Patrum, ut dicit *sacra Congreg. his verbis: sententia ejectionis à religione ferri debet saltem de voto majoris partis sex Patrum electorum, quia factum à majori parte censetur ab omnibus gestum. l. quod 19. ff. ad municip. & de incolis l. 120. ff. de regul. juris cap. 1. de his que fiunt à major. & standum dicto majoris partis. l. diem, 32. §. si plures ff. de recept. arbitr.*

Ad solum ergo Generalem pertinet per seipsum sententiam ferre, idque alteri delegare non potest, ut expressè dicitur in decreto his verbis: *ejici tandem possit, sed ab ipso met Generali tantum.* Urgent enim illa duo verba *ab ipso met, & tantum.* Nam primum est personallimum, hoc est, ab ipso, per se, & non alium excludens quemcumque, & à fortiori conjunctum cum verbo *tantum*, quod est restrictivum. *Bordon.* tamen asserit, Vicarios generales non posse id agere, sed tantum Generales *prædicto cap. 98 sup. citat. n. 69.* sed unusquisque agit conformiter ad suas constitutiones, privilegia & præxim suæ religionis.

IV. Religiosus injustè, vel illegitimè, modo prædicto non servato, ab Ordine ejectus, vel supposito gravamine, ut, quia non fuit probatum delictum, vel quia leve est, aut unicum, quod non sit ex atrocissimis, cum in his casibus expulsus dicatur gravatus, sine dubio appellare potest; gravamen namque est fundamentum dans jus appellandi; imò eo, quod injustè sit privatus jure sibi debito, posset compellere monasterium, ut ipsum admitteret, & præberet alimenta. *Lezana cap. 23. 1. part. n. 6. Bord. citat. n. 63.*

V. Multis pœnis afficiuntur à religione ejecti; dicuntur enim infames, non quidem ex jure, sed ex facto incorrigibilitatis, & probatur ex Decretis: qui enim privantur exercitio Ordinum,



dinum, illi sunt infames, sed isti privantur, et  
 go; quod remaneant suspenſi exercitio Ordi-  
 num, probatur ex Decreto, his verbis: *ejecti  
 extrareligionem degentes sunt perpetuo suspenſi  
 ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locu-  
 rum facultate dictam suspensionem relaxandi  
 moderandi, ita omnes scribentes post editio-  
 nem Decretorum. Lexana verbo ejelli n. 3.*  
 & si illas exerceant, sunt irregulares, nec pro-  
 moveri possunt ad Ordines, quos non habent,  
 propter dictam suspensionem; nec possunt  
 confessiones audire, nec verbum Dei predicare,  
 aut docere, quia docens est, eos vocare, & ad  
 hæc admittere; quia sunt infames, & carent  
 bono nomine; ita docet *Bonacina de clausura  
 q. 2. dis. 12. §. 7. n. 4. Peyrinis de subdito q. 1.  
 cap. 25. §. 1. versu & merito apud Donatum q.  
 60. Bordonus citat. n. 150. & seq.*

VI. Ejectos à religione tenentur Prælati il-  
 lius præſidentes, scilicet, in Capitulis Patres,  
 Abbates, Priores, illos quærere annuatim, &  
 reducere, quando admitti possunt salva Ordi-  
 nis disciplina, ita tenet *Lexana*, & præcipi-  
 tur in *cap. final. de regular. ex Gregor. IX.* sed  
 circa hanc constitutionem notandum est cum  
*Sylv. verbo Apostasia q. 6.* nomine fugitivorum  
 comprehendi etiam apostatas, quos proinde  
 de inquirere ac reducere ad Prælatos Ordinis  
 spectat, illis enim tales personæ manent obli-  
 gata. Quod si fugitivus aut apostata incorri-

gibilis v  
 dinis d  
 vertens  
 à tali o  
 bo apof  
 nual. P  
 sunt eji  
 gis nor  
 Notan  
 calog, c  
 de regu  
 defuer  
 stam in  
 petent  
 & Azo  
 & cap.  
 tatem  
 ejeci.  
 diltam  
 VIII. i  
 qui iust  
 pulsi f  
 no. C  
 ctos pl  
 religio  
 consti  
 Cong  
 eulatio  
 cant a  
 man, d  
 gibilis

gibilis videtur, vel sine gravi scandalo aut Ordinis detrimento reduci, vel etiam sponte revertens recipi non possit? tunc ordo liberatur à tali obligatione, ut docent dictus Sylvest. verbo apostasia q. 5. & 6. & Miranda tom. I. Manual. Prælat. q. 51. art. 4. Si enim tales possunt ejici, ut omnes fatentur; ergo multò magis non recipi, postquam malitiosè exierunt: Notandum est etiam cum Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 9. n. 18. quod dictum cap. ultimum de regular. supra adductum magna ex parte in delictu abijt; imò per sententiam justam in perpetuum ejectos, quamvis humiliter petentes monasterium recipere non tenetur: & Azorius lib. 17. institut. moral. cap. 16. q. 2. & cap. 17. q. 2. dicit, constitutionem supra citatam extendi solum ad eos, qui injustè sunt ejecti. Novissimè tamen sacra Congr. Concil. dictam constitutionem Gregor. IX. jussu Urbani VIII. innovat & declarat, illam extendi ad eos, qui justè, definitivè ac juris ordine servato expulsi fuerunt, modò in illis subsit spes emendationis. Quando verò constiterit, hujusmodi ejectos plenè correctos esse, possunt ipsi cogere religionem, ut eos admittat juxta supradictam constitutionem, adjuncta declaratione sacre Congreg. allata; nec admitti debet aliqua exculatio post talem declarationem, quidquid dicant aliqui authores: Lezana cit. n. 9. Layman, de statu religionis. lib. 4. tract. 5. cap. 13. q. 4. n.

4. n. 7. Concludit hanc difficultatem Bordonus q. 53. cap. 98. tom. 5. n. 130. & 132. Pothquam explicuit conditionem in Decreto & declaratione appositam, dicendo illam dictionem (*dummodo*) esse conditionalem, quæ proinde conditio nihil ponit in esse, *l. si quis 8. ff. si quis omiſſa causa testam. l. cedere 213. ff. de verborum significat.* neque ponit obligationem, nisi per emendationem evidentem, quæ rarissime contingit: imò in contrarium præsumitur. Quomodo enim evidenter apparebit emendatio illo, qui in seculo vivit, si in clauſtro non perit, aut nullo modo voluit se corrigere totque verbis monitus, tot afflictionibus vexatus, & bonis exemplis invitatus, qui omnia hortamenta non habet. Finis igitur dicti capituli ultimi *extravag. de regularibus* est de obligatione in habitu, non verò in actu, cum Superiores majorem causam habeant male procedentes ejectos recipiendo, quam eos relinquentes. Nec obstant litteræ testimoniales Ordinariæ quia in conspectu ejus non semper apparent sicut in conspectu Superiorum apparebant atque expellerentur.

Præterea, ait idem Bordonus dicto n. 111. Sententia non debet operari contrarium effectum; ergo expellendo eos non tenentur recedere aut requirere. Per sententiam enim distractus fuit contractus, & sublata mutua obligatio inter Superiorem & subditum. Hisp

men non obstantibus propter expressam Decretorum dispositionem (salvis religionis constitutionibus & privilegiis.) dicendum est & concludendum, ejectiones teneri se emendare, & Superiores illos emendatos debere recipere, si emendatio sit evidens, non solum per litteras testimoniales, sed per actus proprios bonos presentes & praeteritos. Sanchez lib. 6. cap. 9. n. 23. & 30. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 13. q. 3. Lessius lib. 2. cap. 41. n. 111.

VII. Ejecti secundum Decretum sacrae Congregationis, quando manent extra religionem, debent in habitu clericali incedere, *Lezana sup. n. 8. Bordonus sup. n. 135. & 148.* etiam si non sint in sacris constituti, quia Decretum absolute & indifferenter loquitur de omnibus expulsis, his verbis: *Sic vero ejecti, quando non redierint ad religionem, in habitu clericali incedant;* quia, cum adhuc remaneant religiosi, ut infra dicemus, indecens est, ut laicaliter incedant, *ita Donatus part. 2. tract. 8. q. 4. n. 2.* Ejectus tamen dimittens vestem clericalem, nullam incurrit excommunicationem; quia, etsi vestis clericalis fuerit subrogata in locum habitus regularis, non tamen fuerunt subrogatae poenae clericorum appositae in *cap. 2. ne clerici, vel monachi in 6. Bord. sup. n. 118.*

VIII. Ordinarii loci interim jurisdictioni & obedientiae subsunt, proinde illi Superiores tenentur notificare sententiam ejectionis: **Nome**

mine verò Ordinarii loci venit Episcopus  
 Gloss. 11. Ordinario extravag unic. de preben-  
 dis. Ex verbis verò Decreti, Ordinario loco sub-  
 sint, quaritur, an subesse debeant ejeti Ordi-  
 nario loci suæ originis, vel domicilii, cum De-  
 creta nihil determinent? Respondeo in ejeti-  
 rum libertate esse eligere locum illius Ordina-  
 rii, qui illis magis placuerit. In actu ergo ex-  
 pulsionis potest sibi eligere quemcumque Or-  
 dinarium, cui velit subesse, & eo electo ad  
 subiectus non potest domicilium mutare, & lo-  
 liò abire sine ejus licentia, cum subdatur illius  
 jurisdictioni & obedientiæ, sicut alter clericus  
 merè secularis. Ad id autem non tenentur ex  
 voto obedientiæ jam emissæ, sed quoad exer-  
 citium simplicis subjectionis, sicut alii clerici  
 Episcopo suo subjici debent. *Lexan. cit. num.*  
*13. Bordonus citat. num. 135. & 139. Layman.*  
*lib. 4. tract. 5. cap. 13. num. 4.*

IX. Multi probabiliter affirmant, ejetos esse  
 se liberòs ab observantiis regulæ & constitutio-  
 num, & ad illas non teneri, v. g. ad jejunia, ad  
 abstinencias & ad religionis asperitates, quia illi  
 la solùm noverunt ut accessoria & annexa per-  
 severantiæ in religione. Generaliter enim lo-  
 quendo votum desinit obligare, quando est ita  
 notabilis mutatio facta materiæ, ut reddatur  
 notabiliter difficilior, & qua prævisa à princi-  
 pio non fieret votum, quod contingit in pro-  
 posito. *Sotus de justit. & jure q. 2. art. 1. No-*  
*gatus*

*Aragon. Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 9. n. 50. Sanchez & alij. Layman. cit. sup. q. 2. n. 1. Lezan. cit. n. 17.* Multi alii contrarium tenent, dicentes, tales ejectionis teneri ad omnes observantias regulares sui ordinis, quas possunt in seculo observare; quia aliter non parvum commodum ex sua iniquitate reportarent; & rationem addunt, ejectionis non liberari à professione & statu monastico; ergo neque à regularibus observantiis, ad quas ratione sui status & professionis obligati fuerunt, quas sine difficultate in seculo præstare possunt, ut certa jejunia, &c. quia *D. Thomas 2. 2. q. 185. art. 8.* & alii communiter tradunt, religiosum professum, si ad Episcopatum sit translatus, obligari saltem vi directiva non coactiva, regularibus observantiis, quæ cum statu Episcopali non pugnant, & sine magna difficultate præstari possunt: ergo multò magis ejectionis: Neque enim est, aut esse debet melioris conditionis, qui ob sua demerita dejicitur, quam ille, qui propter sua merita in Episcopum elevatur: *ita Navar. Rodrig. Miranda & alij.* Hæc posterior sententia est probabilis, sed alia tutior & probabilior, quòd ejectionis per sententiam in perpetuum sit liber à talibus observantiis: & regularis, factus Episcopus, ad illas non obligatur vinculo legali, sed tantum quodam debito honestatis, uti docent *Sotus lib. 10. de Justitia q. ult. art. ult. Valentia tom. 3. disp. 10. q. 3. p. 8. in fine. Sanchez lib. 5. c. 6. n. 19.*

Ff

Ma

Manent tamen cum onere votorum essentialium, quia ad religionem revertentes (si casus adsit) non tenentur de novo profiteri; ergo priori professione in his subsistente, licet ejecti, manent cum voto castitatis, sicut antea, cum in illo nullo modo sint dispensati: manent etiam cum eodem voto obedientiae, quatenus teneantur obedire Superioribus, si eos velint ad religionem revocare: Habent enim ipsi illos revocandi, & hujus signum est, quod in praedicto cap. finali de regulari, à sacra Congregatione innovato praecipitur, ut censuris cogantur ad religionem reverti, quod non esset, nisi ipsi essent obligati ex vi voti obedientiae obedire Praelatis religionis, quoties voluerint ipsos revocare. *Rodriquez tom. 1. qq. regular. q. 30. art. 19.* Ad votum verò paupertatis tenentur ejecti eo modo, quo status illorum permittit, quia est de essentia professionis, à qua non sunt dispensati. *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 9. n. 17. & 45.* Unde nec habent, nec possunt habere dominium ejuscumque rei, quia hoc est directè contra votum. Nec etiam possunt habere usum juris, sed tantum usum facti rerum sibi ad victum, vestitum, habitationem & vitam necessariorum; quia neque hoc est contra votum paupertatis, neque his rebus possunt carere etiam professi. *Lessius 2. de justitia cap. 41. dub. 15. n. 13.* Illis tamen plenior licentia tribuitur etiam in usus illicitos validè expendendi. X. Eje-

X. Ejectus verè manet religiosus, quia sententia expulsionis solum declarat illum indignum communi aliorum religiosorum conversatione, ne aliquos corrumpat, tanquam pecus morbida, illumque spoliat jure cohabitandi cum ceteris, non autem professione, quæ sola morte destruitur; alias ex delicto reportaret commodum; essetque melioris conditionis, quam Episcopi aut Cardinales, qui verè remanent religiosi: & esset contra ea, quæ traduntur *cap. 1. de postul. Pralat. & cap. sedes Apost. de rescript. Azor tom 1. institut. moral. lib. 12. cap. 16. q. 4. 7. & 11.* sed & ratio hæc convincit, quod si ad religionem accidentaliter ejecti revertantur, novam professionem non emittunt, quod tamen deberet fieri, si per ejectionem professio esset extincta, *Lexan. cit. n. 11. & Bord. cit. num. 131.*

Quamvis verò maneat religiosus, non potest ejectus nec ad aliam, sive æqualem, sive laxiorem transire sine licentia Superiorum suæ religionis, & conditionibus requisitis, quia, cum perseverent ejecti esse illius, à quo sunt separati per ejectionem, illi sunt semper subjecti; ergo sine illorum licentia non possunt transitum facere ad aliam. *Lexana cit. sup. n. 10.*

*Bordonus* tamen tenet *cap. 98. superius citato n. 112.* Ejectum posse propria autoritate ad alium Ordinem transire; quia, ait, per ejectionem extincta est omnis obligatio respectu



prioris Ordinis; ergo, ac si esset laicus, potest transire; si enim potest in saeculo manere, à fortiori potest alium Ordinem ingredi, etiam post Decreta, sub spe futurae emendationis, ad quam tenetur, quam melius & citius potest sperare in claustro quam in saeculo.

XI. Ejectus sibi acquirere non potest; quia nullius rei dominium habere potest, obstat voto paupertatis, quod retinet, & illum inhabilem reddit ad acquirendum sibi: ergo monasterio, à quo ejectus est, acquirit. Verum post illius mortem, si extra religionem mori contigerit, illius bona Camerae Apostolicae applicari debent ex *Bulla 43. Gregor. XIII. quae incipit Officii nostri partes, de qua Sanchez lib. 7. cap. 33. n. 21. & 31. Rodriguez quest. 30. art. 25. Bonacin. de clausura quest. 2. punct. 1. §. 1.* Quod si per accidens ad religionem revertitur, omnia sunt illi acquisita; quia per ejectionem solum fuit separatus ab Ordine respectu eorum qui alios poterant inficere, non autem religioni prodesse; unde retinuit omnia jura, quae ante ejectionem habebat, semper enim remansit religiosus; ut supra diximus: *S. Antonius. Lexicus & alii, Lexana sup. citat. n. 15. & 16.* Si vero propria autoritate ad aliam transeat, acquirit illi religioni professione emissa, sed non ante. *Bordonus sup. cit. n. 160. & alii segg. Layman sup. cit. n. 3.*

XII. Dandae sunt ejectis litterae dimissionis

que ejectionis sententiam contineant, ut locorum Ordinariis dicta sententia denunciatur. *Aldrete lib. 2. de discipl. religios. cap. 26. n. 23.* admonendo illos, nullo modo à votis esse solutos, neque in illis dispensatos, præcipuè si tales ejecti sint ignorantes, aut idiotæ; ut conversi, vel commissi, non tamen sunt illis concedendæ litteræ testimoniales, quibus ad sedem Apostolicam rejiciantur, aut ad aliam religionem mittantur ex Decr. sacr. Congreg. *Lezana sup. num. 10.*

XIII. Ejectis non tenetur religio de alimentis providere, quia hoc solum debet præstare illis, qui sub regulari disciplina sunt constituti. *Asotius lib. 12. institut. moral. cap. 16. Aldrete sup. n. 27.* etiamsi sint pauperes, quia per expulsionem distractus est contractus, qui erat inter ipsam & professum, qui debebat inservire ut aleretur; sed cum amplius non serviat, non debet amplius requirere alimenta. Quod si sit pauper & indigeat, laboret ut manducet exercendo se, & occupando in exercitio honesto, *ita Bord. sup. cit. n. 166. & Lezan cit. n. 19.*


XIV. Ejecti redeuntes ad religionem non tenentur novam professionem facere; quia prior non est extincta, sed solum suspensa, *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 9. n. 33. contra Nativum.* Potest tamen illos Superior recipere cum onere renovitandi, quia habet justam causam præsumendi, quod adhuc sint incorrigibi-

gibiles; imò peiores facti ob suam libertatem. Ut autem hæc præsumptio tollatur, probandi sunt per aliquod tempus, neque admitti debent in gradu antiquitatis, quem habebant, neque cum iisdem prærogativis, cum enim meruerint ejici, digni quoque sunt, ut ejusmodi prærogativis priventur quasi nunquam habuissent. *Sanchez 4. tom. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 5. n. 17. Lexan. cit. sup. n. 9. & Bord. citat. n. 157.*

XV. Moniales, quantumvis incorrigibiles, non possunt ejici à religione ex declaratione sacre Congregationis; quia inde sequeretur magnum clausuræ detrimentum, & quod moniales ex suo delicto commodum & utilitatem reciperent, dareturque occasio aliquibus ipsarum fingendi incorrigibilitatem, ut sic ejici possent: quare, etsi in jure communi stando id licitum esset, ut habet *Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 5. n. 6.* tamen propter Decretum sacre Congregationis & Ecclesiæ praxim nullatenus admitti debet expulsio monialis à religione; nec ad aliud monasterium ejusdem religionis transferri debet monialis, correctionis vel punitionis gratia, sede Apostolica inconsulta; quia, etsi jure communi id verum non sit, imò aliquo modo permillum in cap. *quoniam de simonia.* & ita sentiant *Rodriguez, Sanchez, Portellus, Bonacina & alii*, nihilominus oppositum videtur declaratum à sac. Congreg. his verbis: *Monialem nullam sibi subjectam ex uno monaste-*

monasterio ad aliud transmittere possunt locorum Ordinarii, vel superiores regulares etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati; Casu tamen, quod de licentia Papae ejicerentur, de illis dicendum respectivè situr de viris quantum ad obligationem votorum. *Lezano verbo clausura, & verbo monialis, & Bordonus citat sup. n. 168.* qui solùm addit, ut moniales incorrigibiles detrudantur in aliud monasterium, vel perpetuis carceribus macerentur.

XVI. Ejectus propter falsum crimen, quod sibi ipse imposuit, ut ejiceretur, non est securus in conscientia extra religionem, sed est verè apostata; quia talis ejectionis est involuntaria & fraudulenta, utpotè falsitate extorta, & propterea nihil illi suffragatur, unde tenetur detegere fraudem & ad monasterium redire. *Bonacina de clausura q. 2. punct. 12. §. I. n. 13. Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 9. n. 67.*



### CAPUT XXIII.

#### De Apostatis & fugitivis & clausura.

##### SUMMARIUM.

I. Omnes tenentur habere aliquam clausuram, eamque diligenter custodire.

FF 4

II. Quis-

- II. *Quisnam sit terminus illius clausura.*  
 III. *Egredientes è monasterio sine licentia peccant, maximè noctu egredientes.*  
 IV. *Quae licentia requiratur.*  
 V. *Qui egreditur animo redeundi non est Apostata, etiamsi egrediatur sine habitu.*  
 VI. *Quis dicatur verè Apostata.*  
 VII. *An ad hoc requiratur dimissio habitus.*  
 VIII. *Quomodo cognoscatur Apostata à fugitivo.*  
 IX. *An occultans habitum dicatur Apostata.*  
 X. *An injustè gravatus fugere possit à monasterio, & ire ad Superiorem, et si in carcere detineretur.*  
 XI. *Apostatae ubiq; capi possunt, & quomodo.*  
 XII. *Redeuntes, quomodo recipiendi, & an possint non admitti, aut ejici propter Apostasiam, aut fugam.*  
 XIII. *A quibus sunt absolvendi.*  
 XIV. *De pænis apostatarum.*  
 XV. *Detinentes Apostatas, aut occultantes an sint excommunicati.*  
 XVI. *An monasteria teneantur debita ab illis contracta solvere.*  
 XVII. *Cui acquirant Apostata & fugitivi.*

XVIII. Quid, si durante Apostasia ordines quis receperit.

XIX. An teneantur Pralati religionum requirere Apostatas.

I. Tenentur omnes religiosi cujusvis Ordinis habere aliquod genus clausuræ in claustris & monasteriis suis, ut constat ex omnium religiosorum usu, & ex cap. placuit 2. cap. juxta. cap. monachi. Consistit autem hæc clausura in duobus præcisè, scilicet in non egressiendi è monasterio sine Superioris licentia, & in non apostatando, aut relinquendo religionem, quam sunt professi. *Lexana cap. 16. 1. part. num. 1.* Qualiter autem sit custodienda, satis præcipiunt *Clem. VIII. & Urban. VIII. in suis Decretis.* Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, his verbis loquuntur. *Conventus clausura perpetuò ac diligenter seruetur, ac propterea à Superiore janitor constitutatur, qui diligentia ac morum integritate maxime commendetur.* De ipso quoque janitore, seu portæ communis monasterij custode, jubent, quod *is janna custodienda semper assidat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium & exeundi licentiam obtinuerit.* Circa redeuntes verò ad monasterium hæc præcipiunt iidem Pontifices, *Cum autem quis in Conventum reversitur, Superiorem iterum adibit benedictionem*

nem recepturus; qui a socio itineris rationem & quid rei actum sit, diligenter perquirat. *Lez.* iii n. 6.

II. Terminus verù hujus clausuræ comprehendit totum circuitum monasterij, includendo etiam hortum & nemus, & alia loca illi annexa, quæ muris monasterij, seu septis continguntur: Hæc enim omnia sunt partes monasterij, & ea comprehendit septorum nomine *Clem. VIII. in decret. super cas. reservat.* dum inter casus reservados refert hanc egressionem extra septa monasterij. *Lezana verbo clausura. n. 3. Peyrinis tom. 2. de Pralato q. 3. cap. 2. §. 39. not. 8.*

III. Egredientes ex monasterio sine Superioris licentia graviter peccant; & sæpius mortaliter, nisi parvitas materiæ inducat solum culpam venialem. Est enim usus & consuetudo omnium religionum, ut hujusmodi egredientes gravi culpa puniantur. Cum enim religiosi per professionem subditi sint Superioribus, debeantque ab illis gubernari, obedientiam graviter lædunt, quoties sine licentia à Conventu exeunt, & hoc expressè insinuat *Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. Non liceat regularibus à suis Conventibus recedere, etiam pretextu ad Superiores accedendi, nisi ab eis missi vel vocati fuerint.* Et hoc maxime verum est, quando quis de nocte egreditur sine licentia vel consensu Superioris, & talem egressionem

Clem.

*Crim. VIII.* ponit inter casus reservatos in suo Decreto. Casus autem revelatus inducit culpam mortalem; ut vero talis egressio nocturna sit casus reservatus, requiritur, ut sit furtiva; hoc est ignorante & inscio Superiore, seu sine saltem tacito consensu aut ipso renuente & repugnante. Est igitur talis egressio casus reservatus, etiamsi sit nota & facta coram pluribus religiosis, quia sufficit, ut sit occulta Superiori. Requiritur etiam, ut sit peccatum mortale; hoc est facta ad aliquem malum finem & causam inhonestam. Excusant autem à mortali parvitas temporis, ex communi illa regula, quod parvitas materiæ excusat à mortali; Unde exiens & brevi rediens non censetur peccatum mortale fecisse. Item bonus finis excusat, sicut & causa honesta, v. g. ad audiendam ægroti consultationem, aut ad amicum consulendum in re aliquis momenti, aut emendum aliquid comestibile & necessarium; maxime si religiosus non longè recedat à Conventu; Et ratio est, quia, subsistente causa rationabili, Superior præsumitur consentire in talem exitum. *Bordonus resolutione 42. n. 1. & seqq. & Lezana. cap. 16. par. num. 3.*

IV. Licentia autem, quæ requiritur ad egrediendum è monasterio, regulariter loquendo debet esse explicita secundum usum omnium religionum; neque possunt exire sine speciali licentia, etiamsi habuerint aliquam licentiam generalem.



generalem; debet enim singulis vicibus impetrari: aliquando verò sufficit licentia implicita, vel interpretativa, quia possunt occurrere aliqui casus, in quibus à monasterio religiosus teneatur exire ex charitate, ut ad adjuvandum vel absolvendum moribundum, defendendum aliquem innocentem, succurrendum domui vicinae, quæ comburitur, in quibus & similibus casibus non semper commodè & sine alterius detrimento peti permissio & licentia potest à Superiore. *Lezana citat. n. 4.* Debet etiam licentia egrediendi peti à Superiore, ut cum socio arbitrio Superioris nominando exteat. *Clem. VIII. & Urban. VIII.* his verbis: *Nullus Conventu egredi audeat, nisi ex causa & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat non potentis rogatu, sed arbitrio suo; neque eundem sæpius. Licentia verò generalis nulli omninò concedantur, & contravenientes pœna gravi, etiam carceris, ad Superioris arbitrium plectantur, & eandem janitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.*

V. Colligitur ex supradictis egredientem à monasterio sine licentia, modò habeat animum redeundi, non esse propriè & rigorosè apostatam, sed fugitivum aut vagum, quia essentialis ratio apostasiæ in hoc consistit, ut quis recedat à religione animo deserendi illam, & nunquam

quam revertendi; Qui vero hunc animum non habuerit, non erit propriè apostata, sed fugitivus; etiamsi recedat sine habitu: nihilominus mortaliter & graviter peccabit. *Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 3. n. 5. Peyrinis. tom. 1. de subdito cap. 26. q. 1. not. 1.* Dupliciter enim contingere potest, ut religiosus extra claustra maneat, scilicet, vel animo nunquam redeundi, vel animo solum per aliquod tempus diuagandi, aut propter Prælatorum rigorem, aut propter libidinem vel aliquid simile. Manens igitur primo modo extra religionem, verus est apostata, Secundo modo manens est fugitivus & vagus, *Caietan. 2. 2. q. 12. art. 1. §. antepenult.*

VI. Dicitur ergo ille verus apostata, qui sine licentia discedit à Conventu, vel religione, animo illam deserendi & nunquam revertendi, ut supra diximus. Debet autem talis esse professus, quia nullus potest recedere à statu, quem non assumpsit. Cùm autem religio assumatur per professionem, ideo solus professus potest dici apostata: unde novitius, aut invalidè professus, etiamsi sine licentia recedat animo nunquam redeundi, non potest dici apostata: quia statum, à quo recedit, efficaciter non promissit. Dixi sine licentia, quia quilibet professus transiens ad statum secularem, vel alium, de licentia summi Pontificis, non potest dici apostata, quia legitimè religionem relinquit: ita ferè omnes, *Peyrinis de subdito citat. sup.*

Leza-

Lezana cap. Bordonus resol. 41, n. 9. Pellizari  
rius tract. 8, cap. 8, sect. 3, n. 43. Sanchez in  
decalog. lib. 6, cap. 8, num. 2.

VII. Dimissio habitus, nec ejusdem retentio, nihil confert ad apostasiam, quia praesens (ut supra dicitur) apostasia consistit in derelictione cujuscumque religionis. Sive ergo habitum retineat aut dimittat, nil refert, quia sicut habitus non facit monachum, cap. porrebellum de regularibus, ita nec ejus dimissio eum facit apostatam, sed solus a professione monastica, ut docet cum aliis Pellizarius tract. 8, cap. 8, sect. 3, n. 4, Lezana cit. sup. n. 7, Bordon citat. n. 10. Sanchez in decalog. lib. 6, cap. 8, n. 14. Layman. cap. 16, n. 1, lib. 2, tract. 1.

VIII. Dignoscitur ex supradictis fugitivus ab apostata, quod fugitivus proprie dicitur qui a monasterio recedit absque Superioris licentia, ut sit extra ipsius potestatem & obedientiam, l. quis sit fugitivus. ff. de edilitio edicta. Apostata vero, qui recedit animo & voluntate deserendi in perpetuum jugum obedientiae. Unde licet nomen fugitivus sit communis fugitivis, qui non sunt apostatae, & qui vere apostatae sunt (nam omnis apostata est fugitivus) non autem omnis fugitivus est apostata) fugitivus tamen importat speciem particularem distinctam ab apostasia. Dicitur enim fugitivus, qui discedit ad tempus, ut liberè divagetur cum animo

nimo redeundi; & apostata cum animo nunquam redeundi. ita Sanchez sup. num. 2. Peñinis de subdito. cap. 26. q. 1. not. 2.

Nunc noranda sunt quadam circa apostatas & fugitivos: Et primò illum cenferi probabiliter apostatã, qui recedit à religione animo non revertendi ad illam, nisi post longum tempus, aut post tres vel quatuor annos, aut ad suum arbitrium, & ita esse judicandum saltem in foro externo, & hoc colligitur ex textu in §. pavonum in §. de rer. divis. & l. 3. §. emensor. & l. 4. §. edita. Secundò, non esse apostatam, qui etiam habitu dimisso de nocte à monasterio exit lasciviendi liberius gratiã, si habet animum revertendi in ipsa nocte, quamvis incurrat excommunicationem, cap. ut periculosa. Tertiò, non esse apostatam, aut fugitivum, neque mortaliter peccare illum, qui valde gravatus à Superiore adit Prælatum, ut à tali gravamine sublevetur, nec obstat Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 4. ubi interdicitur recessus à suis Conventibus sine Superioris licentia, etiam prætèxtu Superiores adeundi, &c. Non enim Decretum illud intelligitur de religiosis à Superiore iniquè vexatis, qui nullo alio remedio suæ vexationi consulere possunt quam fugiendo ad Superiores; Neque enim potest adimì religiosis tam justa defensio jure naturali concessa: modò vexatio certo & evidenter constet, nec aliud remedium habeat, & nisi ex fuga scan-

scandalum, aut perturbatio in religione sequatur tanti momenti, ut praeponderarent defensionem. *Sanchez sup. n. 17. Peyrinis de subdit. n. 1. cap. 26. not. 2. circa medium.* Quarto, religiosus, qui in pœnam alicujus delicti à suo Superiore detinetur in carcere, non potest et illo fugere; quod si fugiat, est fugitivus: quia, etsi secularibus id liceret, religioso non licet, quia per vota se sua libertate privavit exeundi à claustro & vagandi, tenereturque Prælati obedire quoad pœnas justè inflictas; neque possunt seipsum abstrahere à jugo & obedientia superiorum. *ita Lezana cap. 26. superius citat. n. 9. Peyrinis sup. Limitat tamen Sanchez lib. 6. in decalog. cap. 8. n. 12. nisi pœna capitis imponenda esset illi religioso: tunc enim naturale conservandæ vitæ desiderium jus fugiendi præbet, quod nullo religioso voto abdicatum est; temperant etiam alii, nisi membrum alicujus abscindendi imponenda esset, ob eandem rationem. Adde, alias esse causas, propter quas licet religioso fugere, sive sit perpetuo carceri damnatus, sive sit solum ad tempus justè etiam detentus, scilicet, quando injustè per nequitiam custos carceris suo proprio motu, vel etiam Superioris vel judicis mandato, aut alterius injustè illi cibum, vestitum vel ignem ad vitam sustentandam necessaria denegat, ut contigit cuidam regulari, cui custos carceris solas quinque uncias panis cum aqua in die*

dis singulos ministrabat, & media hyeme frigidissimo loco dormire cogebat, ignem deneigans & solam tunicam indui permittens; neque enim quis tenetur in foro conscientiae hujusmodi sententiae obedire, & verius est hujusmodi sententiam esse iniquam, & proinde non obtemperandum, cum sit intolerabile reum cogere, ut aliquid agat; quoad mortem sibi inferendam cooperetur; quamvis possit damnari, ut mortem ab alio illatam pariat, quando per fugam nequit sibi consulere. *Sanchez sup. n. 13. & seqq. Peyrinis de subdito supra. Bordenus resol. 41. n. 18.* Quinto, ille non est apostata sed fugitivus, qui à propria religione recedit transeundo sine licentia ad aliam, modò actu transeat, quia ad veram apostasiam non sufficit desertio religionis propriae, sed omnis religionis, quod non accidit in transeunte, licet intret invalidè, & peccet mortaliter: *ita Bordenus sup. n. 13. & Sanchez cit. n. 8.* Iste ergo est fugitivus, quia recedit ab obedientia sui Superioris, puniri tamen potest ut apostata. Sexto, neque apostata dici potest ille, qui recedit ob nimiam Superioris crudelitatem, ut docet *Abbas in cap. ad nostram, de appellat.* Neque ille, qui ad Superiores confugit ad tollendum gravamen illatum, vel inferendum; quia in hoc casu fuga est illi licita pro defensione propria. *Bordenus cit. n. 14. & 15.* Neque praesumitur ille apostata, sed solùm fugitivus, qui ad

G g                      evitan-

evitandam pœnam delicti recenter commissi nondum carceratus fugam arripit; quia delictum commissum est sufficiens argumentum concludendi illum fugisse, non, ut statum religiosum desereret, sed ut sibi consuleret, mediante ipsa fuga. *Bordonus sup. n. 17.*

IX. Occultans habitum suæ religionis, ita cooperiens, ut exterius non appareat, non dicitur apostata, contra multos citatos à *Sanchez cap. 8. sup. cit. n. 5.* Constat enim (ut diximus) *n. 7. hujus capituli*, quod habitus dimissio, vel retentio nihil facit ad veram apostasiam, ergo neque illius occultatio. Idem autem est habitum proprium dimittere, & ita illum occultare superinduendo alium, ut appareat quis cognosci tanquam religiosus talis Ordinis, quod ita tegens, & si non dimittat materialiter, censetur dimittere formaliter, id est in Ordine ad videntium notitiam, ac propter ea incurrit excommunicationem latam à *Innocentio VIII. cap. ut periculosa 2. ne cler. vel monach. in 6. & Concil. Trident. sess. 4. cap. 6. confirmatur cap. nonnullis de Judæis.* Quia jubentur Judæi inter Christianos commorantes sub certa pœna signum quoddam gestare, quo Christianis secernantur. At dicunt omnes DD. eisdem pœnis illos subjici, qui portant hoc signum ita opertum, ut non appareat, eo, quod finis legis frustraretur. Igitur cum finis Canonis excommunicantis religiosum dimittere

non habitum sit, ut religiosus ex habitu cogni-  
tur vagari nequeat, dicendum erit, idem pro-  
fus esse illum non gestare, ac ita operire, ut nul-  
lo modo talis non cognoscatur. Vide quæ di-  
ximus in cap. 10. hujus speculi præcipue n. 12.  
Sanchez sup. cit. n. 62. & 63.

X. Injuste gravatus potest fugere, ut supe-  
rius satis ample ex notatis n. 8. diximus in hoc  
cap. *Lexan. verbo apostata n. 6.* & omnia, quæ  
diximus in prædictis notatis n. 3. præcedenti,  
confirmat *Pellizarius tract. 8. cap. 8. sect. 3. n.*  
*47. & 48.* & hæc repetere viderur superfluum,  
ideo ad undecimam quæstionem provocamur.

XI. Apostata & fugitivi ubique, etiam ex-  
tra territorium, possunt apprehendi à Superio-  
ribus, incarcerari & duci ad monasterium, in-  
vocato ad hoc, si opus sit, adjutorio bracchij  
secularis, tum ex vi juris communis, quod con-  
cedit, hoc modo posse capi servum fugientem,  
ubique sit *l. si quis §. different. ff. de acquir.*  
*possess.* & illum, qui est alteri obligatus, *l. §. per*  
*servum qui in fuga ff. de acq. poss.* unde, qui de-  
bet aliis perpetuam obedientiam, potest de ma-  
nibus quorumcumque capi, & eripi. Imò te-  
nentur Superiores reducere & requirere suæ re-  
ligionis apostatas & fugitivos, *cap. final. de re-*  
*gular.* nisi tales essent nimis scandalosi & aliis  
fratribus periculosi, vel non aptè possent capi  
aut detineri. *Lexan. cap. 26. 1. part. n. 16. &*  
*not.* quod, ubicumque sint, possint capi, & re-  
vocari

G g 2



vocari sine figura iudicii. Hæc autem cura incumbit Prælati ipsorum propter multa privilegia religionibus concessa. Et si *Concil. Trident. sess. 25. cap. 4.* videatur hoc munus committere Ordinariis, hoc intelligitur in casu, quo Prælati regulares, pigri & negligentes fuerint, aut fortasse non fuerint in Diocæsis, ubi reperiuntur apostata, & fugitivi. *Lezana sup. n. 17. Miranda in Manual. tom. 1. q. 51. art. 3.* tamen *sacr. Congreg. jussu Urbani VIII.* in Decreto de apostatis & eiectionis præcipit, ut fugitivi & apostata, sive habitum regularem deserant, sive non, possint ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus regularibus consignari secundum regularia instituta puniendi, *4. tom. Bullar. inter constit. Urbani VIII. n. 26. Pellizar. supra n. 52. & seq. & Sanchez cit. n. 33.*

XII. Apostata autem vel fugitivi ad Ordinem redeuntes, & humiliter veniam precantes benignè sunt recipiendi, hoc enim ratio naturalis & Ecclesiæ clementia postulat *Lezana citat. n. 18.* Ad hoc tamen non tenentur sine discrimine ac delectu, sed eos tantum, de quibus emendationis vitæ propositum concipere & sperare probabiliter possunt, & qui ipsorum religioni possunt esse bono usui. Post Decretum verò *sacr. Congreg.* Prælati videntur teneri illos recipere, ut saltem eos probent, experimentis in dicto Decreto præscriptis, & inde cognoscant

gnoscant, an verè sint incorrigibiles, neque Decretum loquitur absolute per verba: *nullus legitime professus ejici possit, nisi sit verè incorrigibilis*, & nolle admittre apostatam, aut fugitivum sponte revertentem, perinde est, ac illum à religione ejicere: *Pelizzar. sup. n. 58.* An verò possint ejici apostatæ & fugitivi à religione in poenam apostasiæ aut fugæ? Respondeo non posse, stante Decreto illo *sacr. Congreg.* Neque etiam, si ter aut quater fuerit apostata, & etiam si daretur una ita qualificata, aut ob eam solam poeuillet expelli: hodie enim hoc fieri non potest, cum id aduersetur præfato Decreto, contra *Portellum de dubiis regular. verbo apostasia n. 9. Pelizzar. sup. n. 59.* Hoc intellige, talvis cujusvis Ordinis statutis.

XIII. Absolvendi sunt à culpa apostasiæ in religionibus, in quibus est reservata, à solis Prælati ipsorum, vel ab eis habentibus facultatem ad id faciendum juxta religionis statuta. Hoc enim importat essentialiter casum reservationis: nec ad prædictam absolutionem juvant privilegia aliqua, jubilæa, vel similia, tum, quia religiosus apostata manet verus religiosus; & ideo subjectus Prælati sui Ordinis in foro etiam poenitentia; tum, quia quamdiu ille manet in statu apostasiæ, est in statu damnationis, sicque in eo statu à nemine potest absolvi; quod si ad mentem redeat, debet recurrere ad suos Superiores, ut ab ipsis absolvatur. Ubi ve-

Gg 3 rō

rò apostasia reservata non fuerit, à quocumque, sive Prælato, sive Confessario communi absolvi poterit juxta doctrinam de casibus reservatis. *Lezan. verb. apostasia n. 11. Pellizz. sup. citat. n. 62.*

XIV. Plures sunt apostatarum poenæ & à multis referuntur, & sunt, vel juris communis, vel in statutis religionum particularium continentur. Prima est suspensio ab executione sacri Ordinis suscepti in apostasia, ex *cap. final. de apostatis*, & ibi reservatur Papæ, sed per privilegia potest tolli à Prælatis religionis. *Peyrinis in Formulari littera A. cap. 20. n. 6. & 7.* Non privantur tamen executione aliorum Ordinum susceptorum ante apostasiam reverli & emendati. *Sanchez lib. 6. in decalog cap. 8. n. 29.* Quod tamen intellige, si tales habitum dimiserunt. Secunda est excommunicatio incurfa ex *cap. 2. ne clerici vel monach. in 6.* Sed ibi legitur de his, qui habitum temerè reliquerunt, quod est valdè diversum ab apostasia, cum unum sine alio possit reperiri: Incurrunt tamen excommunicationem propter varia religionum privilegia, quibus summi Pontifices excommunicatione afficiunt apostatas, sive habitum relinquunt, sive non, *Lezana cap. 16. 1. part. n. 13. Sanchez sup. n. 20.* Apostata enim de jure non incurrit excommunicationem, nisi propter habitus dimissionem, licet incurrat propter propria statuta, & religionis privilegia.

Tertia secundum multos est infamia ex  
*cap. tue fraternitati de apostatis.* Sed hæc pœ-  
na non admittitur, quia in dicto *cap.* nulla im-  
ponitur nota infamiae, sed tantum dicitur,  
quod infamatus de apostasia compellitur se  
purgare, nec apostata est infamis propter apo-  
stasiam, & nullo jure subjicitur huic pœnæ:  
Nam jure *cap. si quis 56. cap. hi qui 63. dist. 50.*  
prohibentur solum suscipere statum clerica-  
lem, & ibi est sermo de monachis, qui tunc non  
erant clerici & allegati textus loquuntur de apo-  
statis à fide. *Bordonus resol. 56. n. 195.* Cum  
igitur nostri apostatæ, de quibus hic est sermo,  
non sint infames ex aliquo jure, sequitur, quar-  
tam pœnam irregularitatis, quam aliqui affe-  
runt, non esse in jure expressam contra apostata-  
tas, eo, quod nec sunt jure excommunicati (ut  
diximus) nec infames, sed solum suspensi con-  
tra Peyrinum & Lezanam, & alios multos, quos  
citant: quibus non obstantibus, concluden-  
dum est apostatas esse verè excommunicatos  
per varia religionum privilegia. Unusquis-  
que verò suæ religionis constitutiones pervol-  
vat, & in illis varias apostatarum pœnas inve-  
nit: Apud nos enim declarantur excommu-  
nicati, privantur officiis, inhabiles declarantur,  
carent utraque voce, incarcerantur, & si ter aut  
quater apostaverint, ejiciuntur, *cap. 13. 4. par-*  
*vis confis.*

XV. Detinentes & occultantes apostatas in  
suis

suis domibus, favorem impendentes, & ad fugam cooperantes, graviter peccant contra jus naturale, quia cooperantur ad rem intrinsecè malam & sacrilegam; tenenturque restituere ea lucra temporalia, quæ religio amisit propter fugam religiosi; saltem quando id fuit factum vi vel fraude, quia tunc fit grave damnum religioni. Cùm igitur peccant contra justitiam, per consequens adest obligatio restituendi damnum illatum. *Caietan. in Summa verbo restitutio cap 7.* Sed & specialiter sunt excommunicati propter multa privilegia regularibus concessa, de quibus *Casarubius in Compend. privileg. verbo apostata ab Ordine, n. 26. Lezan. cap. 16. 1. part. n. 14. & 15 Bordon. resol. 41. n. 34 & 41. & Pellizz. citat sup. n. 78.*

XVI Monasteria non tenentur solvere debita ab apostatis & fugitivis contracta, nisi, ad religionem revertentes, secum adduxerint bona, ex quibus possent solvi debita. Naturalis enim ratio dicit, quod, qui sentit commodum, debeat etiam sentire onus, *Regula juris in 6.* Sic etiam e contra, qui nullum commodum sentit, nec damnum sentiat. *Lez. sup. n. 19.*

XVII. Religiosus apostata, vel fugitivus, quidquid acquirit, ad religionem pertinet & illi acquirit, & ita definitur in *cap. Abbas 18. q. 1.* quia isti sunt verè religiosi, & per consequens debet monasterio acquirere *Sylvester verbo apostata q. 9. n. 12.* Et hoc quantumcunque in partibus

partibus remotis degant: neque enim ratione  
cujusvis distantiae jus monasterij detrimentum  
pati debet, neque est distinguendum, si diu ste-  
terint in possessione suae libertatis aut fugae;  
quia nulla illis temporis mora prodesse potest;  
imò etiam, si acquirant contra voluntatem re-  
ligionis, vel etiam peccando aliquo genere  
peccati, modo peccatum non sit contra justi-  
tiam: Solum hoc enim peccatum privare pot-  
est monasterium jure suo, non verò interdi-  
ctum factum apostatae à monasterio, quia inter-  
dictum monasterij hoc tantum potest operari,  
ut hic religiosus acquirendo peccet. *Lexana*  
*curatus sup. n. 20. Sanchez lib. 7. in decalog cap.*  
*33. n. 3. & seqq.* Hoc intellige, modò mona-  
sterium sit capax illorum bonorum ab aposta-  
tae acquiritorum, & non neglexerit apostatam  
reducere; quod si apostata in apostasia vel fu-  
gati moriatur, bona, quae illi supersunt, ad Came-  
ram Apostolicam pertinent propter *constitut.*  
*Gregor XIII. quae incipit, Officii nostri, &c.*

XVIII Religiosus, qui suscipit aliquos sa-  
cro Ordines in apostasia, est irregularis. *Syl-*  
*vest. verbo, Ordo. 5. q. 5. Azor. tom. 1. instit.*  
*moral. lib. 12. c. 17. q. 5. & probatur ex cap. 6.*  
*consultat. de apostat. lib. 5. decretal. titul. 9. ubi*  
*id expresse dicitur, estque suspensus ab execu-*  
*tione illius Ordinis sic suscepti, ut diximus, de*  
*pena prima apostatarum sup. n. 14. Peyrinis*  
*tom. 1. de subdito q. 1. cap. 26 §. dico 3º.*

Gg 5 XIX. Præ-

XIX. Prælati religionum tenentur perquirere apostatas & fugitivos, & compellere ut redeant, & ad hoc tenentur jure divino & naturali, si commodè fieri possit, ut eos corrigant & puniant juxta regulæ & statutorum præcepta, quia verè illis subditi sunt, & propter eam spirituali eorum saluti debent prospicere, & si delictum non fuerit expulsiōe dignum, debent eos in religionem corrigendos admittere. *Seraphes in decalog. lib. 6. cap. 9. n. 17. & 18.* Non tamen tenentur (ut diximus) quoscunque indifferenter requirere, sed solum illos quorum speratur emendatio. *Peyrinis sup. §. dico 7. Sylvestri verbo apostasia q. 6. n. 1. Azorius tom. 1. institut. moral. lib. 12. cap. 17. q. 1.*



## CAPUT XXIV.

### *De illegitimis.*

#### SUMMARIUM.

- I. *Illegitimi sunt irregulares & inhabiles ad ordines suscipiendos.*
- II. *Per professionem Regularem tollitur hæc irregularitas quoad ordines.*
- III. *Non tollitur quoad dignitates in religione obtinendas.*
- IV. *Ad*

- IV. *Ad quas dignitates sint inhabiles.*  
 V. *A quibus dispensari debeant & quando-  
 nam censeantur dispensati.*  
 VI. *An sint capaces habitus & professionis.*  
 VII. *Quid? quando quis dubitat an sit le-  
 gitimus.*  
 VIII. *An expositi debeant censeari illegitimi.*

I. Omnes illegitimi, quicumque illi sint, & in quocunque gradu & specie illegitimorum existant, sunt irregulares ex constitutione juris Canonici *cap. 1. & 2. de filiis presby. & cap. 1. eod. titul. in 6.* idque tum, ob detestationem paterni sceleris, & notam turpitudinis, quam filius ex tali nativitate moraliter contrahere censetur: Unde prohibuit Ecclesiales ordinari, tum, quia plerumque sunt vitiosi, & male educati; timereturque, ne paterna scelerum sequantur: & ideo ob reverentiam & honorem sacrorum ordinum sunt inhabiles ad ordines suscipiendos, & peccaret mortaliter illegitimus suscipiens ordines sine dispensatione, essetque suspensus ab illorum executione. *Lezana verbo illegitimus n. 7. Pettizzar. tractat. 7. cap. 5. sect. 2. n. 69.*

II. Tollitur verò hæc irregularitas per professionem factam in religione approbata; ita ut, qui in sæculo erat irregularis, quia illegitimus factus professus, habilis sit ad suscipiendos ordi-



ordines: Ita Sanchez in decalog. lib. 5. cap. 5. n. 10. Et extendit hoc in ordine ad usum jam susceptorum ante professionem, nec hoc privilegium competit novitiis per ingressum religionis, quia textus cap. 1. de filiis presby. patet, ut illegitimi fiant monachi; atqui per ingressum non fit homo verus monachus, aut religiosus, cap. religio §. quamvis de sentent. excomm. in 6. Ergo non extenditur ad novitios, Pellizzar. tamen tractat. 2. cap. 7. q. 7. n. 15 tom. 1. cum Rodriguez tom. 9. 3. art. 4. dicunt esse opinionem Doctissimorum, non solum per professionem, sed & per novitiatum tolli ipso jure irregularitatem ex defectu natalium, & probant, quia Gloss & DD. communiter dicunt simpliciter & absolute per ingressum religionis tolli illegitimationem, non coarctantes ingressum ad professionem, eo, quod constat hoc esse concessum in favorem religionis, & non in favorem illegitimorum: Latè ergo, & non strictè esse interpretandum, neque enim jura loquuntur de professione, ut patet ex citato cap. 1. de fil. presby. ubi dicitur: ne illegitime nati ad ordines promoveantur, nisi aut monachi fuerint, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes. Quæ verba explicantur his verbis: Illegitimus non ordinatur, nisi ut religiosus fiat, & ex cap. 1. quod sic habet: Filios Presbyterorum & sacris ministeriis removemus, nisi aut in Canonicis, aut in Canonica religione probati fuerint: ubi

ubi notat *Rodriguez*, non dici, quod debeant esse professi, sed quod debeant esse probati, sicque debere intelligi ex eo constat, quod continet favorem, qui debet potius ampliari quam restringi; hancque opinionem mordicus tenet *Rodriguez* contra *Sanchez*, addens, quod si novitius illegitimus ordines sacros recipiat, & postea à religione ante professionem recedat, manet irregularis quoad usum Ordinis suscepti; opinionem tamen *Sanchez* esse probabilem dicunt, & tutiorem, maximè quoad forum externum: In nostra autem Congregatione nunquam novitii ordines suscipiunt; quidquid sit, certum est, quod illegitimus factus professus non indiget nova dispensatione ad ordines suscipiendos. *Lezana cap. 3. 1. part. n. 2. & verbo, illegitimi, num.*

III. Irregularitas illa non tollitur, etiam per professionem, ad dignitates & prælaturas in religione obtinendas, sine alia dispensatione, ita *Lezana cap. 3. sup. cit. n. 2. & Bordon. cap. 19. professionis regularis tom. 5. q. 1. n. 22.* nam in *cap. 1. de filiis Presbyt.* exprimitur, quod excipit promotionem ad prælaturas, unde *Peyrinus in constitut. 2. Julij II. §. 29. n. 87. not. 3.* dicit, quod illegitimus per professionem non legitimitur ad dignitates, seu prælaturas sui Ordinis obtinendas, & citat quamplurimos ibi DD.

IV. Illegitimus, quantumvis occultus, si eligitur

eligitur in prælaturam, nullo modo potest acceptare prælaturam, sed debet vel procurare dispensationem, vel declarare suum defectum, si sine præjudicio suæ aut alterius famæ id facere potest, illius enim electio est ipso jure nulla, *cap. innotuit de elect.* Si autem restiterit quantum potuerit, & prælationem cogitur acceptare, si non potest sine sua, aut suorum infamæ dispensationem petere, poterit acceptare; jus enim conservandi famam, cum sit naturale, juri positivo præponderare debet. *Lezana tom. 1. part. 1. cap. 15. n. 38. & Peyrinis tom. 1. in constitut. Jul. II. §. 29. n. 100. not. 9.* illegitimus igitur nequit esse Prælatus in religione, etiam si sit occultissimus, ita habetur in *cap. 1. de filiis Presbyt. Sylvest. verbo irregularis. q. 20. Peyrinis q. 2. de Prælato cap. 5. n. 116.*

Neque possunt habere gradus Baccalariatus, Præsentatus, seu Licentiatus, Magisterii seu Doctoratus, sine dispensatione; non, quia sint dignitates, sicut vult *Bordonus cum aliis quos citat resolut. 12. n. 33.* sed quia hujusmodi gradus sunt veluti personatus in religione importantes præminentiam, sine jurisdictione, quod est de ratione personatus, ex quo infertur, illegitimos non esse illorum capaces ante dispensationem. *Lezana verbo illegitimi regulares num. 9.* Cæterum Bordoni probatio est inefficax, licet enim doctoratus possit dici dignitas largo modo, & improprie, ut colligitur

gitor ex cap. quanto de magistris; & expressé  
 tenet Sylvester in Summ. verbo doctor q. 1.  
 Propriè tamen & rigorosè loquendo, doctora-  
 tus & alii gradus dignitates non sunt. Suarez  
 tom. 5. in 3. parti. disput. 16. sect. 2. n. 4. Pos-  
 sunt tamen habere absque dispensatione officia  
 manualia, quæ dantur absque electione Cano-  
 nica, & quæ possunt ad nutum Superioris au-  
 ferri, ut sunt officia, sacristæ, procuratoris, ma-  
 gistri novitiorum, confessorij, &c. Ita Leza-  
 na citat. sup. cap. 18. n. 62. Pezrinis sup. n. 145.  
 Inhabiles verò sunt ad quæcunque beneficia  
 sive secularia sive regularia. Ita habetur cap.  
 1. & cap. finali de filiis Presbyt. Nec possunt  
 esse Vicarii Episcoporum, cum talis vicariatus  
 sit dignitas à qua arcentur. Abbas in cap. 1. de  
 filiis Presbyt. nec quodcumque beneficium  
 importans curam animarum; nec esse Commis-  
 sarij, aut Visitatores generales, quia isti sunt  
 Prælati tempore, quo durant, & esto aliqui i-  
 storum non habeant, nisi jurisdictionem dele-  
 gatam; hæc tamen est Superior jurisdictione  
 ordinaria Provincialium, vel prælatorum con-  
 ventualium; nec possunt esse Assistentes, &  
 Definidores, si isti importent præminentiam,  
 seu præcedentiam, aut jurisdictionem; similia  
 enim officia sunt dignitates, (salvis semper  
 statutis ejusvis Ordinis:) ab officiis tamen,  
 qui dicuntur oneris, ut Lectoris, Prædicato-  
 ris, Confessorij, &c. & à voce activa non ar-  
 centur;

cenrur: *Bordon. cap. 3. tom. 5. professionis regularis n. 87. Lezan. cap. 13. de pralaturis, n. 42. Peyrinis tom. 1. privileg. in constit. 2. l.ij. II. 29. n. 91. & Sanchez lib. 5. in decalog. cap. 3. n. 16. qui probat ex cap. 1. de filiis Presby. per verba; pralationes verò nullatenus habeant, & Bord. resol. 11. a n. 29.*

V. Quibus positis, dico, quod de jure communi cum illegitimis dispensare ad pralaturas obtinendas pertinet ad summum Pontificem; verumtamen Prælatis religionum hoc conceditur in Capitulis ( scilicet ) Generalibus, Provincialibus, vel intermediis, & non aliis, modo suffragantibus meritis illos dignos judicaverint, ut habetur in *Bulla Gregor. XIV. qua incipit: Circumspecta de anno 1591. quam refert Quarant. pag. 413. in Summ. Bullar. verbo monasteria & conventus regular. virorum.* Nota tamen, quod si religiosus illegitimus dispensatus fuit in sæculo ad qualiacumque beneficium, si postea religionem ingreditur, non eget dispensatione nova ad pralaturas, quia hac prima dispensatio est quædam quasi legitimatio. Si verò solum fuerit dispensatus, ut esset v. g. Curatus, pro tunc indiget nova dispensatione ad ordinis officia, quia prima non se extendebat, nisi ad solum beneficium singulare; & similiter dispensatus in religione ad officia & dignitates, extra ordinem non censetur dispensatus; Neque dispensatus ad dignitatem inferiori

inferiorem debet censerī dispensatus ad dignitatem superiorem, quia, et si permissio majoris contineat in se permissionem minoris, permissio tamen minoris non comprehendit permissionem majoris. *Lezana cap. 18. 1. part. n. 61. Peyrinis sup. n. 94.*

Nota 2<sup>o</sup>. quod, quando prælati habentes potestatem dispensandi cum subdito illegitimo, quem sciunt esse talem, & conferunt illi aliquam prælatiā, vel officium, censetur saltem in foro conscientie cum illo dispensare: talis enim officij vel prælatiæ collatio est quædam virtualis dispensatio. *Navarrus in Manuali cap. 25. n. 74. Rodriquez tom. 1. qq. regular. q. 13. art. 18. contra Peyrinis cap. 9. q. 2. de Pralato n. 244.* qui sic loquitur: Sive dispensandi potestas resideat penes Prælatum solum, sive penes ipsum cum capitulo; eligendo illegitimum ad aliquam dignitatem, eo ipso non censetur cum illo dispensare quia hoc modo dispensare ad solum Papam pertinet, qui sine causæ cognitione talem dispensationem potest facere, sed Papæ inferiores, cum non possint sine causæ cognitione id facere, neque etiam possunt dignitatem conferre, quin prius discerant, an aliqua ratio suadeat illegitimum posse habilitari ad illam.

Nota 3<sup>o</sup>. cavendum esse maximè quod ita huiusmodi dispensationibus sit causa legitima, neque aliter possunt concedi licitè & validè.

H h

Ratio

Ratio sumitur ex natura dispensationis, quæ sine causa concessa irrita est & invalida, & Prælati dispensantes abutuntur propria autoritate, & potestate illis concessa & data ad ædificationem & non ad destructionem. *Sylvester verbo dispensatio*, qui agit etiam ibi de iustis causis dispensationis. *Lexana cap. 12. 2. part. n. 21 in fine*, aliquas ad intentum refert causas illius dispensationis cum illegitimo, scilicet, quod sit litteratus, nobilis, bonus religiosus, bene meritus, utilis religioni, &c. *Peyrinis q. 2. cap. 5. de Prælato n. 145*. Denique ex verbis ipsius *Gregor. XIV. suffragantibus meritis*, quæ verba denotant sine meritis dispensari non posse.

Nota 4<sup>o</sup>. quod legitimatus à Principe seculari, si intret religionem non censetur dispensatus ad officia Ordinis, quia Princeps non potest tollere impedimenta Canonica. *Porcell. in dub. regul. verbo illegitimus n. 5*.

Nota 5<sup>o</sup>. quod illegitimus non potest dispensari à Provinciali, etiam cum toto Capitulo seu Definitorio ad habendas prælaturas in ea religione, in qua ejus pater Prælatus fuit, quia id habetur expressè in *constitut. Clement. VII. apud Cherubinum tom. 1. Bullar. §. 2. & in constitut. 3. Gregor. XIV. tom. 2. dicti Bullar. §. 4.* ubi expressè mandatur, quod illegitimus, vivente patre, nullo modo admittatur ad religionem, in qua ejus pater professus fuit, etiam si habeat merita, quæ suppleant defectum: ergo si non

non potest admitti, multò minùs præfici, id-  
que etiam prohibetur in *cap. presentium. cap.*  
*de decorem. cap. ad abolendum. de filiis pres-*  
*by. Peyrinis ibid. n. 137. Vide Bordonum reso-*  
*lat. 12. n. 46. Quod si casu admittatur, valet*  
ipsius professio: Unde

Nota 6<sup>o</sup>. quod non prohibetur illegitimus  
permanere in eodem Conventu, in quo pater  
illius est vel fuit Superior; nec similiter pro-  
hibetur pater habere prælaturam in eo Con-  
ventu, vel Provincia, in qua illam habuit filius,  
quia id nullibi reperitur prohibitum. *Peyrinis*  
*cap. 5. q. 2. de Pralat. n. 141.*

6. Dummodo peculiare constitutiones ali-  
quarum religionum non obstant illegitimi his  
temporibus, & quantum ex vi juris communis,  
& Decretorum Pontificum non sunt incapaces  
habitus & professionis: ita declarat *Bulla Gre-*  
*gor. XIV. de anno 1591. his verbis: Volentes,*  
*in eadem constitutionibus non obstantibus, eos, qui*  
*quovis modo illegitimi procreati fuerint ad habi-*  
*tum & professionem admitti posse, quemadmo-*  
*dum admitti poterant si prædictæ constitutiones*  
*editæ non fuissent.* Notandum, quod loquitur  
textus de Bullis *Sixti V.* prohibentibus illegiti-  
mos admitti ad habitum vel professionem. *Le-*  
*zana cap. 24. 1. part. n. 21. Vide quæ diximus*  
*cap. 18. hujus de novitiis n. 17.*

7. Dubitans, an sit legitimus, potest se ha-  
bere pro legitimo, quia sive dubium sit juris si-  
ve facti

Hh 2

ve facti



ve facti, potest in sui favorem judicare & estimari potius legitimus quam illegitimus, tum quia semper debet capi præsumptio, quæ delictū excludat, *l. merito. ff. pro socio*. Tum, quia magis præsumendum est honestum possibile quam turpe & inhonestum. *cap. estate de regul. jur.* Tum, quia illud est magis præsumendum, quod filio est magis favorabile, *l. miles. §. de jurato. ff. de adult. Bald. rom. 1. consil. 448. n. 4. Perrinis cap. 5. cit. n. 123*. Unde filius non tenetur credere matri asseveranti, etiam cum juramento, ac etiam in casu mortis illum esse illegitimum; quia non solum potest dubitari, an mater hoc dicat ex odio, levitate, aut tali imaginatione, sed etiam, quod id non sit certum, quia, licet possit esse certa de adulterio, non est tamen certa, quod conceperit ex adulterio, præsertim circa illud tempus cognoscebatur à marito. *Sotus lib. 4. de justitia q. 7. art. 2. ad l. Lezana verbo illegitimi. n. 16*. Multò minus tenetur quis credere famæ vel rumori sparsæ de sua illegitimate, quia hæc non inducunt sufficientem probationem; ideoque prævalet possessio cum titulo matrimonii, & quod à parentibus ut legitimus semper tractatus fuerit.

VIII. Filii expositi, quorum parentes, fracta sufficienti diligentia, omninò ignorantur, licet à multis illegitimi censeantur, quia ut plurimum ex turpi conceptione sunt nati, ex vehementi suspitione, & præsumptione contra ipsos,

iplos, eo, quod filii legitimi non soleant sic exponi, ut ait *Bordonus resolut. 12. q. 16. n. 54.* & *Bonac. de censuris disput. 7. q. 2. punct. 3. n. 10.* & alii, quos refert: Valde tamen probabile est illos esse censendos legitimos; quia sepe contingit, quod legitimè uxorati propter nimiam paupertatem filios suos sic exponunt, & cum in re dubia benignior pars sit amplectenda: ideo censeo cum aliis, quod si tales in religione admittantur, esse capaces absque aliqua dispensatione omnium officiorum religionis. Satius est enim impunitum relinquere nocentem, quam innocentem condemnare. *l. absentem §. sed nec ff. de pœnis, ita Peyrinis cap. 5. q. 1. de Prelat. n. 136.* & *Lezana verbo illegitimi, n. 15.*



## CAPUT XXV.

*De infamia.*

## SUMMARIUM.

- I. *Quid sit infamia, & quotuplex.*
- II. *Quid sit infamia juris, & quomodo incurratur.*
- III. *Quid sit infamia facti, & quomodo incurratur.*
- IV. *Quinam effectus oriuntur ex infamia.*

Hh 3

V. Quo-

V. *Quomodo & à quibus tollatur infamia.*

VI. *An ex sententia reus evadat infamis.*

VII. *An disciplinatus, per se, vel per alium fiat infamis.*

I. Sicut fama seu bona existimatio est dignitatis illæse status legitibus ac moribus comprobatus, *l. cognitionem ff. de variis & extraord. cognition.* Ita infamia, cum sit diminutio ejusmodi status, rectè definitur rumor, opinio, seu existimatio prava de vita, aut moribus, aut qualitate alicujus: vel læsæ dignitatis qualitas legibus aut moribus reprobata. *Layman. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 4. de irregularitat. Sylvester verbo infamia, n. 1.* Duplex est infamia, alia juris, & alia facti; Infamia juris dividitur in legalem, & canonicam; legalis dicitur, quæ per leges civiles est interdicta; canonica quæ per leges canonicas. Hoc posito,

II. Infamia juris est ea, quæ incurritur per delictum, cui à jure civili vel canonico imposita est infamiæ pœna; sive per judicis sententiam definitivam, qua aliquis de gravi aliquo crimine damnatur, sive ex rei confessione in judicio. Crimina autem, propter quæ juris infamia solet incurri, debent esse graviora & notoria, v. g. crimen lenocinii, quod est prostitutio viri aut fœminæ, consuetum exerceri; crimen militis propter quod passus est repulsam ab exercitu; crimen matrimonii cum duabus;

crimen  
ni, & h  
perjurii  
histrioni  
hensum  
proprie  
meretric  
omnia c  
tantur,  
dis sente  
famiam  
micidii  
ficium,  
cap. con  
cap. 7. q  
sol. 56.  
mia, n.  
§. 4. n.  
refol. 10  
Veru  
famiam  
quand  
quod,  
cellus  
faltem  
nem, si  
sequat  
crimin  
hi qui  
consta

crimen publici usurarii; crimen læsæ majestatis, & hostilis persecutio Cardinalium; crimen perjurii; pugna publica cum feris; duellum; hiltionicæ artis exercitium, adulterium deprehensum, sodomia, raptus mulieris, prostitutio propriæ filia, vel neptis, matrimonium cum meretrice vili & abjecta, hæresis, simonia, quæ omnia crimina, uti atrocia, si notoriè committantur, infamiam reo inferunt etiam ante judicis sententiam. Sunt & alia multa crimina infamiam inferentia, ut blasphemia, falsitas, homicidium, furtum, calumnia, incestus, malefictum, & alia relata *cap. infames* 17. 6. q. 1. *cap. constituimus* 3. q. 5. *Azorius tom. 2. lib. 6. cap. 7. q. 3. Layman, citat. n. 1. Bordonus resol. 56. diversorum n. 39. Lezana verbo infamia, n. 2. Peyrinis tom. 2. de Pralato. q. 2. cap. 5. §. 4. n. 51. item Bordonus resol. 11. n. 45. item resol. 103. 6. num. 6.*

Verumtamen, quidquid dicant plurimi, infamiam incurri etiam ante judicis sententiam, quando delictum est notorium certum videtur, quod, ut quis dicatur infamis, requiratur processus ordinarius per viam accusationis, vel saltem vocato reo & audito ad sui defensionem, si iudex ex officio procedat; & intuper sequatur sententia judicis condemnatoria de crimine famoso, quod infamat per *l. furti ff. de his qui notantur infamia*: nec dicitur infamia constare, licet sit data sententia continens pœ-

H h 4

nam

nam irrogantem infamiam, nisi constet de causa latae sententiae: Unde nec dicitur infamis, cui remissa fuit poena, qui alias infamia notabatur, neque a iudice infamia infertur, ubi imponitur poena mitior ordinaria. *l. & si severior cod. ex quibus causis infam.* Sola autem iudicialis probatio, aut confessio criminis, non habentis ipso iure annexam infamiam, non inducit infamiam juris sed facti. *Bordon. resol. 103. n. 67. Layman. citat. sup. num. 1.*

Si tamen causa subesser, propter quam ordinarius juris processus & sententia praetermitteretur, & reus crimen confessus, vel in eo deprehensus, fustigationis, vel alia publica poena competenti afficiatur, eo ipso juris infamiam incurret, sicut constat *ex l. i. de fustis, de his qui notantur infamia, & l. fustibus cap. ex quibus causis infamia irrogatur.*

Debent etiam haec crimina esse notoria, ut inducant infamiam uno ex tribus his modis (scilicet,) vel notorietate facti, ita ut sit notum majori parti loci, collegii, monasterii, &c. vel per declarationem sententiae iudicis, vel per propriam confessionem in iudicio; quia, cum fama oriatur ex publica boni notitia nominis, ita infamia ex publica mali nominis notitia oriri debet, & si ea non adsit, delinquens non censetur infamis. *Navarrus in Manual. cap. 27. n. 248.* & id verum est, etiamsi tale delictum probari possit, aut sit fama de eo, vel sit confessum

sem extrajudicialiter. Unde, tali delicto occu-  
 rto stante, non licet ante illud publicare, seu  
 eum infamare, eo quod retineat famam suam.  
*Lezana verbo infamia n. 3.* Quicumque au-  
 tem jure civili infamis habetur, censetur etiam  
 infamis jure canonico. *Layman. sup. n. 2.*

Nota, quod pœna publica intelligitur omnia  
 pœna corporalis, ut relegatio, fustigatio, pœna  
 carceris perpetua, bannum, depositio officii vel  
 degradatio, &c. *Lezana sup. n. 7.* Circa con-  
 fessionem rei in judicio, per quam incurritur  
 infamia juris, notandum est idem esse dicen-  
 dum in casu transactionis, (quando scilicet ali-  
 quis paciscitur super crimine, pro quo, si fuisset  
 condemnatus, incurreret infamiam) ne pro  
 illo accusetur. Intelligitur enim fateri cri-  
 men, qui super eo paciscitur *l. Athletas §. fina-  
 li, & l. quoniam ff. de his qui not. infam.* & hic  
 etiam requiritur judicis sententia super pactio-  
 ne. *Laym. sup. n. 1.*

III. Infamia facti est illa, quæ oritur ex gravi  
 aliquo delicto, propter quod delinquens apud  
 bonos & probos viros malè audit. Est igitur  
 infamia facti publica notitia, vel opinio com-  
 muni criminis, per quod fama & existimatio  
 hominis, spectata personæ qualitate & statu,  
 apud viros prudentes graviter læditur, sicut  
 colligitur ex *l. ea qua patet. cod. ex quibus caus.  
 infam. & cap. ult. de temp. ordinat.* Necesse  
 ergo est infamia facti, ut dicatur incurri 1<sup>o</sup>,  
 Hh 5 quod

quod personæ, apud quas notum est crimen  
perpetratum, non sint leves, inimicæ & male-  
volæ, sed graves, prudentes & bonæ opinio-  
nis ex *cap. inquisitionis* 2. 1. §. *quasi vixi* *cap. quili-  
liter* 2. 4. *de accusat.* & *cap. sunt plurimi* 6. q. 1.  
2<sup>o</sup>. Quod tales viri boni sint tota vel major  
pars loci, communitatis, seu Conventus: unde  
de non sufficit rumor sparsus & creditus apud  
aliquos, neque sufficit testimonium unius,  
quantumvis existimati, aut fide digni, asserenti  
illud crimen fuisse commissum; aliter esset in  
arbitrio cujusvis personæ, sive bonæ, sive malæ,  
infamare proximum cum maximo illius detri-  
mento: Excipe, si persona aliqua publica, de  
qua dolus nullus præsumeretur, diceret, aliquem  
graviter peccasse, ut, si pater in testamento, in  
quo hæredem filium instituit, diceret filium esse  
se proditorem, nequam, &c. *l. ea qua pater* *Col.*  
*ex quibus causis infamia irrogatur* *ex l. 2. titul.*  
*6. part. 2.* vel si Rex aut judex non per modum  
sententiæ, sed castigationis turpibus verbis aut  
vituperio afficeret aliquem, dicendo illi: *Tu*  
*calumniaris, vel bene faceres si te converteres*  
*ad melius, &c.* vel illum repellerent ad restitu-  
endum, vel damnarent ad restitutionem furti  
vel mitterent in carcerem. *Lezan. verb. infam.*  
*nia n. 9. Layman. lib. 1. tract. 5. cap. 4. part. 1.*  
*n. 4.* 3<sup>o</sup>. Notandum, quod grave delictum  
publicum, propter quod infamia incurritur,  
non est idem in omnibus, sed respectivè ad per-  
sonas;

sonas; ita ut crimen, quod in seculari non cau-  
 set infamiam, scilicet fornicatio, in religioso  
 causabit illam 4<sup>o</sup>. Quod delictum, ut indu-  
 cat infamiam, debet esse notorium; hoc est ita  
 evidens, ut nulla tergiversatione celari possit,  
 hoc est sit factum coram oculis, seu auribus plu-  
 rimum, & jam sit divulgatum, & cognoscatur sub  
 illaratione qua delictum est; isti autem plures  
 debent esse duo ad minus qui viderint, aut au-  
 dierint, per quos rumor ad alios pervenerit.  
*Bord. resol. 56. diversorum a n. 42. & tom. 5.  
 praxis criminalis cap. 9. de testibus infamibus,  
 n. 6. §. pramitto 4. Peyrinis q. 2. cap. 5. §. 3. n.  
 10. de Prel. 25. & Bord. tom. 5. praxis crimina-  
 lis cap. 9. n. 4.* Not 5<sup>o</sup>. circa divisionem in-  
 famiz in eam, quæ incurritur ex delicto pro-  
 prio & ex alieno, quòd filii eorum, qui crimen  
 laiz Majestatis & perduellionis commiserunt,  
 sunt infames l. *quisquis Cod. ad l. Juliam majest.*  
 Similiter filii & nepotes eorum, qui Romanæ  
 Ecclesiæ Cardinales hostiliter persequuntur  
*cap. falsis de pœnis in 6. & filii hæreticorum  
 fautorum & defensorum usque ad secundam  
 generationem per lineam paternam, & usque  
 ad primam per maternam, si ipsorum parentes  
 mortui fuerint impœnientes cap. quicumque  
 heretici de hereticis in 6. cap. statutum 2. eod.  
 tit. in 6. filii quoque meretricis notoriæ etiam  
 conjugatæ dicuntur infames. Lezan. verb. in-  
 fam. n. 10.*

Pro-



Probatur autem utraque infamia, juris quidem per iudicis sententiam, in qua constat de crimine incurso, non quocumque, sed induente infamiam in jure expressam, quia non habetur quis pro tali, nisi fuerit pronunciatum eum esse talem; & dum prætenditur, aliquem hanc incurrisse infamiam, non sufficit testibus probare latam fuisse contra eum à tali iudice tali tempore sententiam infamiæ; sed debet de illa sententia omninò constare, nec propriè probatur dicta infamia, etiamsi proberur aliquem ductum esse ad furcas, nisi producat ipsa sententia.

Infamia verò facti probatur per duos testes habiles, etiam singulares, qui sint contestati in specie irrogatæ infamiæ, & debent clarissimè probare factum, ex quo infamia orta est *cap. presentium, §. testes de testib. in 6. cap. ut circa de elect. in 6.* nec sufficit dicere, quod de hoc fama publica in tota communitate; quia de voce populi non est curandum *l. decurionum Cod. de pœn. cap. Osus de elect.* sed debent reddere rationem sui dicti & nominare auctores, à quibus id audierunt: hi autem nominati debent examinari & interrogari à quo tempore orta fuerit hæc fama, & qua de causa *Peyroni tom. 2. de officio Pralati q. 2. cap. 5. §. 4. n. 53. Bordon. diversorum resol. 56. n. 53.*

IV. Infamiæ plures sunt effectus. Primus, quod repellat infamem à dignitatibus ecclesiasticis

ficis & secularibus; ita ut eas consequi nequeat *cap. inter dilectos de excessib. Pralat. l. unica cap. de infamib. & l. 2. cap. de dignitatibus lib. 12. & ex regul. juris in 687. in qua dicitur, Infamibus porte non pateant dignitatum.* Diverso tamen modo id competit infamiae juris & facti; nam infamia juris non solum repellit à dignitatibus obtinendis, sed etiam à receptis, posita sententia declaratoria. Infamia verò facti impedit quidem collationem dignitatum, sed non privat obtentis; & in utraque collatio beneficii & dignitatis est nulla & irrita, *ex regula juris sup. Laym. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 4. n. 5. & 6.*

Secundus effectus utriusque infamiae est, quod hominem repellat à legitimis actibus & publicis muneribus, cu jusmodi sunt iudicis, assessoris, causarum patroni (bene tamen arbitri, quia iste non dignitatem, sed solam simplicem cognitionem habet;) neque accusatoris, aut postulatoris, nec testis in causa criminali, vel graviori, neque electoris, quia eligere est actus legitimus, nec concionatoris. Quidam tamen dicunt, infames infamia facti posse esse electores, & scrutatores seu compromissarios in electionibus: ita *Lexan. verbo infamia num. 13. Layman. citat. n. 7.*

Tertius effectus est, quod ea, sive juris sit, sive facti, secundum omnium DD. sententiam inducit irregularitatem *cap. infames 6. q. 1. cap. qui*

qui in aliquo dist. 5. cap. omnipotens de accusat.  
& regula juris 87. sup. cit. irregularitas tamen  
quæ oritur ex infamia juris, est simpliciter irre-  
gularitas, quæ verò oritur ex infamia facti est  
irregularitas secundùm quid. Tenentur au-  
tem omnes infames in conscientia se abstinere  
ab his, à quibus repelluntur; lex enim, quæ  
prohibentur, est iusta, & consequenter in  
conscientia observanda.

V. Tollitur infamia, ita ut nullum effectum  
juridicum deinceps habeat, per dispensationem  
Papæ, si sit juris Canonici, quia ipse est supra  
ius Canonicum; item per dispensationem  
Episcopi, si Episcopus possit dispensare, ut in  
casu adultetii, vel minoris criminis; si verò sit  
juris civilis, dispensat Imperator, Rex, vel Prin-  
ceps temporalis cum suis subditis l. 1. Cod. de  
sentent. pass. & restit. l. 1. §. pen. ff. de postulat.  
Papa etiam, uti Princeps temporalis supremus  
cum omnibus sibi temporaliter subjectis. Sub-  
lata autem juris infamia consequenter tollitur  
irregularitas, quæ in ea fundatur; ita ut non  
egeat nova dispensatione. Infamia verò facti  
tollitur primò per purgationem Canonicam,  
secundò per contraria facta, & longam vir-  
tutis emendationem cap. omnes 6. q. 1. quia om-  
nis res quæ per quascunque causas componi-  
tur, per easdem dissolvitur cap. 1. de regul. ju-  
ris, & c. testimonium de testib. & c. nunquam  
56. ubi S. Chris. ait, ad meliora conversum ne  
quæ

quaquam prior vita commaculat, & cap. si duo  
 35. q. 6. infames effecti donec à crimine desinant,  
 & cap. cum cessante de appell. Et ratio est, quia  
 cessante causa cessat effectus, & D. Gregor. lib.  
 18. moral. cap. 6. ex cap. ferrum dist. 50. non  
 debet despicere in eo, quod fuit, qui jam incipit esse  
 quod non fuit. Nota, quod infamia facti non  
 potest tolli per Papam, aut alium Principem;  
 non enim potest effici, ut qui propter delictum  
 proprium malè audit, & est infamatus apud alios,  
 bene audiat, & bona opinio de illo concipiatur,  
 nisi posita pœnitentia & vitæ emendatione.

Nota item, quod omnis infamia facti tollitur  
 per baptismum, quia est quædam regeneratio  
 & retractatio vitæ præteritæ, per quam tollitur  
 omne peccatum & pœna peccati.

Ex dictis oritur, Prælatos regulares non posse  
 tollere infamiam facti, cum nullo modo possint  
 tolli, nisi per emendationem: potest tamen  
 Prælati, eo, quod videat sibi subditum injustè  
 diffamatum de aliquo gravi delicto; imò teneat  
 coram aliis religiosis declarare rumorem  
 spursum contra talem religiosum falsum esse, &  
 sine sufficienti fundamento; ex qua declaratione  
 infamia illa facti & irregularitas tolleretur  
*Lezan. verbo infamia n. 17. ita Peyrinis cap. 9.  
 q. 2. de Prælato §. 4. n. 52.* Loquendo verò  
 de infamia juris & irregularitate ex ea orta de  
 jure communi, non possunt Prælati regulares dispen-

dispensare, sed ad Papam solum vel Principem pertinere, nisi tales Prælati religionum habeant aliqua privilegia, aut communicent cum aliis, qui talia habent privilegia dispensandi cum subditis in omni irregularitate, exceptis homicidio voluntario, mutilatione membrorum, & bigamia: Veruntamen possunt Prælati religionum dispensare cum subditis in omni irregularitate Papæ non specificè reservata: ergo & de infamia juris, ex illo delicto incurta, quia, quoties conceditur alicui facultas dispensandi super irregularitate ex aliquo delicto orta, consequenter indirectè concedi videtur etiam facultas dispensandi super infamia juris ex eodem delicto incurta. *Lexana sup.*

VI. Reus ex lata sententia super crimine famoso inducente infamiam juris, si sententia fuit iusta, & ab ea non fuit appellatum, evadit & censetur infamis *l. furis ff. de his qui not. inf.* Ex quo vides, quod necesse requiritur, ut sententia sit famosum, & inducat infamiam, ut sententia fuit iusta, & ab ea non fuerit appellatum, quia appellatio suspendit omnes effectus sententiæ *l. appellatione 3. Codic. de appellationibus*. Posita enim appellatione, omnia remanent in eo statu, in quo erant ante sententiam. Requiritur etiam, ut pœna infligatur ordinarij, nam si quis mitiore pœna infligatur ex sententia, non infertur infamia. *Bordon. praxis criminalis tom. 5. cap. 88. n. 54.*

VII. Quo

VII. Quæritur, an disciplinatus in Capitulo vel Refectorio sit infamis, & consequenter inhabilis ad officia regularia? Respondeo, disciplinatum per se, vel per alium, sive juridicè, sive correctivè, sine processu non esse infamem propriè, nisi delictum, quo punitus fuit, de jure infamiam inducat, in quo casu, si sententiatus fuit, erit infamia juris: si autem tantum correctus fuerit paternaliter, eo, quod delictum fuerit notorium, incurret infamiam facti, & consequenter non poterit promoveri, neque in sacris ministrare, aut eligi ad pralaturas, nisi prius dispensetur ab infamia juris, vel emendetur per bona opera pœnitentiam agentem. Pœna igitur disciplinæ non est infamis, ut colligitur ex l. *idus Cod. & ff. de his qui not.* his verbis: *idus fustium infamiam non imponit, sed causa propter quam id pati meruit, quia infamia provenit ex malis operibus, quibus quis infamatur: pœna verò disciplinæ non provenit ex malis operibus, sed ex impositione Superioris per sententiam. Præterea infamia causatur ab aliquo delicto eam habente adjunctam ex dispositione juris, sed pœna disciplinæ non est delictum, sed illud supponit; est enim pœna effectus culpæ; ergo non potest inducere infamiam, prius est enim aliquem esse infamem quam puniri. Bordon. parti. 2. resolution. 56. divers. n. 60. quando verò delictum, propter quod quis subjicitur pœnæ disciplinæ,*

tionis, habet annexam infamiam, posita sententia verberatus eo modo est quidem infamis, non propter disciplinam, sed ratione criminis perpetrati, vel ratione delicti notorii,



## CAPUT XXVI.

### De simonia.

#### SUMMARIUM.

- I. *Quid sit simonia, & quotuplex.*
- II. *An aliquod dare vel accipere pro reptione ad religionem, sit simonia.*
- III. *An pro Sacramentis, vel eorum administratione.*
- IV. *An pro rebus sacris permanentibus.*
- V. *An pro sepultura.*
- VI. *An pro actibus & exercitiis scientiarum.*
- VII. *An pro beneficiis regularibus & Praeclariis, seu aliis officiis religionis.*
- VIII. *De pœnis simoniacorum, & à quibus possint absolvi.*

I. Simonia à Simone Mago originem traxit, quia donum Dei emere volebat, *Aluum.*  
 & *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1.* Definitor sacrilegium consistens in studiosa voluntate emendi,

vendendi, vendendi, seu commutandi rem sacram,  
 seu spiritualem, vel spirituali annexam pro  
 temporali, ut pretio. Dicitur sacrilegium,  
 quia res sacra indignè tractatur, dum pretio  
 temporali æstimatur, & in contractum dedu-  
 citur: dicitur studiosa voluntas, id est delibe-  
 rata, ut excludantur motus voluntatis non ple-  
 nè deliberati, vel procedentes ex ignorantia  
 inculcata: Hic autem loquimur de peccato si-  
 moniæ, in sua specie perfectò: Dicitur emen-  
 di, vel vendendi; quibus verbis significatur  
 omnis contractus, non gratuitus, siue sit emptio  
 vera vel venditio, locatio aut permutatio, seu  
 alius quicunque: Dicitur pretio temporali, si  
 enim datur spirituale pro spirituali, non erit  
 propriè simonia. Turpitudine namque hujus  
 peccati in eo consistit, quòd spiritualia æsti-  
 mantur pretio humano, vel re aliqua humana  
 pretio æstimabili. Illud autem pretium est vel  
 moneris, ut bõs, vestis, &c. vendi consueta,  
 vel lingua, ut laus, vituperatio, patrocinium  
 advocati, commendatio apud Principem, quia  
 est officium pretio æstimabile; vel obsequi-  
 um ministerium aliquod in rebus temporalibus,  
 ut est famuli aut oeconomi, &c. Dicitur rem  
 sacram, seu spiritualem, vel spirituali anne-  
 xam, quia res merè temporalis non est materia  
 simoniæ, neque illius commutatio est contra  
 reverentiam rebus sacris debitam. Unde pa-  
 tet, maliciam hujus virii in eo consistere, quod  
 Ii a            injuria



injuria & irreverentia fit rebus sacris, & ipsi Deo, dum ipsæ, sicuti res temporales, pretio æstimantur, & contractibus subjiuntur. Est autem quadruplex genus rerum spiritualium; Aliæ sunt spirituales per essentiam, ut virtutes supernaturales, gratiæ dona spiritualia, &c. Aliæ causaliter, quia sunt causæ rerum prædictarum, ut Sacramenta, ad quæ reducuntur sacramentalia, ut aqua benedicta, chrismatis consecratio, & aliæ sunt res spirituales effectuales, quia sunt operationes ex potestate spirituali procedentes, vel operationes ad Deum ordinatæ, ut dispensare in votis, absolventes, &c. Aliæ sunt res spirituales ex annexione, ut sunt quæ ordinantur ad officium spirituale, vel petunt ab ordine spirituali, ut beneficia & percipiendi fructus; vel sunt præparatoriæ ad spiritualia, ut vasa sacra, vestes sacra, campanæ benedictæ, &c. Et hæc omnia intelliguntur nomine rei spiritualis, quæ non possunt ceteri, aut commutari (ut pretium) unde nisi datur ut pretium, non committitur simonia. *Lexiana verbo simonia n. 2. Lessius de justit. & jur. cap. 35. de simonia dubitat. 1.*

Duplex est simonia; alia jure divino seu naturali prohibita, quæ solet dici prohibita, quia mala; alia solo jure ecclesiastico prohibita, quæ solet dici mala quia prohibita. Prima committitur in emptione venditione, &c. rerum sacrarum, siue sint sacra ex natura sua, ut

sacramenta, sive ex benedictione Ecclesie, ut  
 altar, ara, &c. Secunda versatur circa permu-  
 tationes, vel resignationes officiorum tempo-  
 raliū Ecclesie, emptiones aut venditiones,  
 v. g. sacriste, œconomi, &c. quæ ab Ecclesia  
 prohibentur *cap. Salvator 1. q. 3.* Iterum si-  
 monia est *triplex*, mentalis, conventionalis, &  
 realis: mentalis accipitur pro nudo proposi-  
 to committendi simoniam, ea sola mente con-  
 cipitur, & nulla ratione cum externo actu con-  
 jungitur, v. g. aliquis habet intentionem dan-  
 di pecuniam pro prælatura, sed pœnitens non  
 complet opere suam intentionem, nec ullam  
 conventionem facit. Aliquando etiam acci-  
 pitur pro illa actione externa, quæ fit mente si-  
 moniaca, sed ex se & circumstantiis simoniam  
 non præfert, ut, si detur pecunia pro prælatura;  
 ita tamen, ut nec implicitè, nec explicitè signi-  
 ficetur externè esse pretium. Conventionalis  
 consistit in pacto, seu conventionem expressa, vel  
 tacita, dandi vel recipiendi temporale pro spi-  
 rituali: Ista distinguitur à mentali, quia non  
 habet externam conventionem, & à reali, quia  
 non habet adjunctam rei traditionem. Realis  
 est, quæ res temporalis verè traditur, & accipi-  
 tur pro spirituali. *Lezan. sup. n. 3. & 4.*

II. Dico esse simoniacum aliquid dare vel  
 accipere, ut pretium pro receptione alicujus in  
 religione, sive etiam pactum aut conventionem  
 facere dandi aut recipiendi ea intentione; ita

li 3 ut

ut sine hoc pacto non reciperetur, quia hoc est propriè vendere rem spiritualem pro temporali. Recipere tamen aliquid ad sustinenda onera temporalia, quæ religio suscipit cum aliqua persona pro victu & vestitu, non est ex natura rei simoniacum, quia tunc accipitur temporale pro temporali. Quotiescumque autem est licitum accipere aliquid pro ingressu religionis, modo non detur aut recipiatur in pretium, licitum est etiam facere pactum de illo, quia nullo jure prohibetur, & multorum consuetudine approbatur. *Suarez tom. 1. de religione lib. 4. de simonia cap. 17.* Unde colligitur, quod cum simonia consistat, ut res temporalis tradatur in pretium rei spiritualis: ideo, si quid detur, vel accipiatur non ut pretium, sed per modum sustentationis, vel liberalis doni ad gratiam retinendam, vel ineundam, vel per modum elemosinæ, aut consuetudinis, præcipuè si monasterium est pauper, non est simoniacum: quod si monasterium esset opulentum, exigere aliquid pro sustentatione ingredientis videtur simonia, saltem juris ecclesiastici. Ita *D. Thom. in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. ad 7.* ubi ait: *Si sine gravamine monasterii possit recipi novitium, est simoniacum aliquid exigere, & multi alii DD. sentiunt hoc esse simoniam.* Posito verò, quod monasterium inopia prematur, & non possit plures sustentare, non erit simonia pacificè de sustentatione cum ingredientibus. Ita *D. Thom. q. 100.*

100. art. 3. & 4. & in 4. sentent. loco sup. cit.  
*Lassus de iustit. & iure lib. 2. cap. 35. de simon.*  
 lib. 1. n. 67. ad 72. Estq; notandum, quod  
 in casibus, in quibus committitur simonia dan-  
 do vel recipiendo aliquid pro ingressu in reli-  
 gionem, committi etiam à cooperantibus, v.g.  
 suffragium dantibus pro talium receptione, si  
 scienter dederint pro supradictis in hoc §. vide  
*Lezanam verbo simonia n. 5. Peyrinum tom. 1.*  
*de subdito q. 1. cap. 20. n. 30. Cabassium lib. 5.*  
*cap. 5. a n. 1. de simonia.*

III. Simoniam committunt religiosi, dando  
 vel accipiendo, ut pretium, aliquid pro sacra-  
 mentis aut illorum administratione *cap. cum in*  
*ecclesia. c. non satis de simon D. Thom 2. 2. q. 100*  
*art. 1. Sylvester verbo simonia n. 8. & quamvis*  
 in iure specialis pœna non sit illis designata,  
 generales tamen pœnas incurrunt, & ita depo-  
 nuntur, *cap. sicut de simonia. Bonacin. de simo-*  
*nia q. 4. §. 16. n. 5. dicit, simoniam etiam com-*  
 mitti dando vel accipiendo pecuniam pro levi  
 pœnitentia in iungenda in sacramento confes-  
 sionis, quia impositio pœnitentiæ est actus cla-  
 rium.

Licet tamen est Confessariis regularibus  
 elemosinas à pœnitentibus datas recipere, non  
 ratione confessionis aut absolutionis, sed per  
 modum simplicis elemosinæ, & in hoc nulla  
 deformitas reperitur; quin potiùs consenta-  
 neum est, ut qui in sacratio operantur, quæ de

sacratio sunt, edant, *Apostolus 1. Corinthior. 9.*  
*Peyrinis tom. 1. de subd. q. 1. de obed. cap. 21. §. 1.*  
 Injungere autem Missas pro pœnitentia, licet  
 res indifferens appareat, imò sit licitum, sicut  
 orationes & alia opera pietatis; tamen non de-  
 bet fieri à Confessariis cum omnibus indifferen-  
 ter; sed considerata persona pœnitentis, pec-  
 catorum qualitate, & circumstantiis; & cum  
 prudens Confessarius debet mittere pœniten-  
 tem ad aliam Ecclesiam, & abstinere à receptio-  
 ne talis eleemosinæ pro Missarum celebratione,  
 ne scandaliset pœnitentem suspicientem ex a-  
 varitia talem pœnitentiam illi fuisse impo-  
 sitam; non esset tamen damnandus si reciperet  
 ubi nulla scandali, aut admirationis esset du-  
 bietas. *Sylvester verbo, simonia n. 6. Peyrinu*  
*sup. Lezana tom. 1. 1. part. cap. 19. n. 39. &*  
*40. & Bonacin. sup, n. 10.* Possunt etiam Con-  
 fessarii aliquid accipere pro labore extrinsecu-  
 seu antecedenti concomitante administratio-  
 nem; quia talis labor est pars necessaria ipsius  
 & nullo modo separabilis ab ipsa, licet per se  
 non sit conjunctus cum Sacramenti administra-  
 tione, ut si quis v. g. ad audiendam aliquam  
 confessionem duo aut tria millaria conficiat,  
 aut aliquas expensas faciat; poterit etiam per  
 modum pretii aliquid recipere: ille enim labor  
 est omninò temporalis, & non nisi per accidentem  
 conjunctus cum re spirituali; & ideo potest  
 exigi pretium pro obligatione, qua se obligat  
 religio.

Religiosus ad Sacramentorum administratio-  
nem; ut, si quis se obliget per annum, vel duos  
ad Sacramenta ministranda, seu ad celebra-  
ndum; quia tunc non vendit rem aliquam spi-  
ritualem; sed solam suam libertatem, nec pro-  
pterea fiet simonia.

Idem dicendum de exorcismo, catechismo,  
& ceteris spiritualibus, & ad spiritualia ordi-  
natis. *Sylveſter in Summ. verbo simonia q. 8.*  
*dub. 6. Sanch lib. 2. concil. moral. cap. 3. dub. 15.*  
Concionatores etiam regulares possunt justè  
accipere mercedem tanquam pretium concio-  
nis sine simonia, ut diximus in cap. de concio-  
natoribus.

IV. Simoniacum est dare, vel accipere ali-  
quid, ut pretium, pro rebus sacris permanen-  
tibus, v. g. vestibus, vasis, sacris ornamentis, &  
similibus, quæ licet ratione materiæ, quæ est ali-  
quid temporale, vendi possint, tamen ratione  
consecrationis non possunt plus vendi; quia  
illarum consecratio ab Ecclesia dependet, & ea  
posita fiunt res sacræ, & ad finem spiritualem  
ordinatæ. Idem dicendum de oleo sacro, &  
chrismate, quæ omnino gratis tribui debent;  
ita ut neque liberè oblatum pro illis aliquid ac-  
cipere possint: quare secundum opinionem  
DD. tollenda est consuetudo aliquorum, qui  
velut illa distribuere, nisi ova aut aliquid  
aliud illis tribuantur: & hoc colligitur ex de-  
claratione *Sacr. Congr. Episc. & regular. quæ*

refert Gavant. in Manual. Episc. verbo, olea sacra.

Reliquias Sanctorum vendere seu emere est peccatum simoniae prohibitum l. nemo Cod. de Sacrosanct. Eccl. cap. cum ex eo de reliquiis. Bonac. de simonia q. 4. n. 3. nisi reliquiae essent apud Infideles, quia tunc emi possunt; eo, quod proprie reliquiae non emuntur, sed vexatio Infidelium redimitur. Quod si dictae reliquiae in vasis argenteis vel aureis continerentur, & tunc dicta vasa cum reliquis venderentur, possunt emi dicta vasa; quia sunt pretio estimabilia: ita tamen, ut nullo modo illorum pretium ratione reliquiarum augeatur. Bonac. sup. Illas vero exponere venerandas propter lucrum oblationum, inde futurum proveniens, ut saepe contingit, si hoc sit intentum principale illius expositionis, est peccatum simoniae, cap. cum ex eo sup. citato. Concil. Trident. sess. 15. in principio in Decreto de invocatione, veneratione & reliquiis Sanctorum. Non erit tamen simoniae, si principale intentum illius expositionis sit cultus & veneratio Sanctorum ad Dei gloriam, & lucrum sit minus principale intentum, eodem modo, quo clericus vadens ad choram principaliter propter lucrum temporale est simoniacus; non autem si lucrum illud est ibi causa minus principalis. Addunt aliqui, & probabiliter, quod, etiamsi in hac reliquiarum expositione principale intentum sit lucrum temporale,

porale, non erit simonia, nisi quando illud lu-  
 crum speratur, ut pretium ostensionis: quod si  
 non speretur ut pretium, sed solum tanquam  
 sustentatio congrua ibi laborantium, non erit  
 simonia; quia *cap. cum ex eo, cit. & Tridentin.*  
 intelliguntur, quando oblationes deducuntur  
 in pretium sub pacto, dicendo v. g. pone reli-  
 quias in publico, & tibi reddemus tantum pre-  
 tium. *Sotus lib. 9. de justit. q. 6. art. 2. ad finem.*  
*Peyrinis tom. 3. privileg. cap. 1. n. 2. Lezana*  
*verbo, reliquia, n. 3. & 4.*

Emerere agnus Dei, ratione benedictionis, aut  
 carius ratione ejusdem benedictionis seu con-  
 secrationis, est simonia, quia est emere rem sa-  
 cram; Emerere autem illos ratione materiae, aut  
 expensarum, quae sunt in illis apparandis aut  
 ornandis, non est intrinsecè malum. Constat  
 enim, calices & patenas consecratas eodem  
 modo vendi posse. *Sanchez de preceptis Decal.*  
*lib. 2. cap. 44. n. 19 Bonac. disp. 3. de 1. precept.*  
*Decal. q. 1. punct. 4 n. 12.* Qui verò particu-  
 lam aliquam agnus Dei venderet, aut carius an-  
 nullum seu thecam, in qua est inclusa, sine du-  
 bio vendidisse simoniacè diceretur. *Lezana*  
*verbo agnus Dei, n. 2.* materia enim illa parva  
 nullius ferè pretii esse potest.

V. Locus, in quo nullus est sepultus, nec est  
 deputatus ad sepulturas, nec est benedictus, sed  
 tantum deputandus est ad sepulturas, est omni-  
 no profanus, & vendi potest, sicut terra, in qua  
 Ecclesia



Ecclesia est erigenda, vendi potest. *Bonacina de simonia q. 4. §. 6. n. 1.* Quod si locus sepulture ratione consecrationis venditur, aut plus venditur, est simonia jure divino, & naturali: est enim venditio rei spiritualis pro temporali. *Sanchez tom. 1. consil. moral. lib. 7. cap. 3. dub. 14. n. 7.* Si verò ratione terræ venditur, secundum multos non est simonia, quod intelligi debet de jure naturali & divino: sicut enim stando in jure naturali & divino, non est simonia vendere rem sacram, v. g. calicem, ratione materiz, sicut nec vendere sepulturam, *Bonacin & Sanchez sup. cit.* est tamen simonia jure Ecclesiastico, quod id prohibetur *cap. abolenda de sepult.* & *cap. non satis, & cap. audivimus de simonia.* & est communis DD. sententia; *D. Thom. q. 100 art. 4. ad 3. Sylvester verbo, sepultura q. 2. & verbo, simonia q. 11. & 12.* Licitum est tamen accipere consuetuata stipendia pro loco sepulture. 1º. Si recipiantur non ut pretium sepulture, sed pro fabrica Ecclesie; decens enim est, ut defuncti, qui templum inhabitant, contribuant ad templi reparationem. 2º. Si recipiatur pro sustentatione Ministrorum Ecclesie, sicut recipitur elemosina pro Missis. 3º. Licitum est accipere pretium pro loco honoratiori sepulture: quia venditur tunc aliquid temporale, scilicet honor, ut pendet ex hominum estimatione, & per accedens rei spirituali conjungitur. *Sanchez sup. n. 7. Naldus in Summa verbo, sepultura contra Suarez & alios*

*alios. Hoc limitant Bonac. sup. n. 4. & Barbo-*  
*sa, dicentes: hoc esse verum, quando locus est*  
*honoratior ob respectum temporalem; non ve-*  
*ro si est propter respectum spiritualem, v.g. quia*  
*est propinquior altari, vel sanctissimo Sacra-*  
*mento, licet alii nihil distinguant. Licitum est*  
*item pretium recipere pro perpetuo jure sepul-*  
*chri, id est, pro obligatione, ut in tali loco nul-*  
*lus præter emptorem & successores sepeliatur;*  
*quia hæc obligatio incumbens clericis, quod a-*  
*lium in illo loco sepelire non possint, videtur*  
*pretio æstimabilis; eademque est ratio de locis,*  
*quæ in Ecclesiis certis personis ad sedendum*  
*jure proprio destinantur, & quasi locantur:*  
*estque illa obligatio quid temporale, quæ per*  
*accidens adjungitur rei spirituali. *Lézana**  
*verbo, sepultura num. 14. *Laymannus* lib. 4.*  
*trakt. 10 cap. ult. §. 4. assert. 7. n. 35. *Suarez* tom.*  
*1. de relig. lib. 4. de simonia c. 14. Circa prædicta*  
*notandum, quod laicus non potest habere do-*  
*minium sepulturæ, quia loca religiosa neque-*  
*unt esse in alicujus dominio *l. qua de tota ff. de**  
*rei vendicat. potest tamen habere tale jus quo-*  
*ad usum pro se & suis successoribus; ita, ut nul-*  
*lus possit eis invitis ibi sepeliri, licet illo mor-*  
*tuo & illius familia possit aliis concedi usus il-*  
*lius sepulturæ, eo, quod mortuo habente usum,*  
*usus redit ad proprietarium. Quod si quis ha-*  
*bet sepulchrum proprium suis sumptibus em-*  
*ptum, vel ædificatum pro se aut suis, non est*  
*mate-*

materia simoniæ, si vendatur quoad proprietatem juxta valorem fundi, & respectu habito ad solas expensas in eo ædificando factas, quia ibi non venditur benedictio, nec proprium jus sepulturæ, sed illud materiale, ad quod alia sequuntur: Unde similia loca jure hæreditario transferri solent à parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ est in illis, *Lexana sup.* Extincta autem tota progenie possunt aliis jus sepulturæ concedere, quia, sicut morte usufructuarii ejusq; descendendum redit usufructus ad proprietarium *l. corruptione Cod. de usufructu*, ita etiam jus sepulturæ, mortuo benefactore ejusq; hæredibus, redibit ad Ecclesiam, alia impedirentur alii quo minus Ecclesiam ornare & augere beneficiis possent, *Lexana, tom. 1. 2. part. cap. 11. n. 23.*

VI. Licitum est religiosi absque labe simoniæ dare vel accipere aliquid, etiam ut pretium pro actibus, seu exercitiis scientiarum, quæ humano labore comparantur, Theologiæ scilicet, Philosophiæ, Jurisprudentiæ, &c. quia, etsi sint res spirituales, non tamen sunt res sacræ; & ideo non sunt materia simoniæ. Ideoque talia vendere, aut emere non opponitur virtuti religionis, quia non ordinantur ad actum sacrum aut supernaturalem, sed tantum naturalem: Si tamen considerentur quatenus referuntur ad animarum salutem, vel ad actus supernaturales eliciendos, seu per modum exhortationis, cum tunc

nec censeantur res sacræ & supernaturales,  
 pro ipsis nihil dari aut accipi potest ut pretium.  
 Unde, cum regulares à Prælatiis suis licentias  
 obtinent ex vi jurisdictionis, quam dicti Præla-  
 ti habent in subditos, cum hæc jurisdictio sit  
 quid spirituale, si quid pro his detur, aut acci-  
 piatur, erit simonia: etiam si in se sint res natu-  
 rales, eodem modo, quo facultas, quæ datur  
 Presbytero v. g. medendi, etiam si sit quid natu-  
 rale, si talis facultas pretio obtineatur, est simo-  
 niaca, quia procedit ex potestate spirituali Præ-  
 lati dispensantis. *Lezana verbo. simonia n. 10.*  
 ¶ I. Simoniacum est pariter dare vel accipere  
 aliquid inter religiosos pro licentia confessio-  
 nis audiendi, prædicandi, Ordines recipiendi,  
 in relictis casibus absolvendi, & similibus:  
 sunt enim res spirituales, sacræ & ad animarum  
 salutem ordinatæ, *Peyrinis tom. 1. de subdito qo.*  
*cap. 31. §. 9.* Licitum tamen est dare, vel ac-  
 cipere pro faciendo bono aliquo opere, etiam si  
 detur, aut recipiatur ex pacto, modò non detur  
 in pretium, aut ita recipiatur.

VII. Simoniacum est aliquid dare, vel acci-  
 pere, non solum pro beneficio aliquo, quod im-  
 portat curam animarum secularium, sed etiam  
 pro Prælatiis & officiis regularium, quæ impor-  
 tant solum curam animarum ipsorum, ut v. g.  
 Generalatu, Provincialatu, Prioratu, &c. quia,  
 cum non sint propriè beneficia quoad utilita-  
 tem temporalem percipiendi fructus, aut redi-  
 tus,

tus, sunt tamen beneficia quoad iurisdictionem spiritualem & curam animarum, quam important, & sic dicendum de illis ac de aliis beneficiis, ita *Suarez tom. 1. de relig. 4. de simonia cap. 54 n. 3. ad finem. Peyrinis sup. & alii. Lezan. verbo, simonia n. 13. Layman. citat. &c.* Renunciatio autem, seu commutatio talium beneficiorum, si pura sit & absoluta, & facta coram legitimo Superiore, non erit simoniaca, si verò aliquid, vel minimi pretii intercedat, aut commodi temporalis, erit simoniaca, quia est commutatio rei spiritualis pro temporalis. Commutare verò res spirituales inter se non est simonia, nec ullo modo est prohibitum, & quotidiana constat experientia inter magis timoratos viros, quod unus cum alio commutet Missas, functiones spirituales, aut exercitia circa curam animarum. *Suarez sup. cap. 30. n. 5. Simoniam etiam committunt religiosi aliquid temporale dando, vel accipiendo pro officiis ecclesiasticis suæ religionis, puta, Sacrificii, Procuratoris, &c. quæ habent administrationem rerum ecclesiasticarum, cap. Saluator 1. q. 3. ex Concil. Calcedonen. Suarez sup. cap. 54. n. 3. Peyrinis sup.* Alia verò officia, quæ non important administrationem, ut Janitoris, &c. etiam si pretium pro illis detur, vel accipiatur, quamvis sit valdè illicitum, non credo esse simoniacum, cum hæc sint purè temporalia, nec adsit specialis prohibitio Ecclesiæ circa illa, Quoties verò

licet aliquid, vel recipitur pro informando  
 prelato de qualitatibus pretendenti, vel pro  
 munitatis officium, est simonia: quæ etiam com-  
 mittitur, si quid detur, vel accipiatur ab inter-  
 mediis, seu mediatoribus pro Prælatiis &  
 officiis religionis non autem sollicitantibus,  
*cap. presentium 1. q. 5. Portellus in dubiis regul.*  
*verbo, simonia num. 1. Lezan. verbo, simon. n.*  
*15. c. 16.*

Insuper materia simoniæ est jus patronatus,  
 quatenus est jus præsentandi aliquem ad bene-  
 ficia Ecclesiastica in Ecclesia fundata, extracta,  
 vel dotata; ideo illud est quid spirituale; Or-  
 dinatur enim ad beneficium Ecclesiasticum,  
 quod est etiam quid spirituale, per consequens  
 propter illud dari aut recipi aliquid temporale,  
 aut vendi, fieri non potest sine simonia, ex *cap.*  
*de iure, & ex cap. præterea, ubi hoc expressè ha-*  
*betur.* Idem dico de actu illius juris, scilicet  
 præsentatione: est enim ille actus quid spiri-  
 tuale procedens à principio spirituali: Unde  
 præsentans, propter præsentationem non pot-  
 est præsentato imponere aliquod onus, ad quod  
 alius non teneretur: est enim præsentatio res  
 omnino spiritualis gratis danda, & non ob  
 mercedem. Quamvis tamen hoc jus vendi non  
 possit, transire potest cum re venditâ, modò ra-  
 tione illius non vendatur carius, aliàs propter  
 illud majus precium venderetur jus illud pa-  
 tronatus. *Tabiena verbo, jus patronatus à n. 7.*

Kk

SHARE



*Suarez de religione lib. 4. de simonia cap. 28. n. 12 & 13.* Plura de jure patronatus, quæ ad hæc quæstionem non pertinent, habes apud *Lezana tom. 1. part. 2. cap. 11. n. 7.*

Simonia etiam committitur in electionibus regularium, si quis pecuniâ vel dono temporali conveniat cum aliquo, ne concurrat cum ipso ad electionem alicujus Prælatiæ, & ita colligitur ex cap. *Matthæus de simonia*. Quia si agendo sibi parat electionem mediante hac pecuniâ, aut dono, quod est emptio virtualis Prælatiæ, aut electionis ad ipsam. Vide, quæ dicimus de hac materia in cap. de electionibus, infra tom. 2.

VIII. Nulla simonia inducit poenas juris ipso facto, nisi in ingressu religionis, Ordine, & beneficiis, *Lessius de justit. & jure lib. 2. c. 35. dub. 23. n. 1. Layman. lib. 4. tract. 10. c. 8. §. 7. n. 67.* Unde colligitur, quod omnis electio, provisorio, nominatio & confirmatio, simoniacè facta, est ipso jure nulla ante omnem judicis sententiam, etiam declaratoriam, nullumque jus, vel effectum confert, & sic electus tenetur in conscientia renunciare, nec ante renunciatioem potest absolvi; quia ita decisum est in *extravagant. cum detestabile, quæ est 2. de simonia. Less. 2. de justit. cap. 15. dub. 25.* Etiam si simonia sit occulta, ut habetur in eadem *extravagant. & ex cap. Matthæus de simon.* hoc etiam, sive sit commissæ simonia ab eodem, qui dignitatem obri-

obtinuit, siue ab aliis ipso etiam nesciente, facta tamen in favorem ipsius, ut habetur in *cap. ubi, & cap. sicut tuis de simonia. Peyrin. tom. 1. de subdito q. 1. de obed. cap. 31. L. ex an. part. 1. tom. 1. cap. 15. de electionibus. n. 33.* Insuper per simoniam incursum in officiis religionum, quæ sunt officia Ecclesiastica, ut sunt Prioratus, Provincialatus, & alia, incurritur excommunicatio major Papæ reservata per *extravagantem Pauli II. confirmatam à Pio V. per Bullam, cum primis tom. 2. bullar.* aliqui tamen hoc negant, dicentes, hæc officia sub nomine beneficii non venire, ita *Navarr. in Manuali, & Azorius.* Est etiam contra obtinentes dignitates per simoniam in iure posita pœna infamiæ, ex *cap. laxe 15. q. 3. & cap. si quis præbendas 1. q. 3. Azor. tom. 3. instit. moral. lib. 12. cap. 21. q. 7. Peyrinis sup. 5. 9.* Hæc autem pœna non incurritur ipso facto, sed per solam iudicis condemnationem: Præterea qui dignitatem Ecclesiasticam quamcumque aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus & consequutus fuerit, illo sit ipso iure privatus, & in futurum inhabilis ad omnia quæcumque obtinenda. Si quis autem tale crimen sæpius commiserit, corporaliter puniatur, degradetur, & à consortio fidelium ejiciatur, item *Pius V. in dicta bulla sup. quæ est 5. in bullar. ad Pelliz tract. 9. c. 4. sect. 3. quæsto 36. n. 216. 1697.* Supradicta limitantur, nisi aliquis in eadem eligendi ipso ignorante pecuniam largiatur,



giatur, ut eundem ad beneficium inhabilem reddat, talis enim fraus homini malitioso contra innocentem prodesse non debet, *cap. nobis fuit, & cap. sicut. de simon.* Excusatur etiam electus, ejusque electio valida est, si expresse prohibuit & contradixit, ne datio simoniaca interveniret, licet eo ignorante sit facta. *Layman. cit. n. 73.* Possunt autem Praelati regulares suos subditos ob simoniam absolvere propter eorum privilegia generalia, quae hunc casum non excludunt.

*Finis Tomi Primi.*



ND  
P  
CAPU  
per  
Cap. II. A  
tum ob  
Cap. III.  
diendi  
Cap. IV.  
tum ca  
Cap. V.  
tum pa  
Cap. VI.  
ficium  
Cap. VII  
lebrati  
Cap. VII  
Secros  
Cap. IX.  
gale ob  
Cap. X.  
tanda



# INDEX CAPITUM.

## PARS PRIMA.

CAPUT I. De obligatione regularium ad perfectionem.	pag. 1.
Cap. II. De obligatione regularium ad votum obedientie.	9
Cap. III. De obligatione regularium obediendi Dominis Episcopis.	22
Cap. IV. De obligatione regularium ad votum castitatis.	29
Cap. V. De obligatione regularium ad votum paupertatis.	35
Cap. VI. De obligatione regularium ad officium divinum.	73
Cap. VII. De obligatione regularium ad celebrationem missarum.	91
Cap. VIII. De obligatione regularium ad Sacros Ordines.	112
Cap. IX. De obligatione regularium ad Regula observationem & constitutionem	135
Cap. X. De obligatione regularium ad portandum habitum.	170
* Cap. XI.	

INDEX.

Cap. XI. De obligatione Concionatorum regularium.	184
Cap. XII. De obligatione Confessorum regularium.	191
Cap. XIII. De casibus prohibitis à jure, Conciliis & summorum Pontificum, & sacrae Congregationis Decretis erga regulares.	233
Cap. XIV. De bonis & possessionibus quarum capacia sunt regularium monasteria.	272
Cap. XV. De familiaribus regularium eorumque privilegiis.	283
Cap. XVI. De beneficiis regularibus.	286
Cap. XVII. Quam necessaria sit regularibus oratio.	299
Cap. XVIII. De obligatione novitiorum regularium.	309
Cap. XIX. De professione regularium eorumque privilegiis.	361
Cap. XX. De reclamatione professorum regularium.	394
Cap. XXI. De regularibus transiensibus ad aliam.	409
Cap. XXII. De incorrigibilibus & ejectionibus.	433

INDEX.

Cap. XXIII. De apostatis, fugitivis, & clau-	
sura.	455
Cap. XXIV. De illegitimis.	474
Cap. XXV. De infamia.	485
Cap. XXVI. De simonia.	498



PARS SECUNDA.


Cap. XXVII. De Censuris.	pag. 1
Cap. XXVIII. De excommunicatione.	30
Cap. XXIX. De Suspensione.	60
Cap. XXX. De Interdicto.	77
Cap. XXXI. De Cessatione à divinis.	93
Cap. XXXII. De degradatione & deposti-	
tione.	98
Cap. XXXIII. De irregularitate.	104
Cap. XXXIV. De pœnis privativis regu-	
larium.	138
Cap. XXXV. De privilegiis & potestate	
regularium in genere.	147
Cap. XXXVI. De Generali, Provinciali,	
& Prioribus.	172
Cap. XXXVII. De Capitulis Regularium.	188

## INDEX

Cap. XXXVIII. De Electionibus.	227
Cap. XXXIX. De Presidentibus & Commissariis delegatis.	231
Cap. XL. De Renunciatione.	239
Cap. XLI. De Visitationibus.	244
Cap. XLII. De Correctione.	256
Cap. XLIII. De Accusatione.	259
Cap. XLIV. De Denunciatione.	280
Cap. XLV. De Inquisitione.	296
Cap. XLVI. De Testibus.	311
Cap. XLVII. De Defensione.	329
Cap. XLVIII. De Appellationibus.	336
Cap. XLIX. De Recusatione.	357
Cap. L. De Casibus reservatis.	364




























Th  
2216



Philip. & Dna. n.

Speculum  
Monasticum

